W., 10,000—20/9/98.

Croydon Public Libraries.

CENTRAL REFERENCE LIBRARY.

Accession No. 8638 Class No. 942.74.2

Besides the class topic, other topics treated of in this book are as follows:—

Topic No.	Pages.	Topic No.	Pages.

This Volume is presented *by the Lords Commissioners of Her Majesty's Treasury*

*to*_____

and will, in the event of the Library being broken up, be returned to the Controller of Her Majesty's Stationery Office, Westminster.

LYON PUBLIC LIBRARY CENTRAL

(8)

BROMLEY LIBRARIES

3 0128 01822 0213

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

RERUM BRITANNICARUM MEDII ÆVI SCRIPTORES,

OR

CHRONICLES AND MEMORIALS OF GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING

THE MIDDLE AGES.

a 11004. Wt. 21909. a

CROYDON PUBLIC LIBRARIES
CENTRAL

THE CHRONICLES AND MEMORIALS

OF

GREAT BRITAIN AND IRELAND

DURING THE MIDDLE AGES.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

On the 26th of January 1857, the Master of the Rolls submitted to the Treasury a proposal for the publication of materials for the History of this Country from the Invasion of the Romans to the reign of Henry VIII.

The Master of the Rolls suggested that these materials should be selected for publication under competent editors without reference to periodical or chronological arrangement, without mutilation or abridgment, preference being given, in the first instance, to such materials as were most scarce and valuable.

He proposed that each chronicle or historical document to be edited should be treated in the same way as if the editor were engaged on an Editio Princeps; and for this purpose the most correct text should be formed from an accurate collation of the best MSS.

To render the work more generally useful, the Master of the Rolls suggested that the editor should give an account of the MSS. employed by him, of their age and their peculiarities; that he should add to the work a brief account of the life and times of the author, and any remarks necessary to explain the chronology; but no other note or comment was to be allowed, except what might be necessary to establish the correctness of the text.

The works to be published in octavo, separately, as they were finished; the whole responsibility of the task resting upon the editors, who were to be chosen by the Master of the Rolls with the sanction of the Treasury.

The Lords of Her Majesty's Treasury, after a careful consideration of the subject, expressed their opinion in a Treasury Minute, dated February 9, 1857, that the plan recommended by the Master of the Rolls "was well calculated for the accomplishment of this important national object, in an effectual and satisfactory manner, within a reasonable time, and provided proper attention be paid to economy, in making the detailed arrangements, without unnecessary expense."

They expressed their approbation of the proposal that each Chronicle and historical document should be edited in such a manner as to represent with all possible correctness the text of each writer, derived from a collation of the best MSS., and that no notes should be added, except such as were illustrative of the various readings. They suggested, however, that the preface to each work should contain, in addition to the particulars proposed by the Master of the Rolls, a biographical account of the author, so far as authentic materials existed for that purpose, and an estimate of his historical credibility and value.

Rolls House,
December 1857.

OFFICIAL COPY.

CARTULARIUM

MONASTERII DE RAMESEIA.

EDITED BY

WILLIAM HENRY HART,

LATE OF H.M. PUBLIC RECORD OFFICE,
FELLOW OF THE SOCIETY OF ANTIQUARIES OF LONDON,
MEMBRE CORRESPONDANT DE LA SOCIÉTÉ DES ANTIQUAIRES DE NORMANDIE,

AND

THE REV. PONSONBY A. LYONS.

PUBLISHED BY THE AUTHORITY OF THE LORDS COMMISSIONERS OF HER MAJESTY'S TREASURY, UNDER THE DIRECTION OF THE MASTER OF THE ROLLS.

VOL. II.

LONDON:
LONGMAN & Co., PATERNOSTER ROW; TRÜBNER & Co., LUDGATE HILL:
ALSO BY
PARKER & Co., OXFORD; AND MACMILLAN & Co., CAMBRIDGE;
A. & C. BLACK, AND DOUGLAS & FOULIS, EDINBURGH:
AND A. THOM & CO., LIMITED, DUBLIN.

1886.

BROMLEY PUBLIC LIBRARIES
AL
LS
CLASS
ACC.
01822 0213

Printed by
Eyre and Spottiswoode, Her Majesty's Printers
For Her Majesty's Stationery Office.

RAMSEY CARTULARY.

Vol. II.

CARTULARIUM MONASTERII

DE

RAMESEIA.

Vol. II.

CCXXX.

Craunfelde.

Alius Rotulus.

Inquisitio de Craunfeld, facta per Robertum del Heyl, Alanum de Wodende, Walterum Præpositum, Robertum filium Katerinæ, et Vivianum Hetihluy. Of Cranfield.

Ecclesia est in donatione Abbatis et conventus Rameseiæ, et constructa est in honore Sancti Petri Apostoli.

Persona habet in dominico unam virgam terræ et dimidiam in puram et perpetuam elemosinam.

Percipit de dominico, pro omnibus decimis, quatuor acras frumenti, et quatuor acras avenæ.

Ita scilicet, quod si percipere voluerit quatuor acras frumenti in uno loco, et[1] quatuor acras avenæ in uno loco, percipiet illas, nec de meliori, nec de pejori, sed de mediocri blado.

Si autem percipere voluerit dictas quatuor acras frumenti in diversis locis, habebit duas acras frumenti de meliori frumento, et duas acras de pejori, et de avena similiter.

---

[1] *et . . . loco*] these words are inserted in the margin of the MS., and referred to their proper place in the text by a mark.

Percipit etiam decimam garbam de una virgata terræ et dimidia, quas Vivianus, Geroldus Marescallus, et Adam Præpositus aliquando tenuerunt, et modo est in dominico.

Persona reddit Præcentori Rameseyæ, nomine pensionis[1], viginti solidos per annum, scilicet, ad festum Sancti Michaelis decem solidos, et ad Pascha decem solidos.

In Craunfeld sunt undecim hydæ, una virgata et dimidia, et una cotlanda, quæ continet tertiam partem unius virgatæ, præter dominicum curiæ, quod non scitur quantum contineat.

Sic computatur quantum ad Abbatem.

Tota etiam villata cum dominico computatur, quantum ad Regem, pro decem hydis.

Quatuor virgatæ faciunt hydam.

Quadraginta octo acræ faciunt virgatam.

De prædictis undecim hydis, una virgata et dimidia, et una cotlanda, sunt duæ hydæ una virgata et dimidia liberæ.

De quibus :—

Robertus filius Cristinæ tenet dimidiam hydam, et defendit villam in comitatu et hundredo.

Nihil facit quod ad cameram Abbatis pertineat, nisi homagium, et relevium, cum evenerint.

Solebat dare ad auxilium vicecomitis[2] per annum duodecim denarios, scilicet in festo Sancti Martini sex denarios, et in festo Sancti Johannis sex denarios; et H[ugo] Abbas suo tempore remisit.

Rollaldus tenuit unam virgatam eodem modo quo Robertus filius Katerinæ, et modo tenent alii, et faciunt idem servitium.

Et præterea idem Rodlandus tenet aliam virgatam, et reddit pro ea per annum quinque solidos, scilicet in festo Sancti Andreæ viginti denarios, in Annunciatione viginti denarios, in festo Sancti Michaelis viginti denarios.

Debet duodecim denarios ad auxilium vicecomitis[2] sicut Robertus ad eosdem terminos.

Avicia filia Roberti tenet dimidiam hydam.

Pro una virgata illius dimidiæ hydæ sequitur comitatum et hundredum sicut Robertus filius Cristianæ.

Pro altera virgata reddit per annum dimidiam marcam, scilicet, in festo Sancti Andreæ viginti sex denarios, obolum, in Annunciatione viginti sex denarios, obolum, in festo Sancti Michaelis viginti septem denarios.

---

[1] *pensionis*] pencionis, MS.

[2] *vicecomitis*] An erasure occurs in the MS. after this word.

Debet auxilium vicecomitis, sicut Robertus filius Cristianæ, et ad eosdem terminos.

Willelmus Heres tenet dimidiam virgatam, et reddit pro ea per annum quinque solidos ad tres terminos prædictos, ad singulos æqualiter.

Debet etiam ad auxilium vicecomitis per annum tres denarios ad terminos, quos Robertus filius Cristianæ, æqualiter.

Rogerus de la Bourne tenet unam virgatam, et reddit pro ea per annum duodecim solidos, scilicet, in festo Annunciationis sex solidos, et in festo Sancti Michaelis sex solidos. f. v^{xx}. xi. b.[1]

Debet ad auxilium vicecomitis sex denarios per annum ad terminos ad quos Robertus filius Cristianæ.

Walterus Clericus tenet dimidiam virgatam, quæ fuit Herberti de Salicibus, et reddit per annum pro ea tres solidos, ad terminos ad quos Rogerus de la Bourne, ad singulos æqualiter.

Debet auxilium vicecomitis sicut Willelmus Heres.

Geroldus Marescallus tenet unam virgatam et quartam partem unius virgatæ, et reddit per annum quinque solidos, sex denarios, ad tres terminos præscriptos, ad singulos æqualiter.

Debet ad auxilium vicecomitis per annum septem denarios, obolum, ad terminos quos Robertus filius Cristianæ.

Præterea idem tenet, extra hydam, octo acras in Craule, et reddit pro eis per annum duodecim denarios, ad tres terminos prædictos æqualiter.

Item idem Geroldus tenet in Horlee, extra hydam, duodecim acras, et reddit per annum pro eis duos solidos, ad tres terminos prædictos.

Gervasius ad Hokes tenet quartam[2] partem unius virgatæ, et reddit per annum pro ea quinque solidos, ad tres terminos prædictos, ex his æqualiter.

Et debet auxilium vicecomitis, per annum tres obolos, ad duos terminos ut supra.

Omnes isti debent sequi curiam de Brouchtone[3] ad rationabiles summonitiones.

Willelmus filius Thomæ tenet dimidiam virgatam et quartam partem unius virgatæ, reddens pro eis per annum sex solidos, ad tres terminos præscriptos, æqualiter.

---

[1] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

[2] *quartam*] interlined in MS., and *quarte'*.

[3] *Brouchtone*] the *h* in this word is interlined in the MS.

Faciet unam aruram ad hybernagium, et unam ad tramesium, tertiam[1] ad warrectum, cum quot capitibus habet[2] in caruca, ad cibum prôprium.

Faciet duas precarias in autumno, ad cibum domini.

Ad primam veniet in propria persona cum tota familia sua, quæ potest operari.

Ad secundam non veniet ipse, sed mittet familiam suam, ut prius.

Dat ad[3] auxilium vicecomitis per annum quatuor denarios, obolum, ad duos terminos prædictos, æqualiter.

Dat talliagium cum villata.

Nesciunt utrum debeat merchetum pro filia sua.

Inquiratur inde.

Præterea idem Willelmus tenet quartam partem unius virgatæ extra hydam in Craule, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos præscriptos, æqualiter.

Hugo Tyeri tenet unam virgatam terræ, et reddit inde per annum quinque solidos ad tres terminos præscriptos, æqualiter.

Faciet tres aruras sicut Willelmus filius Thomæ.

Præterea arabit unam acram ad hybernagium, et unam acram ad tramesium, tertiam ad warrectum.

Et herciabit per unum diem ad hybernagium, et per unum diem ad tramesium.

Sarclabit per unum diem cum uno homine.

Inveniet unum hominem ad levandum fenum per unum diem.

Idem carriabit tres carrectas feni vel bladi.

Metet unum sellionem ad lovebone in autumno.

Et hæc omnia faciet ad cibum proprium.

Veniet ad duas precarias in autumno, sicut Willelmus filius Thomæ.

Dat talliagium cum villata.

Debet auxilium vicecomitis, scilicet sex denarios per annum, ad duos terminos, æqualiter, ut supra.

Elena vidua tenet dimidiam virgatam, et reddit pro ea tres solidos per annum ad tres terminos, ad singulos æqualiter.

Faciet tres aruras, sicut Willelmus filius Thomæ.

Inveniet unum hominem ad sarclandum per unum diem.

Et unum hominem ad levandum fenum per unum diem.

Faciet cariagium sicut Hugo Tyry.[4]

---

[1] *tertiam*] tertia, MS.

[2] *habet*] habent in MS., with the mark of erasure under the *n*.

[3] *ad*] interlined in MS.

[4] *Tyry*] Tyeri, previously.

Dat auxilium vicecomitis per annum tres denarios ad duos terminos, æqualiter, ut supra.

Et herciabit per duos dies sicut Hugo Terry.[1]

Metet dimidiam acram ad lovebone.

Præterea ipsa tenet unum pytyl, quod continet tres rodas per æstimationem, et reddit inde per annum novem denarios, ad tres terminos præscriptos, æqualiter.

Dat talliagium cum villata.

Et merchetum pro filia sua, sicut melius finire poterit.

Johannes Ledesomer tenet dimidiam virgatam, et reddit per annum tres solidos, ad tres terminos præscriptos.

Ad auxilium vicecomitis per annum tres denarios, ad duos terminos, ut supra.

Dat talliagium cum villata.

Veniet ad precarias in autumno sicut alii.

Willelmus filius Walteri tenet unam cotlandam, quæ continet tertiam partem unius virgatæ, et reddit per annum duos solidos, ad tres terminos, æqualiter.

Inveniet unum hominem ad sarclandum per unum diem.

Et ad levandum fenum similiter per unum diem.

Carriabit unam carectatam feni vel bladi.

Dat auxilium vicecomitis duos denarios, ad duos terminos prædictos, æqualiter.

Dat talliagium cum villata.

Veniet ad duas precarias in autumno, sicut alii.

Faciet tres aruras, sicut Willelmus filius Thomæ.

Robertus de Kerdyngtone tenet unum pithel, quod continet duas acras.

Reddit inde per annum novem denarios, ad tres terminos prædictos æqualiter.

Dat talliagium cum villata.

Inveniet unum hominem ad primam precariam.

Gylbertus a la Grene tenet dimidiam virgatam, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos præscriptos, æqualiter, et facit in omnibus aliis, sicut Elena vidua.

Item idem tenet unam cotlandam, quæ continet tertiam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum tres solidos, ad tres terminos præscriptos æqualiter.

Dat pro ea talliagium.

Et inveniet duos homines ad primam precariam.

Dat ad auxilium vicecomitis duos denarios, ad duos terminos ut supra.

Dat etiam merchetum.

---

[1] *Terry*] Teryry in MS., with the mark of erasure under the first y.

f. v^{xx}. xii.[2] Johannes de Britendene tenet dimidiam virgatam, et reddit per annum tres solidos, ad tres terminos prædictos,[1] ad singulos æqualiter.

Facit in omnibus aliis pro sua dimidia virgata sicut Hugo Terry pro sua virgata.

Exceptó quod non dat ad auxilium vicecomitis nisi tres denarios per annum, ad duos terminos, ut supra.

Robertus ad Hille tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios ad tres terminos ut supra.

Item idem tenet quartam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum duos solidos ad eos[dem] terminos.

Arabit tres lovebones, et unum sellionem ad hybernagium,[3] et per alium diem ad tramesium.

Et inveniet unum hominem ad sarclandum per unum diem, et unum hominem ad levandum fenum.

Carriabit unam carectatam feni vel bladi.

Metet dimidiam acram ad lovebone.

Ad primam precariam veniet ipse cum tota familia sua, quæ potest operari.

Ad secundam non veniet ipse, sed mittet[4] totam familiam suam.

Dat ad auxilium vicecomitis tres obolos per annum, ad duos terminos, ut supra.

Et dat talliagium cum villata.

Item, idem Robertus tenet unum pytil, quod continet duas acras, et reddit inde per annum octo denarios, scilicet, in festo Sancti Andreæ tres denarios, in Annunciatione tres denarios, in festo Sancti Michaelis duos denarios.

Item idem tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos, ut supra.

Inveniet etiam ad primam precariam unum hominem, et ad fenum levandum unum hominem.

Dat merchetum.

Willelmus de Bosco tenet dimidiam virgatam, et reddit per annum duos solidos, ad tres terminos ut supra.

Arabit tres lovebones.

Carriabit tres carectas feni vel bladi.

Dat ad auxilium vicecomitis per annum tres denarios, ad duos terminos ut supra.

Dat talliagium.

---

[1] The words *ad prædictos* are written in the MS. after *prædictos*, but have been struck through.

[2] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

[3] *hybernagium*] ybernagium in MS., with h interlined in a different hand.

[4] *mittet*] metet in MS., mittet interlined in a different hand.

Non dat merchetum.

Robertus Turnetrave tenet unum messuagium,[1] et reddit per annum sex denarios, ad tres terminos per annum ut supra.

Inveniet unum hominem ad levandum fenum per unam diem, et unum hominem ad precariam primam.

Dat talliagium.

Geroldus filius Juliani tenet unam croftam, quæ continet tres acras, et reddit pro ea duodecim denarios per annum, ad tres terminos ut supra.

In omnibus aliis facit sicut Robertus Turnetrave.

Robertus filius Johannis tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

In omnibus aliis facit sicut Robertus Turnetrave.

Ricardus filius Hugonis tenet unum mesuagium, et unam croftam, quæ continet quatuor acras, et reddit pro eis per annum duos solidos, ad tres terminos ut supra.

Inveniet unum hominem ad sarclandum per unum diem.

Et facit in omnibus sicut Robertus Turnetrave.

Ricardus filius Thomæ tenet unum mesuagium, et unum pytil, quæ continent dimidiam acram, et reddit inde per annum duodecim denarios, ad tres terminos ut supra.

Facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Alanus filius Rogeri tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Cecilia vidua tenet unum mesuagium, et unum pytil, quod continet unam acram, et reddit[2] inde per annum duodecim denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Ansellus Molendinarius tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Hugo filius Henrici tenet unum mesuagium, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Willelmus Fader tenet unum mesuagium, et unum pytil, quod continet unam acram, et reddit inde per annum duodecim denarios, ad tres terminos ut supra.

Metet unum sellionem ad lovebone, et facit in aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Richerus[3] Ketelbern tenet unam cotlandam, quæ continet

[1] *messuagium*] a dot of subpunction is placed under the second *s* in this word.

[2] *reddit*] redit, MS.

[3] *Richerus*] originally written *Ricardus*, but afterwards struck through, and *Richerus* written in the margin, and referred to its proper place in the MS. by a mark.

tertiam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum tres solidos, ad tres terminos ut supra.

Arat tres lòvebones.

Herciat per unum diem ad tramesium, et [per] unum diem ad hybernagium.

Inveniet unum hominem ad sarclandum per unum diem, et similiter ad levandum fenum.

Carriabit unam carectam feni vel bladi.

Metet unum sellionem ad lovebone.

Dat ad auxilium vicecomitis duos denarios per annum, ad duos terminos.

Alanus filius Ricardi tenet quartam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos ut supra.

Arat tres lovebones.

Dat auxilium vicecomitis tres obolos per annum, ad duos terminos ut supra.

Dat pro filia merchetum.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Robertus ad Springe tenet unum pythel, quod continet acram et dimidiam.

Reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Henricus filius Hervicii tenet unum pythel, quod continet acram et dimidiam.

Reddit inde per annum sex denarios ad tres terminos.

Et facit in omnibus aliis sicut Ricardus filius Hugonis.

Alicia vidua tenet dimidiam virgatam terræ, et reddit inde per annum tres solidos, ad tres terminos ut supra.

Dat ad auxilium vicecomitis tres denarios, ad duos terminos ut supra.

f. v^{xx}. xii. b.[1] Dat talliagium cum villata.

Mittet ad primam precariam totam familiam suam.

Ad secundam mittet unum hominem.

Hugo filius Joye tenet dimidiam virgatam pro tribus solidis per annum, ad tres terminos ut supra, et facit in omnibus aliis sicut Alicia vidua.

Præterea idem Hugo tenet unam[2] croftam, quæ continet duas acras et amplius, et reddit inde duodecim denarios ad eosdem terminos.

---

[1] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

[2] The words *acram quæ* are written in the MS. after *unam*, but are marked with dots of subpunction.

Dat pro ea talliagium.

Tomas de Suthwode tenet quartam partem unius virgatæ, et reddit per annum duos solidos, sex denarios, ad eosdem terminos ut supra.

Arat tres lovebones.

Dat ad auxilium vicecomitis per annum tres obolos, ad duos terminos ut supra, et facit in omnibus aliis sicut Hugo filius Joye.

Robertus filius Symonis tenet unam dimidiam virgatam.

Reddit inde per annum tres solidos ad tres[1] terminos ut supra.

Arat tres lovebones.

Inveniet unum hominem ad sarclandum, et similiter ad fenum levandum.

Carriabit tres carectas feni vel bladi.

Ad primam precariam veniet ipse cum tota familia sua, quæ potest operari.

Ad secundam mittet unum hominem.

Dat ad auxilium vicecomitis per annum tres denarios, ad duos terminos ut supra, et talliagium cum villata.

Willelmus filius Ricardi tenet dimidiam virgatam terræ.

Reddit inde per annum tres solidos, decem denarios, scilicet, in festo Sancti Andreæ quindecim denarios, obolum, in festo Annunciationis quindecim denarios, obolum, in festo Sancti Michaelis quindecim denarios.

Arat tres lovebones; et unam ad hybernagium, aliam ad tramesium, tertiam ad warectum.

Herciat per unum diem ad hybernagium, et per unum diem ad tramesium.

Invenit unum hominem per unum diem ad sarclandum, et unum ad fenum levandum.

Carriabit tres carectatas feni vel bladi.

Metet unum sellionem ad lovebone.

Dat ad auxilium vicecomitis tres denarios, ad duos terminos ut supra.

Dat merchetum pro filia, et talliagium.

Veniet ad precarias sicut Robertus filius Symonis.

Præterea idem Willelmus tenet extra hydam duodecim acras, quæ sunt extra hydam, in Craule, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos ut supra.

---

[1] *tres*] repeated in MS.

Thomas filius Ricardi tenet dimidiam virgatam extra hydam, et reddit inde per annum quatuor solidos, ad tres terminos ut supra.

Arat tres lovebones.

Herciat per unum diem ad hybernagium, et per unum diem ad tramesium.

Mittet unum hominem ad sarclandum per unum diem, et similiter ad levandum fenum.

Carriabit unam[1] carectatam feni, vel bladi.

Venit ad precarias sicut Robertus filius Symonis.

Dat talliagium.

Ricardus filius Symonis tenuit duodecim acras, de quibus reddidit per annum duos solidos.

Abbas habet eas in manu sua.

Samson de Brerheghe tenet dimidiam virgatam, et reddit inde per annum quatuor solidos, ad tres terminos ut supra.

Mittit unum hominem ad lovebone, et facit in omnibus aliis, sicut Thomas filius Ricardi.

Dat merchet, et talliagium.

Symon Butiller tenet dimidiam virgatam, et reddit inde per annum quadraginta denarios, scilicet, in festo Sancti Andreæ tredecim denarios, in Annunciatione tredecim denarios, in festo Sancti Michaelis quatuordecim denarios.

Phylippus Grumbaud tenet duodecim acras, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos æqualiter, ut supra.

Willelmus de la Rode tenet unam virgatam, et quartam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum novem solidos, ad tres terminos ut supra, æqualiter.

Invenit in autumno ad primam precariam duos homines.

Gervasius de la Rode tenet dimidiam virgatam, et reddit inde per annum tres solidos, ad tres terminos æqualiter, ut supra.

Arat tres lovebones.

Inveniet unum hominem[2] ad levandum fenum.

Veniet ad precariam, sicut Robertus filius Simonis.

Dat merchet et[3] ad talliagium.

---

[1] *unam*] una, MS.

[2] *hominem*] repeated in MS., but the redundant word has been struck through.

[3] *et*] interlined in MS. in the same hand.

Simon de Capella tenet quartam partem unius virgatæ, et reddit inde per annum duos solidos ad tres terminos ut supra, æqualiter.

Veniet ad precarias sicut Gervasius.

Dat talliagium.

Non dat merchetum.

Emma de Horlee tenet dimidiam virgatam, et reddit inde per annum tres solidos et sex denarios ad duos terminos, scilicet, in festo Annunciationis viginti unum denarios, in festo Sancti Michaelis viginti unum denarios.

Facit precarias sicut Gervasius.

Nicholaus de Blechele tenet dimidiam virgatam, quæ vocatur Dale, et est extra hydam.

Reddit inde per annum quatuor solidos, æqualiter ut supra.

Invenit unam hominem ad secundam precariam.

Nihil aliud facit.

Thomas de Horlee tenet duodecim acras, et reddit per annum tres solidos, ad tres terminos ut supra, æqualiter.

Dat talliagium.

Facit precarias sicut Robertus filius Simonis.

Item idem tenet quatuor acras, et reddit inde per annum sexdecim denarios, scilicet, in festo Sancti Andreæ quinque denarios, in Annunciatione quinque denarios, in festo Sancti Michaelis sex denarios.

Præterea idem tenet de novo assarto in Horlee, extra hydam, dimidiam acram et sextam partem unius rodæ, et reddit inde per annum sex denarios, obolum; scilicet, in festo Sancti Andreæ duos denarios, in Annunciatione duos denarios, in festo Sancti Michaelis duos denarios, obolum.

Dat pro ea talliagium.

Dat pro duodecim acris ad auxilium vicecomitis per annum tres obolos, ad duos terminos ut supra.

Nicholaus filius Symonis tenet unum mesuagium, quod continet unam rodam.

Reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos æqualiter, ut supra.

Dat talliagium.

Item tenet de novo assarto extra hydam,[2] et reddit inde per annum novem denarios, ad tres terminos æqualiter, ut supra. f. v[xx]. xiii.[1]

Dat talliagium.

---

[1] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

[2] The extent of the holding is omitted in MS.

Gilbertus de Aclun tenet ibidem unam rodam, et reddit inde tres denarios per annum, ad tres terminos ut supra.

Nihil inde facit.

Galfridus filius Willelmi tenet unum mesuagium, et[1] reddit inde per annum sex denarios ad tres terminos ut supra.

Dat talliagium.

Et facit precariam unam cum uno homine.

Nichellus de Horle tenet tres rodas ibidem, et reddit inde per annum novem denarios, ad tres terminos ut supra.

Dat talliagium.

Facit unam precariam.

Simon filius Roberti tenet ibidem duas acras, et dimidiam partem unius rodæ, et quartam partem unius rodæ, et reddit triginta duos denarios, quadrantem; scilicet, in festo Sancti Andreæ decem denarios, tres quadrantes, in Annunciatione decem denarios, tres quadrantes, in festo Sancti Michaelis decem denarios, tres quadrantes.

Et facit in aliis sicut Nigellus de Horlee.

Walterus Gery tenet ibidem unum pythel, quod continet unam acram, et reddit inde per annum duodecim denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Nigellus de Horle.

Richerus de eadem tenet ibidem unum mesuagium, quod continet unam rodam, et quartam partem unius rodæ, et reddit per annum quatuor denarios; scilicet, in festo Sancti Andreæ unum denarium, et in Annunciatione duos denarios, et in festo Sancti Michaelis unum denarium.

Et facit in aliis sicut Walterus Gery.

Idem idem Richerus tenet duas rodas in novo assarto, et reddit inde per annum sex denarios, ad tres terminos ut supra.

Et pro eis facit in aliis sicut Nigellus de Horlee.

Agnes filia Radulphi tenet ibidem unam rodam, et sextam partem unius rodæ, et reddit per annum tres denarios, obolum; scilicet, in festo Sancti Andreæ unum denarium, in Annunciatione tres obolos, in festo Sancti Michaelis unum denarium.

Et facit sicut Richerus de Horlee.

Willelmus Novus Homo tenet duas acras, et dimidiam acram, et dimidiam rodam, et reddit per annum triginta unum denarios, obolum, ad tres terminos præscriptos æqualiter.

Et facit in omnibus sicut Richerus de Horlee.

---

[1] *et reddit*] repeated in MS., but the redundant words have been struck through.

Robertus filius Evæ tenet duas rodas et dimidiam, et reddit inde per annum septem denarios, obolum, ad tres terminos ut supra, æqualiter.

Et facit in omnibus aliis sicut Willelmus Novus Homo.

Walterus de Linforde tenet ibidem infra hydam duodecim acras et dimidiam, quæ dimidia acra continetur in uno pythil, quod tenet, et reddit inde per annum tres solidos, unum denarium, ad tres terminos, scilicet, in festo Sancti Andreæ duodecim denarios, in Annunciatione duodecim denarios, in festo Sancti Michaelis tredecim denarios.

Arat tres lovebones.

Invenit unum hominem ad levandum fenum per unum diem.

Facit duas precarias sicut Robertus filius Simonis.

Dat talliagium et merchetum.

Et auxilium vicecomitis per annum tres obolos, ad duos terminos ut supra.

Idem Walterus tenet acram unam et dimidiam, et unam rodam de novo assarto, et reddit inde per annum viginti unum denarios, ad tres terminos æqualiter, ut supra.

Et facit in aliis sicut Willelmus Neueman.

Walterus Haym tenet ibidem infra hydam sex acras, et reddit inde per annum octodecim denarios ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus sicut Robertus filius Evæ.

Dat auxilium vicecomitis tres quadrantes.

Ricardus Ingelram tenet sex acras, et reddit inde per annum duos solidos, ad tres terminos ut supra, æqualiter.

Arat tres lovebones.

Facit duas precarias sicut Robertus filius Symonis.

Et in omnibus aliis sicut Walterus Haym.

Item idem Ricardus tenet unam rodam de novo assarto, et reddit inde per annum tres denarios, ad tres terminos ut supra.

Et [facit] in aliis sicut Robertus filius Evæ.

Ricardus Mercator tenet tres rodas, et reddit inde per annum novem denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Robertus filius Evæ.

Rogerus filius Gaufridi tenet quatuor acras, et reddit inde per annum tres solidos, ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Ricardus Mercator.

Ricardus de Tykeforde tenet unam rodam et dimidiam, et reddit inde per annum quatuor denarios, obolum, ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Ricardus Mercator.

Andreas Neue tenet unam rodam et dimidiam, et duodecimam partem unius rodæ, et reddit inde per annum quatuor denarios, tres quadrantes, scilicet, in festo Sancti Andreæ tres obolos, in Annunciatione tres obolos, in festo Sancti Michaelis unum denarium tres quadrantes.

Et facit in aliis sicut Ricardus Mercator.

Walterus Wodekok tenet duas rodas, et reddit inde per annum sex denarios ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Andreas Neue.

Ricardus filius Margeriæ[1] tenet duas rodas.

Reddit per annum sex denarios ad tres terminos ut supra.

Et facit in aliis sicut Walterus Wodekok.

Ricardus filius Alani tenet unam acram, et reddit per annum duodecim denarios, ad tres terminos ut supra.

Et facit in omnibus aliis sicut Walterus Wodekok.

Symon filius Alani tenet duas acras, et reddit inde per annum duos solidos ad eosdem terminos.

Et facit in aliis sicut Walterus Wodekok.

Robertus filius Radulphi de Pym tenet tres acras, et reddit inde per annum tres solidos ad eosdem terminos.

Et facit in aliis sicut Walterus Wodekok.

Radulphus de Horle tenet[2] duodecim acras infra hydam, et reddit per annum tres solidos, sex denarios, ad eosdem terminos æqualiter.

Arat tres lovebones.

Invenit unum hominem ad sarclandum per unum diem, et similiter ad fenum levandum.

Facit duas precarias sicut Robertus filius Simonis.

f. v[xx].xiii. b.[3] Dat talliagium et merchetum.

Ad auxilium vicecomitis per annum tres obolos, ad duos terminos ut supra.

Præterea idem tenet duas acras et dimidiam, et reddit per annum duos solidos, sex denarios, ad eosdem terminos.

Item Crauntfelde.

In Crauntfeld sunt sex hydæ terræ in puro villenagio præter cotlandas.

De quibus hydis Radulphus de Pyro tenet unam virgatam.

---

[1] *Margeriæ*] There is a slight erasure in the MS. at the end of this word; it appears to have been originally written *Margaret'*.

[2] *tenet*] interlined in MS.

[3] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

Et operabitur pro ea qualibet septimana a festo Sancti Michaelis usque ad Gulam Augusti per tres dies, scilicet, die Lunæ, die Martis, et die Jovis.

Et die Veneris arabit, cum quot capitibus habet in caruca.

Præter tredecim dies Natalis, in quibus operabitur tantum per unum diem, et similiter in septimana Paschæ et Pentecostes.

Si triturare debeat, triturabit pro opere unius diei, de frumento viginti quatuor garbas, de hordeo vel fabis triginta garbas, de avena quadraginta octo garbas.

Si fossare debeat, vel murum facere, vel cooperire, vel aliud hujusmodi facere infra curiam, operabitur a mane usque ad nonam, et, si dominus voluerit, eo die operetur ulterius.

Pascet eum, si fossare debeat extra curiam.

Faciet in plana terra fossatum longitudinis duarum perticarum et dimidiæ.

Pertica erit sexdecim pedum et dimidiæ, latitudinis duorum pedum et dimidiæ, profunditatis unius spadegraft.

Eodem modo faciet in veteri fossato temperando.

Si debeat claudere, colliget clausturam, et claudet in campo duas perticatas et dimidiam in longitudine, et duorum cursuum in altitudine, pro opere unius diei.

Si debeat colligere spinas, vel virgam differendam ad curiam, colliget in bosco, qui vocatur Lees, et portabit usque in curiam, de spina tres fassiculos, vel de virgis duos fassiculos; de bosco, qui vocatur Kokys, colliget et portabit, de spina quinque fassiculos, de virgis tres fassiculos.

Si debeat herciare ad ybernagium, herciabit tota die sine intervallo.

Ad tramesium herciabit a mane usque ad nonam, et tunc ibit ad domum suam, et post prandium herciabit usque ad vesperam.

Si debeat sarclare, vel falcare, operabitur tota die.

In festo Sancti Martini dat ad landgavel septem denarios, obolum; et tres gallinas et unum gallum; et sex bussellos avenæ.

Arabit tres lovebones.

Dat ad auxilium vicecomitis per annum sex denarios, scilicet, in festo Sancti Martini tres denarios, in festo Sancti Johannis Baptistæ tres denarios.

Averagium.

A festo Sancti Michaelis usque ad Natale unum averagium faciet usque Londonium; et portabit dimidium quarterium frumenti vel hordei, vel fabarum, vel sex bussellos avenæ; et

infra quindenam, qua facit averagium usque Londoniam, non faciet aliud averagium.

Eo etiam tempore faciet bis averagium usque Rameseiam, et portabit quantum usque Londoniam.

Et cum villata faciet plenum averagium usque Londoniam, habebit[1] de bursa Abbatis quatuor denarios.

Cum autem usque ad Rameseiam, habebit ibi unum pastum, et foragium ad equum suum, et tunc non averabit infra quindenam sequentem, sicut nec post averagium Londoniæ.

Averabit etiam eo tempore extra quindenas præscriptas usque Dunstable, Bedeforde, et Schytlyngdone, quotiens necesse fuerit.

A festo Natalis Domini usque ad Hokeday faciet omni eodem modo averagium sicut inter festum Sancti Michaelis et Natale.

Ad Hockeday usque Gulam Augusti etiam[2] faciet tria averagia usque Londoniam sicut prædictum est.

Et plenum averagium habebit ad singula quatuor denarios, ut prius.

Eodem etiam tempore faciet averagium usque Rameseiam, et alibi, ut prius, si dominus voluerit.

Faciet sex bussellos de braysio avenæ pro opere unius diei.

Et habebit ad ipsum braysium siccandum unum fasciculum straminis.

Quando[3] falcat tota die in prato Abbatis, habebit ad vesperam unum fasciculum herbæ, secundum consuetudinem villatæ.

Tota villata, ad diem quo falcat in prato Abbatis communiter, habebit sex denarios ad potandum.

A Gula Augusti usque ad festum Sancti Michaelis operabitur qualibet septimana quinque diebus, quodcunque genus operis dominus voluerit.

Et Sabbato, si necesse fuerit, faciet averagium usque Bedeforde, vel alibi prope.

Si metit, metet unam sellionem frumenti vel avenæ, vel unam rodam hordei vel fabarum, pro opere unius diei.

Si debeat colligere stipulam, colliget dimidiam acram.

---

[1] *habebit*] repeated in MS., but the redundant word has been struck through.

[2] *etiam*] et, MS.

[3] *Quando . . . . . Abbatis*] These words are written in the margin, and referred to their proper place in the text by a mark.

In prima precaria veniet cum tota familia sua, quæ potest operari; et non computabitur ei pro opere suo, quia in crastino precariæ reddit opus illius diei.

Radulfus de Wyking tenet dimidiam virgatam, et pro ea arat tres acras per annum.

In omnibus aliis facit quantum Radulfus de Pyre pro medi[et]ate suæ virgatæ, excepto quod Radulfus Wyking nullam facit aruram die Veneris.

Helyas filius Willelmi tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Radulfus Wyking.

Agnes vidua tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Radulfus Wyking.

Adam filius Ricardi tenet dimidiam virgatam, faciens pro ea in omnibus sicut Radulfus de Pyro pro medietate suæ virgatæ.

Walterus Præpositus tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Galfridus filius Thomæ tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus pro ea sicut Adam filius Ricardi.

Simon filius Willelmi tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam.

Wivianus Hethewey tenet unam virgatam, et facit in omnibus sicut Radulphus de Pyro. f. v[xx]. xiiii.[1]

Idem Vivianus tenet tres buttas parvas, et reddit inde in festo Sancti Martini duas gallinas.

Robertus de Hyl tenet unam virgatam, et facit sicut Radulphus[2] de Pyro.

Robertus filius Katerinæ tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Ricardus filius Simonis tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Simon Alberd tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Beatrix vidua tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Ricardus filius Simonis tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Simon Neueman tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Adam Bedellus tenet unam virgatam, et facit sicut Radulfus de Piro.

Simon Hog tenet unam virgatam, et facit sicut Radulfus de Piro.

---

[1] *Craunfelde* is written in the upper margin as a running title.

[2] *Radulphus*] Ricardus, MS.

Gervasius Hethewey tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Simon Faber tenet dimidiam virgatam, et facit pro ea ferramenta[1] carucarum curiæ, et percipit duos blektruns ad carbonem.

Dat talliagium.

Et ad auxilium vicecomitis[2] tres denarios per annum, ut supra.

Robertus Siluiric' tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Robertus filius Nichilli tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Johannes filius Simonis tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Henricus filius Roberti tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Isabella vidua tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Helyas del Hac tenet unam virgatam, et facit pro ea sicut Radulfus de Pyro.

Agnes Kyneward tenet dimidiam virgatam, et facit pro ea sicut Adam filius Ricardi.

Robertus Bedellus tenet dimidiam virgatam, et facit pro ea sicut Adam filius Ricardi.

Cecilia vidua tenet dimidiam virgatam, et facit pro ea sicut Adam filius Ricardi.

Willelmus Fader tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Ricardus filius Hugonis tenet dimidiam virgatam, sicut Adam filius Ricardi.

Cecilia vidua tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Johannes Frend tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Alanus filius Siward tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Willelmus Godale tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Robertus de Spreng tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Agnes vidua tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

---

[1] *ferramenta*] feramenta, MS.

[2] *vicecomitis*] Originally written *vicin'*, and afterwards altered.

Henricus filius Hervicii tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Adam filius Ricardi.

Nicholaus filius Simonis tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Reginaldus le Hodere tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Johannes Pintok tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Eva de Horlee tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Radulfus[1] de Horle tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Adam filius Ricardi.

Præterea[2]; In Crauntfelde sunt septem cotlandæ, quæ continent dimidiam hydam et duas partes unius virgatæ terræ.

De quibus Robertus filius Johannis tenet unam cotlandam.

Et qualibet die Lunæ per annum, præter Natalis, Paschæ, et Pentecostes, operabitur quodcunque genus operis ei præceptum fuerit, sicut virgatarius.

Et qualibet die Veneris arabit, vel aliud opus faciet pro arura.

Et averabit in dorso usque Rameseiam, vel alibi, ubi ad remotius possit per unum diem ire, et per alium diem redire; et portabit duas aucas, vel tres capones, vel quinque gallinas, vel duodecim pullos gallinarum, vel centum ova.

Dat talliagium, et merchetum.

Et auxilium vicecomitis, scilicet per annum duos denarios, ad duos terminos ut supra.

Geroldus Ruffus tenet tantum pro tanto.

Robertus de Hyl tenet tantum pro tanto.

Ricardus filius Albrici tenet tantum pro tanto.

Johannes Frend tenet tantum pro tanto.

Nichillus de Porta tenet tantum pro tanto.

Reyna vidua tenet tantum pro tanto.

Ricardus filius Thomæ tenet unam cotlandam, et arat tres selliones per annum.

Operatur qualibet die Lunæ.

Et facit omnes alias consuetudines, quas Robertus filius Johannis, excepto quod non arat, nec operatur die Veneris.

Willelmus Blisse tenet unum mesuagium, et unum pytillum, quæ continent per æstimationem dimidiam acram, et operatur pro ea qualibet die Lunæ per annum, sicut virgatarius.

---

[1] *Radulfus . . . Ricardi*] This clause is inserted in the margin of the MS., and referred to its proper place in the text by a mark.

[2] *Præterea*] Peterea, MS.

Dat talliagium et merchetum.

Johannes Freke tenet unum mesuagium, et unum pythellum, et facit in omnibus sicut Willelmus Blisse.

Alanus filius Rogeri tenet unum mesuagium, et unum pythellum, et operatur pro ea qualibet die Veneris.

Dat talliagium et merchetum.

Isti tres non facient averagia.

Tota villata, præter liberos, dat in festo Sancti Andreæ viginti solidos, qui vocatur filstinpound; et per hoc quieti debent esse de omnibus misericordiis, ante judicium pro sex denariis, et post judicium pro duodecim denariis, nisi pro effusione sanguinis, vel pro excisione quercus pro furto.

Memorandum etiam, quod præter festum Natalis, Pascæ, Pentecostes, si festum contingat in die operis, unum festum computabitur domino, et aliud operariis.

Ita scilicet, quod si dominus voluerit habere aliquid[1] opus in suo festo, eodem die debet solvi, nec post ea exigi.

f. v^xx. xiiii. b. [2].

Ibi est unum molendinum ad ventum, quod est in manu Abbatis, et valet communiter ad firmam quadraginta solidos.

Walterus Kyneward reddit annuatim sex solidos, octo denarios, ad tres terminos, sine gersuma, pro placia, quæ dicitur pythel, juxta Kalvescroft, quam quidem placiam propriis sumptibus edificabit; videlicet, die Annunciationis Beatæ Mariæ duos solidos, quatuor denarios; die Sancti Michaelis duos solidos duos denarios; die Sancti Andreæ duos solidos, duos denarios.

Et faciet inde omnia servitia et omnes consuetudines, sicut ipsi qui pares sui erant.

Videlicet inveniet unum hominem ad duas precarias in autumno.

Unum hominem uno die ad sarclandum.

Et unum hominem uno die ad fenum levandum.

Et cætera omnia forinseca et alia sicut pares ejusdem.

Alicia filia Thymelonæ reddit annuatim ad vitam suam sex denarios ad tres terminos pro parva casa, quam mater sua tenuit.

Et inveniet unum hominem uno die ad sarclandum.

Unum hominem uno die ad fenum.

Ad magnam precariam uno die unum hominem ad cibum domini.

---

[1] *aliquid*] *aliud* occurs in the text before *aliquid*, but is marked with dots of subpunction.

[2] *Elyngtone* is written in the upper margin as a running title.

CCXXXI.

Elyngtone.

Nomina hominum de Elingtone, per quos fit inquisitio ibidem, die Martis proxima ante festum Sancti Petri, de servitio et consuetudine villenarum coram fratre Laurencio et Willelmo le Noreys, scilicet Willelmus le Neuman, Walterus de Bello Manso, Thomas[1] de Berencham, Stephanus Fot, Walterus Buk, Walterus filius Reginaldi, Willelmus West, Alexander Buk. Of Elyngtone.

Dicunt quod viginti septem virgatæ et dimidia sunt in villenagio.

De quibus Willelmus le Neweman tenet unam virgatam, et reddit per annum duodecim denarios ad tres terminos, scilicet ad festum Sancti Andreæ quatuor denarios, ad Annunciationem quatuor denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ quatuor denarios.

Et operatur quolibet die Lunæ, et die Mercurii, per annum, a fine messionis villæ usque initium messionis ejusdem, quodcunque opus dominus voluerit, ad cibum proprium.

Ita quod si ad boscum debeat ire pro spinis, debet scindere, et facere, pro opere suo, tres fasciculos[2] spinæ, et eosdem ferre in curiam Abbatis a fine messionis usque Hockeday.

Et de Hockeday usque Gulam Augusti quatuor fasciculos.[2]

Et si triturare debeat, debet triturare triginta[3] quatuor garbas de frumento, et triginta garbas de singulis aliis generibus bladi.

Et si fossare debeat, debet fossare de aperto fossato unam rodam et dimidiam, et de plana terra unam rodam, de longitudine et de latitudine quinque pedum.

Et si operetur in curia, debet operari usque horam nonam, ad cibum proprium.

Et si operetur usque ad vesperum, habebit prandium suum ad nonam a domino Abbate, quodcunque opus fecerit in curia.

Item si araverit solus, arabit dimidiam acram quolibet die Veneris tempore aruræ per annum; et si cum alio, vel cum aliis araverit, idem facient omnes simul quod ipse solus, si solus araverit.

Item herciabit a mane usque ad nonam pro uno opere.

Item[4] a tempore falcationis falcabit dictis diebus, scilicet, Lunæ et Mercurii, vel aliis diebus pro illis, si necesse fuerit,

---

[1] *Thomas*] Tomas, MS.
[2] *fasciculos*] fassiculos, MS.
[3] viginti?
[4] *Item*] Idem, MS.

a mane usque ad vesperum, qualibet septimana, per unum hominem, tempore falcationis, ad cibum proprium.

Et similiter fenum levabit dictis diebus, vel cariabit tota die fenum pro uno opere.

Et die Veneris, vel falcabit, vel fenum levabit, tota die, ad cibum proprium, vel arabit dimidiam acram.

Item tempore sarclationis sarclabit per unum hominem tota die ad proprium cibum quolibet dictorum dierum in septimana.

Item tempore messionis, inveniet quolibet die in septimana unum hominem ad metendum, ad cibum proprium, excepto die Sabbati, in quo operabitur opus proprium.

Item tempore seminis frumenti, arabit in die aruræ domini dimidiam acram.

Et inveniet unum bussel de bono frumento proprio ad ipsam dimidiam acram seminandam.

Et ipsam herciabit.

Et tempore messionis eandem dimidiam acram pro opere unius diei metet, ligabit et carriabit carecta propria in curia domini, et tassabit.

Item[1] falcabit stipulam tota die pro opere suo infra messionis tempus, si necesse fuerit.

Et postea in fine messionis falcabit stipulam tota die pro uno opere, ad cibum proprium, pro stipula habenda ad tassos cooperiendos, vel alia necessaria.

Item ad primam precariam; quæ erit cum pane et cervisia, potagio et carne, et caseo, ad custum domini; veniet cum tota familia ad unicum pastum, excepta uxore ipsius, vel aliquo, vel aliqua, loco ipsius, qui remanebit domi, ad domum custodiendam.

Et in crastino precariæ prædictæ inveniet duos homines, ad cibum proprium; videlicet, unum hominem pro cibo diei[2] precariæ reddendo, et alium hominem pro opere illius diei.

Item ad aliam precariam; quæ erit cum pane et aqua, potagio et allec, et caseo; similiter veniet cum tota familia ad unicum pastum, excepto unico qui domi remanebit ad domum custodiendam.

Et in crastino non reddet aliquem hominem ad opus domini
f. v[xx]. xv.[3] pro cibo illius precariæ, sed solum hominem inveniat ad cibum proprium, more solito.

---

[1] *Item*] Idem, MS.

[2] *diei*] the first *i* in this word is interlined in the MS.

[3] *Borewelle* is written in the upper margin as a running title.

Item ad tertiam precariam, si fuerit necessaria, veniet sicuti ad primam, et in crastino similiter.

Item dat duos denarios per annum ad heusire, videlicet, obolum ad festum Sancti Martini, et ad festum Sancti Andreæ obolum, et ad Annunciationem Beatæ Mariæ obolum, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ obolum; et est hæc consuetudo eadem cum auxilio vicecomitis et wardopeny, ut credunt.

Et averabit usque Jakele bis per annum, ducendo de quolibet genere bladi unam ryngam, præterquam de fabis dimidiam ringam; et de dicto averagio, unum averagium[1] allocabitur ei pro uno opere, et aliud pro nullo.

Item averabit usque Huntyngdone, Sanctum Ivonem, et Rameseiam, quotienscúnque dominus voluerit.

Ita quod quodlibet aliud averagium allocabitur ei pro uno opere.

Et cum venerit apud Rameseiam cum averagio, semper duo equi habebunt unum panem armigeri.

Item dabit ad talliagium secundum terram et catalla sua, sicuti et alii de villa.

Et de octo carectatis feni, in cariatione quarum prædictæ viginti septem virgatæ et dimidia, tenentur ad carriandas ipsas usque Rameseiam.

Ita quod serviens Abbatis et Præpositus judicent ipsas carectatas bonas et bene oneratas.

Dictus Willelmus Neweman inveniet pro virgata sua, sicuti et aliæ virgatæ faciunt.

Et dabit merchetum pro[2] filia sua.

CCXXXII.

Borewelle.

Hoc est verum-dictum juratorum de Burwelle.

Ecclesia de Burwelle est in dominio Abbatis, videlicet ecclesia Sanctæ Mariæ, et in ejus donatione.

Et quædam virgata terræ pertinet[3] ad ecclesiam, libera ab omni servitio præter forinsecum servitium.

Sex hydæ sunt in dominio Abbatis, ad tabulam Abbatis.

Præterea tres virgatæ terræ, quæ vocantur Hinlandes, sunt de dominio Abbatis.

---

[1] *averagium*] averagium et, MS.

[2] *pro filia sua*] added in the margin of the MS.

[3] *pertinet*] pertinent, MS.; but the last *n* is marked with dots of subpunction.

De his tribus virgatis terræ tenet Gilbertus Præpositus quindecim acras, quas Albricus de Burwelle ei dimisit, pro sex solidis per annum pro omni consuetudine, quia est de dominio.

Galfridus Clericus tenet quindecim acras pro sex solidis, de dominio similiter, per concessionem ejusdem Albrici.

Pastor ovium habet similiter quindecim acras de dominio per idem servitium, sed habet modo illam pro servitio suo et cibo per annum.

Edricus filius Edwardi tenet duas acras pro tribus solidis, et facit omnes consuetudines villæ, per donum [1] Albrici.

Ervicius filius Everardi tenet quinque rodas pro duobus solidis, per donum Reginaldi Celerarii.

Nota. Everardus tenet quinque rodas pro duobus solidis, per assensum Michaelis de Clervaus.

Robertus filius Wyniat tenet quinque rodas pro duobus solidis, per assensum Michaelis.

Johannes filius Alani tenet quinque rodas pro duobus solidis, per assensum Michaelis.

Simon Capellanus tenet quinque rodas per assensum Michaelis.

Robertus de Screcam tenet duas acras pro duobus solidis.

Nota. Walterus filius Justini tenet unum toftum pro duobus solidis, per donationem Willelmi Abbatis.

Ricardus filius Ingard tenet dimidiam acram pro sex denariis, per donationem Reginaldi Celerarii.

Gilbertus filius Teci tenet tres rodas ad emendationem [2] tofti sui, quod Albricus ei concessit.

Ivo Clericus tenet duodecim acras pro sex solidis, per donationem Albrici, pro omni consuetudine.

Oswy tenet quoddam toftum in Recl'eri pro duobus solidis, per donationem Johannis filii Wyth, et omnes consuetudines villæ.

Everardus filius Gerardi tenet similiter quoddam toftum [3] pro duobus solidis, per donationem ejusdem Johannis.

Idem Everardus tenet unam acram pro duodecim denariis, per donationem Reginaldi Celarii, pro omni consuetudine.

Willelmus Bonus Puer tenet octodecim rodas pro duodecim denariis, per donationem Michaelis.

Johannes le Bel tenet unam acram, ad emendationem terræ suæ.

---

[1] *donum*] This word is slightly blurred in the MS.

[2] *emendationem*] amendationem, MS.

[3] *toftum*] coftum, MS.

Robertus de Clervaus et Walterus de Bamevile et Radulfus de Ouede tenent dimidiam acram de dominio; sed nunquam viderunt illam in dominio, sed audierunt.

Walterus filius Averidi tenet novem acras terræ pro tribus solidis, pro omni consuetudine, quam Albricus ei concessit.

Ivo Clericus tenet tres virgatas terræ, et sequitur hundredum et comitatum pro villa, et facit inde forinsecum servitium.

Clariz tenet tres virgatas terræ per idem servitium.

Eadem tenet unam virgatam terræ pro quinque solidis, quæ fuit de villenagio, quam Willelmus Abbas ei concessit.

Alexander filius Nicholai tenet unam virgatam terræ pro septem solidis pro omni consuetudine, præter forinsecum servitium.

Idem Alexander tenet unam virgatam terræ pro tredecim solidis, quam consuevit arare, et falcare, et metere, et cæteras consuetudines quæ pertinent ad villenagium.

Robertus de Clarevaus et Radulfus de Osdene et Walterus de Bamevile tenent unam hydam pro viginti solidis pro omni consuetudine, præter forinsecum.

Henricus de Nesse tenet viginti quatuor acras, et molen- *Nota.*
dinum quoddam, pro viginti solidis.

Et debet molere totam firmam de Burewelle sine toloneto.

Et arare tres acras per annum.

Et tribus diebus in autumno ad tres precarias Abbatis invenire unum hominem.

Et præterea metere unam acram et dimidiam pro tribus panibus cum companagio.

In omnibus auxiliis cum villata participare.

Et unum obolum ad sepem[1] vitis, scilicet Wynyard.

Hunilda tenet viginti quatuor acras.

Et debet parare ferra duarum carucarum de ferro Abbatis. f. v^{xx}. xv.b.[2]

Et ferrare unum pallefridum annuatim[3] per totum annum de ferris suis.

Et insuper[4] duos pedes.

Et duos solidos pro valda sua dare.

Et omnia ferramenta quæ pertinent ad curiam Abbatis.

Et participare cum villata cum omnibus auxiliis.

Et unum obolum ad sepem[5] vitis, scilicet Wynyard.

---

[1] *sepem*] vii., MS.

[2] *Borewelle* is written in the upper margin as a running title.

[3] *annuatim*] the second *a* in this word is interlined in the MS.

[4] *insuper*] the first syllable of this word has been partially erased in the MS.

[5] *sepem*] written on an erasure.

Et ad tres preces tres homines inveniet.

Et acram et dimidiam metet, et recipiet[1] inde tres panes et companagium.

Et arabit novem rodas in autumno.

Idem Walterus tenet unam croftam pro quatuor solidis, sed nesciunt quo modo illud tenet, sed per firmarios habet.

Clariz et Robertus de Clervaus et Walterus de Bamevile et Radulphus de Osdene tenent unam piscaturam pro duodecim solidis.

Nota. Et quinque acras terræ arabilis ad cibum piscatoris.

Sed nesciunt quomodo tenent piscariam.

Alanus Ruffus tenet viginti quatuor acras, cum crofto suo.

Et debet operari a festo Sancti Michaelis usque ad Pentecosten qualibet septimana uno die.

Et arare unam rodam et dimidiam, exceptis duodecim diebus Natalis, et septimana Pascæ, et septimana Pentecostes, et hoc est quindecim acræ.

Et a Pentecoste usque ad diem Sancti Petri ad Vincula operari qualibet septimana duobus diebus, et arare unam rodam et dimidiam.

Et a die Sancti Petri ad Vincula usque ad Nativitatem Sanctæ Mariæ qualibet septimana debet operari tribus diebus.[2]

Et præterea ad tres preces, debet qualibet die invenire unum hominem.

Et præterea tres dimidias acras debet metere, sed debet habere tres panes cum companagio.

Et debet ducere tres carectatas de frumento, et tres carectatas de avena.

Et debet colligere fenum Abbatis cum villata, et ducere ad curiam.

Et a Nativitate Sanctæ Mariæ usque ad festum Sancti Michaelis debet operari qualibet septimana duobus diebus.

Et ad Natale unam gallinam, et quartam partem unius quarterii avenæ plenam.

Et ad Pascha octo ova.

Et præterea dabit annuatim sexdecim denarios et quadrantem ad tres terminos ad fulstingpounde, et ad quartum terminum sex denarios ad londgavel.

Et debet ducere valdam Abbatis de uno loco ad alium locum cum villata.

Et debet herciare in Quadragesima pro servitio unius diei, una die cum equo, sine cibo.

Et averabit usque Rameseiam, quando summonitus est.

---

[1] *recipiet*] rescipiet, MS. | [2] *diebus*] interlined in MS.

Et si sit ibi per tres dies, vel quatuor, non computabitur nisi pro uno die.

Et faciet decem quarteria brasii per annum.

Et ducet bladum ad molendinum,[1] et farinam ad navem, cum villata.

Et si necesse fuerit averare, ipse cum duobus hominibus inveniet carectam, ad ducendum, ubi Abbas præceperit, infra comitatum.

Et similiter ipse cum duobus hominibus inveniet carectam ad ducenda stercora, donec curia mundetur.

Cuilibet debet computari pro uno die. *Nota.*

Si autem non operatur, debet dare per annum octo solidos pro opere suo.

Et sexdecim denarios et unum quadrantem ad fulstyngpounde.

Et unum denarium ad sepem[2] vitis, scilicet Wyniard.

Et arare sicut prius.

Et cæteras consuetudines omnes, exceptis sex denariis ad landgavel.

Aubricus tenet viginti quatuor acras per idem servitium cum tofto[3] suo.

Agneta tenet viginti quatuor acras per idem servitium cum tofto suo.

Robertus de Huntyngdone viginti quatuor acras cum tofto[4] suo[5] per idem servitium.

Johannes Chaunterel tenet viginti quatuor acras, cum tofto[4] suo, per idem servitium.

Ricardus Fidelis Serviens tenet viginti quatuor acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Godmannus tenet viginti quatuor acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Walterus filius Justini tenet[6] viginti quatuor acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Symon Sac' tenet viginti quatuor acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Nicholaus tenet viginti quatuor acras, cum tofto suo, per idem servitium, quod Ricardus[7] Ingald facit.

---

[1] *molendinum*] molendinam, MS.

[2] *sepem*] originally written vij. in MS., which has been struck through, and *sepem* written over in a different hand.

[3] *tofto*] cofto, MS.

[4] *tofto*] crofto, MS. The c has been changed into t and the sign of erasure placed under the r.

[5] *suo*] repeated in MS., but the redundant word has been struck out.

[6] *tenet*] interlined in MS.

[7] *Ricardus Ingald* is not mentioned previously, but *Ricardus filius Ingaldi*, occurs in the next clause.

Nota. Ricardus filius Ingaldi tenet viginti acras, cum tofto suo pro septem solidis.

Et quatuordecim denariis, obolo, ad fulstingpound.

Et tribus quadrantibus ad sepem[1] vitis.

Et arat per annum duodecim acras et dimidiam.

Et quartam partem unius quarterii avenæ ad Natale debet dare.

Et sex ova ad Pascha.

Et ducit in autumno quinque carectatas plenas de blado ad curiam.

Et debet metere sine precibus unam acram, sed debet habere duos panes cum companagio.

Et cæteras consuetudines, sicut Alanus, si operetur.

Willelmus tenet viginti acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Henricus filius Everardi tenet viginti acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Radulphus Novus Homo tenet viginti acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Ailina vidua tenet viginti acras, cum tofto suo, per idem servitium.

Nota. Mauricius tenet unam virgatam terræ, et solvit inde annuatim octo solidos.

Et habebit faldam suam super terram suam.

Et præterea dabit ad fustingpound viginti duos denarios, excepto quadrante.

Et[2] unum denarium et quadrantem ad vitis sepem,[3] et allecem.

Et viginti acras arabit in anno.

Et octo quadrigatas bladi in curiam ducet.

Et duos bussellos præbendæ ad Natale, et unam gallinam.

Et ad Pasca decem ova.

Et post falcationem auxilium præstabit feno domini congregando.

Et cum aliis[4] domum ducet.

Et ad tres preces Abbatis, ad[5] singulos, homines inveniet.

f. v^{xx}. xvi.[6] Et metet duas acras.

Et recipiet[7] ad corrodium suum quatuor panes et companagium.

---

[1] *sepem*] This word seems to have been at first written septem in MS., and the t afterwards erased so that only a faint trace remains.

[2] *Et . . . . quadrantem*] interlined in MS.

[3] *sepem*] originally written *septem* and altered as mentioned in note 1.

[4] *aliis*] alliis, MS.

[5] *ad*] interlined in MS.

[6] *Borewelle* is written in the upper margin as a running title.

[7] *recipiet*] rescipiet, MS.

Et in omnibus aliis participabit cum aliis villæ.

Aylred tenet viginti quatuor acras, et facit inde sicut Alanus Ruffus.

Et præterea tenet octo acras, unde solvit annuatim.[1]

Et arat viginti acras

Et facit cæteras consuetudines sicut Alanus Ruffus.

Eo excepto, quod duos bussellos præbendæ dabit.

Et in autumno debet metere duas acras, et habebit cibum suum.

Et octo quadrigatas bladi domum ducet.

Nota.

Berardus tenet quindecim acras, et toftum.

Et debet operari qualibet septimana uno die a die Sancti Michaelis usque ad Pentecosten.

Et a[2] Pentecoste usque ad festum Sancti Petri ad Vincula duobus diebus in hebdomada.

Et in autumno a festo Sancti Petri in quinque septimanis, qualibet septimana tribus diebus.

Et a Nativitate Sanctæ Mariæ usque ad festum Sancti Michaelis duobus diebus.

Et arabit decem acras in anno.

Et ad preces Abbatis tribus diebus metet, et cibum recipiet.[3]

Et acram unam metet, et duos panes recipiet et companagium.

Et domum ducet quatuor quadrigatas bladi.

Et unum bussellum avenæ.

Et ad Natale unam gallinam.

Et quinque ova ad Pascha.

Et fenum cum aliis paribus suis falcabit, congregabit, et domum ducet.

Et extrahet de curia cum duobus sociis suis stercora cum una biga.

Et faciet averagium usque ad Rameseiam, vel alias in comitatu.

Et herciabit in Quadragesima uno die pro servitio unius diei.

Et ad fulstingpound undecim denarios excepto dimidio quadrante.

Ad sepem vitis, et ad[4] allecia, obolum et dimidium quadrantem.

---

[1] No rent named.

[2] *a*] originally written ad in MS., but the *d* is marked with a dot of subpunction.

[3] *recipiet*] rescipiet, MS.

[4] *ad*] interlined in MS.

LONDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

Ad festum Sancti Petri ad Vincula quatuor denarios pro landgavel.

Robertus filius Wymeri tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Everardus tantum tenet pro eodem servitio.

Johannes filius Alani tantum tenet pro eodem servitio.

Robertus de Stratham tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Johannes Clericus tenet unum toftum, quod solebat reddere tres solidos.

Et Johannes filius Wez dedit ei cum præfato crofto quindecim acras, et modo facit per totum, sicut alii faciunt pro quindecim acris.

Willelmus filius Aldith tenet quindecim acras pro eodem servitio cum tofto suo.

Willelmus filius Teci tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Gilbertus frater ejus tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Thomas filius Levivæ tenet quindecim[1] acras pro eodem servitio.

Walterus Sapiens tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Robertus filius Ricardi tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Thomas Palmarius tenet quindecim acras pro eodem servitio.

Godefridus tenet quindecim acras pro eodem servitio, cum tofto suo.

Ricardus ad Angulum tenet quindecim acras pro eodem servitio, cum tofto suo.

Gylbertus Ruffus tenet quindecim acras, cum tofto suo, pro eodem servitio.

Avicia tenet quindecim acras, cum tofto suo, pro eodem servitio.

Wylekinus tenet quindecim acras pro quinque solidis, et quatuor denariis.

Et arat, et facit omnes consuetudines sicut alii.

Quilibet istorum, si non operatur, debet dare per annum sex solidos.

Et ad fulstingpound, undecim denarios, dimidio quadrante minus.

Et ad sepem[2] vitis et ad allec unum obolum et dimidium quadrantem.

---

[1] *quindecim*] inserted in the text of the MS. after it had been written.

[2] *sepem*] originally written *vij.* in MS., but afterwards erased, and *sepem* written over in a different hand.

Et arabit decem acras.

Et ad preces Abbatis, tribus diebus metet, et cibum recipiet.

Et cætera faciet, sicut Berardus, præter opera septimanarum.

Et participabit auxiliis.

Thomas Piscator tenet octo acras pro duobus solidis per annum. *Nota.*

Et arat quinque acras per annum.

Et dat ad fulstyngpounde quinque denarios et obolum.

Et ad sepem[1] vitis unum quadrantem et dimidium quadrantem.

Et dimidium bussel avenæ, et unam gallinam, et tria ova, ad Pascha.

Et ducet in autumno duas quadrigatas bladi.

Et colliget et ducet fenum.

Et participabit auxiliis.

Aschillus tenet octo acras pro eodem servitio.

Robertus Scotus tenet octo acras pro eodem servitio.

Algerus tenet octo acras pro eodem servitio.

Godwy tenet octo acras pro eodem servitio.

Ricardus Gerrun tenet octo acras pro eodem servitio.

Thomas ad Placeam tenet octo acras pro eodem servitio.

Johannes le Bel tenet duodecim acras, cum quadam terra, quæ datur ad emendationem, pro quatuor solidis. *Nota.*

Et arat per annum sex acras et dimidiam.

Et ad tres preces in autumno inveniet tres homines.

Et præterea unam acram metet, et habebit cibum suum.

Et ducet tres quadrigatas bladi in autumno.

Et unam gallinam et quatuor ova et dimidium bussellum avenæ.

Et ad fulstyngpond septem denarios, obolum.

Et ad sepem[1] vitis dat unum obolum.

Et ducet fenum et colliget.

Et participabit auxiliis.

Seger tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Edwardus tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedripe. *Nota.*

Petrus tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Everedus tenet quoddam toftum pro triginta tribus denariis, et ben, et bedripe.

---

[1] *sepem*] originally written vij., which has been struck through, and *sepem* written above in a different hand.

Nota. Willelmus Carpentarius tenet quoddam toftum pro triginta duobus denariis, et ben, et bedripe.

Nicholaus filius Johannis tenet quoddam toftum pro triginta duobus denariis, et ben, et bedrype.

Thomas filius Hamonis tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Helyas Clericus pro quodam tofto inveniet navem ad ducendam firmam Abbatis de Rameseya.

f. v[xx]. xvi.b.[1] Folco frater ejus tenet quoddam toftum pro triginta duobus denariis, et debet participare cum villa in auxiliis.

Johannes Pastor tenet quoddam toftum pro viginti denariis, et ben, et bedrype.

Matilda tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedripe.

Gilbertus Præpositus tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Godwy tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedripe.

Ailg'er' tenet quoddam toftum pro tribus solidis, et ben, et bedrype.

Symon Flagellator tenet quoddam toftum pro duobus solidis; et debet habere cibum, quando flagellat.

Ricardus quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Arnoldus quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Aldewynus[2] quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et bedrype.

Ricardus Scotus quoddam toftum[3] pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Robertus Scotus quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Alfricus Mercator quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Alicia quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Aschillus quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

---

[1] *Westone* is written in the upper margin as a running title.

[2] *Aldewynus*] originally written *Aldelwynus*, but a dot of subpunction is placed under the second *l*.

[3] *toftum*] coftum, MS.

Ivo filius Alani[1] tenet quoddam toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Johannes filius Muriel unum toftum pro tribus solidis, et ben, et cætera.

Thomas[2] Piscator unum toftum pro sexdecim denariis, et ben, et cætera.

Robertus nepos Godman unum toftum pro tribus solidis, et ben, et cætera.

Henricus filius Alani unum toftum pro duobus solidis, et ben, et cætera.

Hervicius de Nesse tenet toftum Abbatis ad Olive, et acram molendini, pro triginta duobus denariis.

Hyldaiet tenet unum toftum pro duobus solidis.

Robertus nepos Godeman unum toftum pro duobus solidis.

Alun[3] unum toftum pro sexdecim denariis.

Sed nec isti duo mundant bladum ad ostia horreorum.

Godefridus habuit unum toftum pro tribus solidis, postea dedit Ailirie ei quindecim acras, et dedit ei de denariis suis, ita quod non dat modo pro illis quindecim acris et pro tofto prædicto nisi sex solidos, cum cæteris consuetudinibus in tempore Willelmi Abbatis.

Ivo Clericus emit de Roberto Abbate Ailred' pro dimidia marca.

Walterus filius Ricardi habitat apud Finstede in alio feudo.

Willelmus filius Godwini habitat apud Snouwelle in alio feudo.

CCXXXIII.

Westone.

Inquisitio de Westone facta per Ricardum Præpositum, Galfridum Præpositum, Galfridum filium Galfridi, Walterum[4] filium Arnulphi, Henricum[5] filium Roberti, Galfridum filium Roberti. Of Westone.

Ecclesia est matrix ecclesia, et est constructa[6] in honore Sancti Swythuni, et sita in feodo Abbatis, et in donatione ejusdem.

Persona habet ibi quatuor acras de testamentis liberorum.

Et duas rodas,[7] quæ fuerunt villenagium, et sunt in hyda.

---

[1] *Alani*] originally written Alanani in MS., but the *na* has been struck through.

[2] *Thomas*] Tomas, MS.

[3] *Alun*] a slight erasure follows this word, making its correct reading doubtful.

[4] *Walterum*] Walterus, MS.

[5] *Henricum*] Henricus, MS.

[6] *constructa*] instructa, MS.

[7] *rodas*] interlined in MS.

Nesciunt qualiter, nec a quo tempore, eas habuit.

Percipit de dominico, nomine decimæ, unam acram frumenti de mediocri blado post fimum, et unam acram avenæ.

In dominico sunt duæ hydæ.

Liberi habent duas hydas et dimidiam, et unam virgatam.

Et non sunt computatæ nisi pro duabus hydis et dimidia.

De his tenet[1] Adam filius Ricardi unam hydam et dimidiam, facit inde sectam ad curiam de Brouethone bis in anno, et ad breve domini Regis.

Dat scutagium et hydagium, quantum pertinet ad tantum tenementum.

Dat auxilium vicecomitis et hundred'.

Et vicecomes percipit illud, sed abbas solebat percipere illud usque ad tempus Jocelini.

Venit in propria persona ad primam precariam, et comedit ad curiam.

Item Ricardus Portarius tenet dimidiam hydam, et facit in omnibus sicut Adam.

Præterea idem Ricardus tenet duas cotlandas, cum mesuagio, continentes viginti octo acras, et unam rodam prati, quas Robertus Triaynel Abbas dedit ei in escambium pro molendino de Westone, et reddit inde tres solidos per annum ad festum Sancti Michaelis, et sunt extra hydam.

Mauricius filius Walteri tenet unam virgatam terræ, et facit in omnibus sicut Adam pro tanto tenemento.

Ricardus Junior tenet unam virgatam terræ, et facit[2] in omnibus sicut Adam.

Totum vendidit liberis et villanis de Westone.

Winfridus Vitdelon tenet unam virgatam terræ.

Nesciunt quod servitium inde facit, nec quomodo habuit ingressum.

Liberi ejusdem villæ tenent eandem virgatam de ipso.

Willelmus Firmarius tenet unam cotlandam continentem quatuordecim acras, et reddit inde per annum duos solidos; ad festum Sancti Andreæ Sacristæ octo denarios, et firmario ad festum Sancti Michaelis sexdecim denarios, et illam habet de dono Abbatis Hugonis.

Habet etiam unum pratellum, pertinens ad dictam cotlandam, continens tres rodas.

---

[1] *De his tenet*] repeated in MS., but the redundant words have been struck through.

[2] *facit*] fec', MS.

De villenagio sunt ibi quinque hydæ et dimidia.

Quatuor virgatæ faciunt hydam, et viginti octo acræ faciunt virgatam.

De quibus Galfridus Præpositus tenet unam virgatam, et reddit inde per annum sex denarios ad duos terminos, scilicet, Sancti Andreæ et Nativitatis Beatæ Mariæ Virginis, ad utrumque æqualiter.

Ad auxilium vicecomitis tres denarios ad duos terminos, scilicet, Sancti Andreæ, et Sancti Johannis.

Ad auxilium hundr' quatuor denarios ad quatuor terminos, scilicet, Nativitatis Beatæ Mariæ, Sancti Andreæ, Annunciationis, Sancti Johannis Baptistæ, ad singulos æqualiter.

Talliagium ad festum Sancti Michaelis, et ad Pascha, pro voluntate Abbatis.

Dabit etiam pro quolibet porco ætatis[1] trium quarteriorum anni et supra, si ipsum occiderit, vel vendiderit, inter Gulam Augusti et[2] Purificationem, unum obolum die Sancti Martini pro paunagio.

Si post Purificationem[4] nihil dabit.

f.v^xx. xvii.[3]

Dabit etiam pro wodepeny sicut virgatarius de Breiningtone.

Vel si debet ire ad boscum, omni eodem modo sicut Breiningtone, et ita allocabitur; et hoc facient tantum inter festa Sancti Michaelis et Sancti Martini.

Dabit etiam unam gallinam ad Natale, et unam gallinam ad festum Sancti Benedicti, et viginti ova ad Pascha.

Dabit etiam tertiam partem unius ringæ cumulatæ[5] de fodurcorn, inter Natale et Purificationem, et tertiam partem unius ringæ stricatæ de frumento inter festum Sancti Michaelis et festum Sancti Martini.

Et inde seminabit dimidiam acram, arabit, herciabit, metet, carriabit.

Facit etiam unam mutam brasei quandocunque dominus voluerit, et habebit duas travas farraginis; et allocabitur ei pro duobus operibus.

Arabit etiam quælibet caruca, a festo Sancti Michaelis, quousque totum frumentum seminatum fuerit, qualibet septimana, unam dimidiam acram, et herciabit; et nihil ei allocabitur pro hercietura.

---

[1] *ætatis*] interlined in MS.

[2] *ad* is written in the MS. after *et*, but has been struck through.

[3] *Westone* is written in the upper margin as a running title.

[4] *Purificationem*] The third syllable of this word is repeated in MS.

[5] *cumulatæ*] A slight erasure occurs in the MS. after this word.

Dicunt tamen, quod non debent aliquam aruram de jure, nisi die Veneris, nec debet aliquo tempore aliqua arura prorogari nisi pro triturationе quartarii.

Si tamen non possunt, propter gelu, arare, triturabit quælibet domus unam travam frumenti, vel triginta garbas alterius bladi, pro illa arura, eodem die.

Erunt etiam quieti ab omni opere prima hebdomada Natalis, Paschæ, et Pentecostes, præterquam de averagiis a Circumcisione usque ad Epiphaniam.

Si necesse fuerit, portabunt unum tassum in grangiam, et triturabunt præbendam Abbatis.

Nullum aliud opus faciunt.

Operabitur etiam a festo Sancti Michaelis usque ad Natale, qualibet septimana, per duos dies; scilicet die Lunæ, et die Mercurii, quodcunque opus eis injunctum fuerit.

Si triturabit, triturabit sicut prædictum est pro uno opere.

Si fossaverit, fossabit de fossato aperto duas rodas, et in plana terra unam rodam pro uno opere.

Si faciat muros, vel cooperibit domos, vel aliud hujusmodi opus fecerit, operabitur per totum diem.

Dicunt etiam, quod si festa evenerint diebus Lunæ et Mercurii, unum illorum debet eis allocari, et aliud Abbati.

Et si unicum evenerit festum aliquo dictorum dierum, illud eis allocabitur; tamen a tempore Ricardi Portarii dicunt quod[1] nullum fuit eis allocatum, et ideo in dispositione Abbatis.

Arabit etiam quælibet[2] caruca,[3] ab Epiphania Domini usque ad Pascha, qualibet septimana, dimidiam acram.

Et si dominus voluerit, herciabit quælibet virgata, die Lunæ, vel die Mercurii, per totum diem, pro uno opere.

Et si herciant terram avenis[4] seminatam per totum diem, habebit quilibet scottus de avena quantum potest impugnari a manibus suis.

Item, a clauso Paschæ usque ad diem quo inceperant metere, arabit qualibet septimana, ut prædictum est.

Item, ab Epiphania usque ad Gulam Augusti, operabitur qualibet septimana die Lunæ, die Mercurii, quodcunque genus operis dominus voluerit omni eodem modo, sicut prædictum est.

---

[1] *quod*] interlined in MS.

[2] *quælibet*] qualibet, MS.

[3] *sep* occurs in the MS. before *caruca*, but has been struck through.

[4] *avenis*] avene, MS.

Falcabit etiam per duos dies, et allocabitur ei pro opere duorum dierum.

Et habebunt falcatores de bursa Abbatis ex consuetudine sex denarios.

Et ad vesperam utriusque diei habebunt singuli falcatores unusquisque unum fasciculum herbæ cum uno ligamine, quantum poterit levare super hastam falcis sine fine[1] positione[2] ad terram, et si contingerit quod tangat terram falce,[3] vel hasta fracta fuerit præ pondere herbæ, perdat herbam.

Levabit etiam fenum, quousque totum levatum fuerit, pro uno opere.

Et carriabit et tassabit, quousque totum perfectum fuerit, pro alio opere.

Habebit etiam unam carectam Abbatis, et adjutorium omnium cotmannorum.

A die a quo inceperint metere, operabitur quilibet virgatarius qualibet septimana duobus diebus quolibet die cum duobus hominibus, quousque dominus voluerit arare.

Præterea metet unam dimidiam acram frumenti, pro una lovebone de falcatione, quam fecerit antequam pratum fuisset aratum, et carriabit eandem dimidiam acram loco cariationis feni.

Faciet etiam tres precarias in autumno cum tota familia sua metente, præter uxorem.

Et habebit ad duas precarias unum ferculum carnis, et caseum, panem et cervisiam.[4]

Ad mediam autem precariam habebit panem, et unum ferculum piscis, et caseum sine cervisia.

Faciet etiam unam lovebone post primam precariam cum uno homine per totum diem sine cibo.

A die quo reposuerunt blada usque festum Sancti Michaelis, si dominus voluerit,[5] arabunt qualibet septimana, sicut prædictum est.

Et operabitur die Lunæ et die Mercurii, sicut[6] ante Gulam Augusti.

Si dominus arare voluerit, operabitur qualibet septimana per duos dies usque ad festum Sancti Michaelis, sicut in autumno.

Præterea metet in autumno per unum diem cum duobus hominibus pro opere quod vocatur Bernethachinge.

---

[1] *fine*] interlined in MS.

[2] *positione*] policce', MS.

[3] *falce*] false, MS.

[4] *cervisiam*] originally written serviciam in MS., but afterwards altered.

[5] *voluerit*] voluerint, MS., but the *n* is subpuncted.

[6] *sicut*] originally written *si*, but afterwards altered.

Faciet etiam cornbote per sacramentum suum.

Vel si noluerit jurare, metet cum uno homine per unum diem[1] pro cornbote.

f. v[xx]xvii.b.[2] Debet etiam invenire unam cratem ad faldam domini cum uno palo ab Inventione Sanctæ Crucis usque ad diem Sancti Martini, tunc reportabit cratem et palum.

Præterea debet triturare quinque travas bladi, quæ vocantur quinque quarteria, præter omnia prædicta opera.

Faciet et[iam] averagium ad voluntatem domini apud Rameseiam, et infra comitatum, et semel per annum extra comitatum, et non computabitur eis pro opere; nisi contingat, quod ex necessitate debeant facere averagium die Lunæ vel die Mercurii, qui dies sunt deputati ad opera specialiter, tunc si faciunt averagium, allocabitur eis pro opere unius diei.

Rogerus Abovetoun tenet unam virgatam terræ, et facit in omnibus sicut Galfridus Præpositus.

Galfridus filius Johannis tenet unam virgatam terræ, et facit sicut Galfridus.

Johannes Portarius et Adam filius Ricardi Præpositi tenent unam virgatam, et faciunt[3] sicut prædictus Galfridus.

Walterus de Cote tenet unam virgatam, et facit[4] sicut Galfridus.

Andreas filius Walteri et Radulphus Baroun tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Robertus de Cateworthe et Reginaldus filius Ceciliæ tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Habent etiam unum pratellum, et reddunt inde per annum unum vomerem.

Henricus de Goseholm tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Ranulphus filius G. tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Willelmus filius Johannis tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Ricardus de Tuncy tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Ricardus filius Alfriche et Johannes frater ejus tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Henricus filius Roberti et Fulco filius Rogeri tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Jacobus filius Roberti et Thur' vidua tenent unam virgatam, et faciunt in omnibus sicut prædictus Galfridus.

---

[1] *diem*] *hominem*, MS.

[2] *Brinigtone* is written in the upper margin as a running title.

[3] *faciunt*] facit, MS.

[4] *facit*] interlined in MS.

Willelmus filius Fulconis et Aelina vidua tenent unam virgatam, et faciunt sicut prædictus Galfridus.

Ricardus Beverech et Johannes Aboventoun tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Robertus filius Ricardi et Mathæus Abovetoun [tenent] unam virgatam, et faciunt[1] sicut Galfridus.

Ricardus filius Ricardi et Stephanus Abovetoun tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Et habent unum pratellum sine servitio.

Johannes King tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Willelmus filius Arnulphi et Benedictus frater ejus tenent unam virgatam, et faciunt sicut Galfridus.

Galfridus filius Galfridi tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Ricardus Præpositus tenet unam virgatam, et facit sicut Galfridus.

Omnes isti debent invenire duos homines per unam hebdomadam plenam in vinea Rameseiæ, vel dare duodecim denarios, et allocabitur singulis virgatariis pro uno opere.

Robertus Parmenter tenet tres rodas et unum[2] croftum continentem unam rodam.

Facit inde unum opus quolibet die Lunæ a festo Sancti Michaelis usque ad Gulam Augusti, et a Gula Augusti usque ad festum Sancti Michaelis, qualibet septimana duo opera, et tria[3] averagia per annum apud Rameseiam, et tres precarias in autumno, et erit ad fenum levandum et tassandum.

Dat hevedpeny.

Rogerus filius Sebern tenet unum croftum continentem unam rodam, et unam acram et unam rodam, et facit in omnibus sicut Robertus Parmenter.

Ranulfus le Co tenet septem rodas cum crofto, et facit sicut prædictus Robertus.

Ricardus filius Nycholai tenet quinque rodas cum crofto, et facit sicut Robertus.

Robertus filius Sigil' tenet duas acras, et unum mesuagium, et facit sicut Robertus.

Theberga vidua tenet unam acram pro duobus solidis per annum ad duos terminos Sancti Andreæ et [Nativitatis] Beatæ Mariæ Virginis.

---

[1] *faciunt*] facit, MS.

[2] *unum*] iii., MS.

[3] *tria*] originally written *tres*, but afterwards altered to *tria*.

Consuetudo apud Westone talis est, quod si contingat aliquem ignoranter male arare, dabit unum vomerem; sed si ex consuetudine male araverit, dabit plus, secundum quod deliquerit.

CCXXXIV.

Brinyngtone.

Of Brinyngtone.

Inquisitio de Bryningtone, facta per Walterum filium Ricardi, Reginaldum[1] le Bonde, Ranulphum filium Walteri, et Thomam Præpositum.

Ecclesia est matrix ecclesia, et constructa in honore Omnium Sanctorum, et in donatione Abbatis et Conventus Rameseiæ.

Persona[2] nullam ibi habet terram pertinentem ad ecclesiam, nisi unum mesuagium, et hæc, ut dicunt, de cotlanda, sed nesciunt quis tenuit cotlandam illam.

Idem percipit de dominico, nomine decimæ, unam acram frumenti mediocris, et unam acram avenæ.

Ibi sunt in dominico duæ carucæ terræ, nesciunt quid contineant.

Sunt ibidem quatuor cotlandæ, de quibus Nicholaus filius Alani[3] tenet unam cotlandam,[4] et reddit inde per annum Sacristæ de Rameseia duos solidos ad duos terminos, scilicet Sancti Andreæ et Sancti Benedicti, et ad utrumque æqualiter.

Et sciendum, quod ista cotlanda continet quinque[5] acras in campo, et croftum, et mesuagium quod[6] continet unam rodam.

Willelmus Firmarius tenet tres alias cotlandas, continentes quindecim acras, sine mesuagio, et reddit inde firmario per annum sex solidos ad duos terminos Sancti Andreæ et Sancti Benedicti, ad utrumque æqualiter, et sacristæ Rameseiæ octo denarios de incremento ad festum Sancti Benedicti.

Et has cotlandas habuit ex collatione Hugonis Abbatis.

Et sciendum, quod quondam, tempore Ricardi Portarii, tenuerunt quidam istas tres cotlandas singulas pro duobus solidis per annum.

---

[1] *Reginaldum*] Reginaldus, MS.
[2] *Persona*] Personam, MS.
[3] *Alani*] originally written Alanani, but afterwards altered.
[4] *cotlandam*] interlined in MS.
[5] *quinque*] originally written iiii.
[6] *quod*] quod', MS.

Et quia videbatur dicto Ricardo quod minus servitii rediderant, cepit eas in manu Abbatis, et fuerunt in dominico usque ad tempus Hugonis Abbatis, qui eas tradidit prædicto Willelmo, et istæ quatuor cotlandæ sunt extra hydam. f. v[xx]. xviii.[1]

In villenagio sunt tres hydæ.

Et quælibet hyda continet quatuor virgatas.

Et quadraginta acræ faciunt virgatam.

De his tenet Walterus unam virgatam.

Et reddit inde per annum sexdecim denarios ad duos terminos, scilicet Sancti Andreæ et Nativitatis Beatæ Virginis, ad utrumque æqualiter.

Ad auxilium vicecomitis tres denarios ad duos terminos, scilicet ad Annunciationem et Sancti Johannis Baptistæ, ad utrumque æqualiter.

Ad auxilium hundr' quatuor denarios ad quatuor terminos, scilicet Nativitatis Beatæ Mariæ, Sancti Andreæ, Annunciationis, Sancti Johannis Baptistæ, ad singulos æqualiter.

Ad talliagium ad festum Sancti Michaelis et ad Pascha pro voluntate[2] Abbatis.

Dabit etiam pro quolibet porco ætatis dimidii anni et supra,[3] si ipsum occiderit, vel vendiderit, pro pannagio unum obolum die Sancti Martini, quacunque hora anni ipsum occiderit vel vendiderit.

Dabit etiam pro wodepeny per annum duos denarios.

Vel si debent ire ad boscum, duæ virgatæ invenient unam carectam, et carriabunt unam carectatam et unum summagium de virgata ad curiam domini, et dominus inveniet eis compañagium[4] et boscum, et allocabitur eis pro opere duorum dierum.

Et hoc facient tantum inter festum Sancti Michaelis et festum Omnium Sanctorum.

Dabit etiam duas gallinas ad Natale, et duas ad festum Sancti Benedicti, et quadraginta ova ad Pascha.

Dicunt tamen, quod ante tempus Ricardi Portarii non dedit virgata nisi tantum duas gallinas ad prædictos terminos.

Dabit etiam dimidiam ringæ avenæ stricatam, ad fodercorn, inter Natale et Purificationem, annuatim.

Faciet etiam unam mittam brasei quandocunque dominus voluerit, et habebit duas travas foraginis, et allocabitur ei pro uno opere.

---

[1] *Brinigtone* is written in the margin as a running title.

[2] *voluntate*] volunte, MS.

[3] *supra*] interlined in MS.

[4] *companagium*] The first five letters of this word were left blank by the original scribe, but were subsequently supplied in a later hand.

Debet etiam arare, a festo Sancti Michaelis usque ad diem quo inceperint metere, qualibet septimana per unum diem dimidiam acram cum qualibet caruca, præter primam hebdomadam Natalis, Paschæ, et Pentecostes,[1] in quibus erunt quieti ab omni opere præter averagium.

Et a festo Sancti Michaelis usque ad Natale, herciabunt illam dimidiam acram, quam araverint, nec eis allocabitur pro opere a Natali Domini usque ad Pascha.

Si herciant per totum diem, vel per duas dimidias dies allocabitur eis pro uno opere.

Et si contingat, quod propter gelu impediatur arura, faciet aliud opus pro voluntate domini usque ad horam nonam, scilicet de qualibet domo unus homo pro arura illa, nisi tantum de triturationе, quam si facere contigerit, triturabit viginti quatuor garbas de frumento, de hordeo triginta, vel de avena, vel de fabis.

Præterea dicunt, quod de jure non deberet arura prorogari[2] ab uno tempore usque ad aliud, nisi tempus impedierit, nisi trituratio quarterii, tamen a tempore Jocelini omnes firmarii prorogaverunt.

Arabit etiam quælibet[3] virgata unam dimidiam acram mensuratam, et seminabit eam proprio frumento bono, et herciabit, metet in autumno, et carriabit.

Item a die quo reposuerunt blada in horreis in autumno, si dominus voluerit habere aruram, arabunt qualibet hebdomada sicut prius usque ad festum Sancti Michaelis; et si noluerit habere aruram, operabuntur quodlibet genus operis usque ad vesperam, usque ad prædictum festum Sancti Michaelis.

Debet etiam triturare a festo Sancti Michaelis usque ad tempus sarclationis, qualibet hebdomada, duas travas frumenti, vel sexaginta garbas alterius bladi, pro duobus operibus.

Vel si fossaverit, sex rodas in fossato aperto.

Si in plena terra, duas rodas.

Vel aliud opus faciet, quicquid dominus voluerit, per totum diem pro uno opere.

A die vero quo inceperint sarclare, inveniet virgata qualibet hebdomada per duos dies, quatuor homines sarclantes, quousque totum bladum sarclatum fuerit, pro duobus operibus, de quibus firmarius capit quos et quot voluerit.

Et faciet triturare per totum diem pro opere sarclationis, et sic injuriatum est eis a tempore Hugonis de Elingtone, ut dicunt, qui illud inceperit.

---

[1] *Pentecostes*] Pentecosten, MS.
[2] *prorogari*] prorogare, MS.
[3] *quælibet*] qualibet, MS.

Ad falcationem feni inveniet quælibet virgata unum hominem per duos dies in qualibet septimana falcationis.

Et ad idem levandum inveniet duos homines, quousque levatum fuerit, et allocabitur ei pro uno opere.

Et ad cariationem eundem carriabit cum una carecta quousque carriatum fuerit, et allocabitur pro uno opere.

Et habebunt falcatores de bursa Abbatis ex consuetudine sex denarios.

A die a quo inceperint metere, inveniet virgata per duos dies qualibet hebdomada quatuor homines usque ad finem messis a mane usque ad vesperam.

Faciet autem tres precarias in autumno cum tota familia sua metente præter uxorem.

Et habebit ad duas precarias panem, cerviciam, et unum ferculum de carne et caseum. f. v[xx].xviii.b.[2]

Ad tertiam vero habebit panem, et unum ferculum piscis,[1] et caseum, sine cervicia.

Item ad primam precariam ad nonemetes habebunt singuli octo homines duos panes de frumento.

Faciet etiam unum lovebone cum uno homine per totum diem sine cibo.

Et sciendum, quod omnes cotarii debent interesse tribus precariis et ad lovebone, ad quod singuli habebunt unam garbam, vel unum panem, ad vesperam.

Et ipsi adjuvabunt tassare fenum.

Præterea omnes terram tenentes de villenagio metent una die in autumno pro cornbote, quilibet cum uno homine,[3] et una alia die pro cooperimento grangiæ.

Et sciendum, quod quælibet virgata terræ debet triturare quinque travas bladi, præter omnia prædicta opera, qui vocantur quinque quarteria.

Ricardus filius Thomæ tenet dimidiam virgatam, et facit in omnibus sicut Willelmus filius Rogeri.

Ricardus le Pek tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Willelmus.

Symon filius Willelmi tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Willelmus.

Reginaldus filius Wymar et Willelmus Magister tenent dimidiam virgatam, et faciunt sicut Willelmus.

Willelmus de Hille tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Willelmus.

---

[1] *piscis*] pissis, MS.

[2] *Bitherne* is written in the upper margin as a running title.

[3] *per totum* occurs in the MS. after *homine*, but has been struck through.

Radulphus Sacheben tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Willelmus.

Præterea tenet unam terrulam pro una gallina.

Astinus tenet dimidiam virgatam, et facit sicut Willelmus.

Symo Bacheler tenet dimidiam[1] virgatam, et facit sicut Willelmus.

Willelmus Bacun tenet unam virgatam, et facit sicut Willelmus.

Thomas Præpositus et Hugo frater ejus tenent unam virgatam terræ, et faciunt sicut Walterus.

Reginaldus Bonde et Galfridus Textor tenent unam virgatam, et faciunt sicut Walterus.

Ranulphus filius Walteri tenet unam virgatam, sicut Walterus.

Rogerus filius Galfridi tenet unam virgatam, et facit sicut Walterus.

Rogerus le Neweman et Willelmus filius Ricardi tenent unam virgatam, et faciunt sicut Walterus.

Walterus filius Textoris et Acarius tenent unam virgatam, et faciunt sicut Walterus.

Rogerus filius Walteri tenet unam virgatam, et facit sicut Walterus.

Matilldis vidua tenet unam virgatam, et facit sicut Walterus.

Walterus Russel et Adam le Bonde tenent unam virgatam, et faciunt sicut Walterus.

Fulco et Henricus Prat et Walterus Bakun tenent unam virgatam, et faciunt sicut Walterus.

Omnes isti duodecim debent invenire duos homines in vinea Rameseiæ, in communi, per unam hebdomadam plenam, vel dare duodecim denarios, et allocabitur singulis virgatis pro uno opere.

Walterus filius Emmæ tenet unam croftam, et unum mesuagium, pro duobus solidis ad duos terminos, scilicet Sancti Andreæ et Nativitatis Beatæ Virginis; et in campo tres acras pro sex denariis, ad Nativitatem Beatæ Virginis.

Radulphus de Hauvile tenet unam croftam pro duobus solidis ad duos terminos, scilicet Sancti Andreæ et Nativitatis Beatæ Mariæ.

Mabilia filia Alani tenet unum domunculum pro quatuor denariis ad festum Sancti Andreæ.

---

[1] *dimidiam*] repeated in MS., but the redundant word has been struck through.

CCXXXV.

Bytherne.

Inquisitio de Byterne facta per Willelmum filium Rogeri, Willelmum de Hulle, Willelmum filium Roberti, et Andream filium Roberti. Of Bythorn

Ibi est capella pertinens[1] ad ecclesiam de Breinigtone.

Et est constructa in honore Sancti Laurentii.

Et sita est in feodo Abbatis.

Persona percipit de dominico Abbatis, nomine decimæ, per annum, unam acram frumenti, et unam acram avenæ.

Habet etiam in campis duas acras et unam rodam terræ de testamentis liberorum.

Willelmus de Wychentone tenet ibi dimidiam hydam terræ.

Facit inde servitium forinsecum, nesciunt si aliud faciat.

Homines sui dant hevedpeny sicut alii de villata.

Andreas filius Willelmi Liberi tenet unam virgatam et dimidiam terræ.

Facit inde sectam comitatus et hundredi, et ad curiam de Brouthone bis per annum, ad præceptum domini Regis ibidem.

Invenit ad primam precariam duos homines ad pastum Abbatis.

Et ipse in propria persona ibit ultra metentes cum virga sua, et comedet cum servientibus.

Dat hydagium et scutagium, quantum pertinet ad tenementum suum.

Et dat hevedpeny.[2]

In eadem villa sunt quatuor hydæ terræ et dimidia cum dictis Willelmo[3] de Wychentone et Andrea, de quibus una hyda est in dominico Abbatis.

Nesciunt quot virgatas contineat illa hyda, neque quot[4] acras virgata.

Reliquæ tres hydæ sunt in villenagio, præter unam virgatam et dimidiam dicti Andreæ.

Et sciendum, quod quatuor virgatæ faciunt unam hydam.

Quadraginta octo acræ faciunt unam virgatam.

De villenagio tenet Willelmus filius Rogeri dimidiam virgatam, et reddit inde per annum octo denarios ad duos terminos, scilicet Nativitatis Sanctæ Mariæ et Sancti Andreæ, ad singulos æqualiter.

---

[1] *pertinens*] pertines, MS.

[2] The words *in eadem* occur in the MS. after *hevedpeny*, but have been struck through.

[3] *Willelmo*] Wll'is, MS.

[4] *neque quot*] repeated in MS., but the redundant words have been struck through.

Ad auxilium vicecomitis tres obolos ad duos terminos, scilicet Annunciationis et Sancti Johannis, ad utrumque æqualiter.

f. v[xx]. xix. Ad auxilium hundr' duos denarios ad quatuor terminos, scilicet Nativitatis Beatæ Mariæ, Sancti Andreæ, Annunciationis, Sancti Johannis Baptistæ, ad singulos æqualiter.

Et talliagium ad festum Sancti Michaelis et ad Pascha, ad voluntatem Abbatis.

Dabit etiam pro quolibet porco ætatis dimidii anni, si ipsum occiderit vel vendiderit inter Gulam Augusti et Purificationem, pro pannagio die Sancti Martini unum obolum; si autem ipsum occiderit vel vendiderit extra prædictum terminum, nil dabit.[1]

CCXXXVI.

Redditus assisæ pertinens ad conventum per annum.

f. cxxxv. b. Rents of assize belonging to the monastery.

De Giddinge - - -	viginti et quinque libræ.
De Bitherne - - -	centum solidi, decem denarii.
De terra Andreæ Dinges in Elleswrthe - - -	triginta et quatuor solidi.
De domibus Sancti Ivonis ultra pontem - - -	quadraginta solidi.
De maneriis de Bernewelle et Crouthorpe - - -	sexaginta libræ.
De quadam terra in Bitherne -	una libra cimini.
Pro medonibus - - -	quatuor libræ, septem solidi, videlicet[2] de qualibet plena firma octo solidi. Et de aliis secundum ratam.
Pro calciamentis ex dono J[ohannis]. Abbatis- -	decem libræ.

Memorandum[3] quod Willelmus de Gumecestre Abbas assignavit manerium de Niddingworthe Celerario ad faciendum anniversarium suum, et residuum ad augmentationem Celerariæ.[4]

---

[1] The remainder of this folio is blank, as are also the next three; then from fol. ciii. to cxxxv. occurs the Chronicle of Ramsey, now being edited in the present series of Chronicles by the Rev. W. D. Macray.

[2] *videlicet . . . ratam*] Added in a different hand.

[3] *Memorandum . . . Celerariæ*] added in a later hand, and written partly on an erasure.

[4] This grant of Abbot Gomecestre for the maintenance of his anniversary will be found post, N CC CL.

CCXXXVII.

Anniversaria facienda in Conventu.

Anniversaries in the monastery.

Pro Abbate Ricardo[1] - -	quadraginta solidi	per manum Magistri operum.
Pro patre et matre ejusdem	viginti solidi -	
Pro fratribus et sororibus capituli	viginti solidi -	
Pro Abbate Roberto Trianel. De molendino Riptone Abbatis	quadraginta solidi.	
Pro Abbate Hugone Foliot	quadraginta solidi	per manum Pietanciarii.
Pro Magistro Michaele -	triginta et unus solidi.	
Pro Johanne Episcopo -	viginti solidi -	
Pro Magistro Hereberto -	triginta et unus solidi.	
Pro benefactoribus - -	viginti et sex solidi, octo denarii.	per manum Sacristæ.
Pro Comitissa Wlfina -	quadraginta[2] solidi	per manum Camerarii.
Pro Magistro R. Archidiacono.	triginta et tres solidi, quatuor denarii.	
Pro Abbate Ranulpho[3] -	quatuor libræ. De Giddinge.	
Pro festo Sancti Edwardi Regis.	quadraginta solidi. De prædicto Giddinge.	
Pro Abbate Willelmo Acolte[4]	sexaginta et sex solidi, octo denarii. De perquisitis suis in Bitherne.	
Pro Abbate Hugone de Sulegrave.[5]	quadraginta solidi. De molendino in Borewelle.	

[1] Abbot from 1214 to 1216.

[2] *quadraginta solidi*] written on an erasure.

[3] Abbot from 1231 to 1253. His assignment of the manor of Gidding, in order to provide for the celebration of his anniversary on the festival of Edward the Confessor, will be found post, No. CCCXLII.

[4] Abbot, 1253–4. The assignment of the lands in Bythorn, in order to provide for the celebration of his anniversary will be found post, No. CCCXLVI.

[5] Abbot from 1254 to 1267. His assignment of the watermill in Burwell, in order to provide for the celebration of his anniversary, will be found post, No. CCCXLVII.

Pro Abbate Johanne[1] - sexaginta et sex solidi, octo denarii. De terra in Houghtone.

Pro Rogero de Nortone[2] - sexaginta et unus[3] solidi. De quibus quadraginta solidi de Houghtone et alii in Aillingtone.

Pro Abbate S[imone][4] - sexaginta tres solidi, quatuor [denarii]. Unde, de terra Haukere quinquaginta solidi, et una marca de terra Chinee.

Pro Abbate Roberto[5] - - sexaginta et sex solidi, octo denarii. De terra Chinee prædicta in Hemingforde Abbatis.

CCXXXVIII.[6]

Carta prima magna.

f. cxxxvi. A.D. 1334, June 10. Charter of inspeximus and confirmation of King Edward III.

1. Edwardus,[7] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præ-

[1] John de Sautre, Abbot from 1285 to 1316. The instrument providing for the celebration of his anniversary will be found post, No. CCCXXXVII. The sum, however, provided therein out of Houghton is 13*l.* 6*s.* 8*d.*, not 66*s.* 8*d.*, as above.

[2] The various instruments, all dated in 1307, providing for the daily commemoration of Roger de Norton after his death, will be found ante, Vol. I., pp. 373–9.

[3] *sexaginta et unus . . . Houghtone*] written on an erasure.

[4] Simon de Eye, Abbot from 1316 to 1342.

[5] Most probably Robert de Nassington, Abbot from 1342 to 1349.

[6] As charters of inspeximus are sometimes complex in their construction, a plan has here been adopted which, it is hoped, will serve to distinguish the different instruments inspected. A conspicuous number has been placed at the commencement of each charter, and the same number will be found at its termination; so that there can be no difficulty, as there sometimes is, in tracing out any particular charter with exactness. The most satisfactory manner of dealing with an inspeximus charter would be, if space allowed, to print it in the form of a tabular pedigree. The MS. calendar of the Patent Rolls of the reign of Henry VII., now preserved in the Search Room of the Public Record Office, affords most excellent instances of this method.

[7] Also on Charter Roll, 8 Edw. III., No. 28.

positis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Inspeximus cartam felicis recordationis domini Eadgari, olim Regis Angliæ, in hæc verba:—

2. ℞[1] Rege[2] Regum, et Domino Dominantium,[3] in æternum et ultra omnipotenter ubique regnante, summaque et ineffabili sua clementia universa cœlestium et terrestrium ac infernorum agmina moderante, cujus est largiflua bonitas semper ab omnibus laudanda, omnique laude præferenda, quia nullo bonitatis termino valet concludi in sæculorum sæcula, utpote quia idem Deus ipse sit,[4] suæ propriæ bonitatis bonitas distribuens gratis, non tantum dignis verum etiam indignis, participium suæ bonitatis. A.D. 974, Dec. 28. Foundation charter of King Edgar

Est quippe Rex Regum, et[5] Dominus Dominantium, omniumque subsistentium visibilium et[6] invisibilium Creator, et suæ creationis discretissimus dispositor, attingens a fine usque ad finem, suaviterque disponens omnem creaturam, uti competit ejus divinæ dominationi.

Gloriatur[7] quippe in sanctis suis glorificari, quatinus illorum meritis glorificantes opituletur.

Quosdam itidem libero arbitrio quibusdam præficit dignitate et operibus diversis, quibus rursum mandat, ut ipsi sua sufficientia et bonorum abundantia illorum debeant relevare et sustentare inopiam, qui minus sæcularibus abundant negotiis, ut pro hoc majori mercede possint[8] ab eo donari. Cunctis

---

[1] This sign is omitted in Cartul.

[2] Another version of this charter of King Edgar occurs in Cott. Vesp. E. II., f. 5, which Kemble has printed in the Codex, Vol. III. No. DLXXXI., pp. 104–110, but it varies considerably from the text before us, and is of earlier date. Collations, in this case would have been almost impracticable, as well as useless. In addition to this, the Public Record Office possesses a fragment of a manuscript, apparently totally unknown either to Dugdale or Kemble, containing a copy, not only of King Edgar's charter, but also of those of King Edward the Confessor and William I., occurring on pages 67 and 91 of this volume. This fragment is preserved, with others, among the Ancient Miscellaneas of the Exchequer, Queen's Remembrancer, "Deeds various," 896; 6. The collations from this source are distinguished by the word Exch.

[3] *See* Apoc. XIX. 16.

[4] *sit*] scit, Cartul.

[5] *et*] omit, Exch.

[6] *et invisibilium*] interlined in Roll.

[7] *See* 2 Thes. I. 10.

[8] *possint ab eo*] ab eo possint, Exch.

Nil de for'.[16] nempe luce clarius patescit mortalibus, quia crebrescentibus hujus mundi perturbationibus, jamjam nunc finis sæculi, magnaque et tremenda dies judicii appropinquare cernitur, sicut tuba[1] intonat evangelica ita fideles quosque præmonendo.

Videte[2] ficulneam, et omnes arbores: cum producunt jam ex se fructum, scitis quoniam prope est æstas. Ita et vos, cum videritis hæc fieri, scitote quia prope est regnum Dei.

His ergo, et aliis præplurimis hujuscemodi oraculis, corde attactus, Ego Eadgarus,[3] per magnam Omnipotentis Dei misericordiam totius Anglorum regni solio sublimatus, infima quæque et transitoria quasi peripsima quisquiliarum abjiciens, et superna ad instar pretiosorum monilium eligens, omnibus post me futuris regibus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, vicecomitibus, centenariis, cæterisque Sanctæ Ecclesiæ filiis innotesco, quod quidam vir dilectissimus mihi, necnon et propinquitatis consanguinitate connexus, instigante Divinæ clementiæ gratia, benivolo meo gratantique consensu ac licentia, in insula,[4] quæ nuncupativo usu ab incolentibus Rameseie,[5] promulgatur in honore Beatæ Dei Genitricis ac Perpetuæ Virginis Mariæ, Sanctique Benedicti, omniumque sanctarum virginum, ad nanciscendam Olimpicæ felicitatem amœnitatis, arcisterium, construxit Ailwinus,[6] Ealderman[7] nomine.

Prævidens itaque incertum futurorum temporum statum, omnibus posteris succedentibus scire profuturum esse, decrevi quale omni Angligenæ nationi Christi Almipotentis gratia operante, miraculum emicuit, sicut non incerta relatione quorundam episcoporum meorum immo ipsius Ailwini[8] didici.

Igitur, diuturno ac laborioso cruciatu detestandæ podagræ pedum suorum, prædictus[9] illustris vir Ailwinus[10] multis laboraverat annis, usquequo ei nox affuit[11] salutifera, in qua piscator quidam ipsius Ailwini,[8] qui Wulfgeat[12] proprio appellatur[13] onomate,[14] cum carinula et asseclis suis, linaque,[15] aquam rela-

---

[1] *tuba*] interlined in Exch.

[2] Luke, xxi., 29, 30.

[3] *Eadgarus*] Edgarus, Exch.

[4] *insula*] insulam, Cartul. and Roll.

[5] *Rameseie*] Rameseye, Exch.

[6] *Ailwinus*] Aylwynus, Exch.

[7] *Ealderman*] Ealdorman, Roll.

[8] *Ailwini*] Aylwyni, Exch.

[9] *prædictus*] written in the margin of Exch. as a gloss.

[10] *Ailwinus*] Aylwinus, Exch.

[11] *affuit*] apparuit, Exch.

[12] *Wulfgeat*] Wlfgeat, Exch.

[13] *appellatur*] appellabatur, Exch.; notabatur, Cott.

[14] *onomate*] enomate, Roll.

[15] *linaque*] lignaque, Cartul.

[16] *Nil de for'*] marginal note in Exch.

tione Anglica Ramesmere[1] nuncupatam, ingressus est, piscem, videlicet ad usum domini sui Ailwini[2] prædicti, usu consuetudinario, gratia conquirendi.

Præfatus vero piscator, utpote noverat velle domini sui, sedulo anquirens, lina sua huc et illuc dextrorsum ac sinistrorsum projiciendo, spe seductus incerta, aliquid capere nitebatur piscando. Sed ille, vel sterilitate aquæ vel prædestinatione Summi Tonantis frustra[3] laborans, immo quia Summi Tonantis, nimio quoniam fessus extitit algena, piscarioque[4] labore biliosus,[5] satis soporatus est.

Cui Sanctus resplenduit sic fando Benedictus, "Aurora[6] f. cxxxvi. b.
" spargente polum, tuum ejiciendo tragum multitudini copiosæ
" voti compos obviabis piscium. Captorum[7] itaque majorem
" piscium, quem soliculi istius soli hacaed[8] proprio nuncupant
" vocabulo, Ailwino[9] domino tuo, nostra ex parte, mane ne
" pigriteris offerre, dicens ei, mente benivola meam dona-
" tionem, ut suscipiat, atque Piæ Matri Misericordiæ sem-
" perque Virgini Mariæ, et mihi, omnibusque sanctis vir-
" ginibus, in hac insula habitaculum ex suarum sufficientia
" copiarum, bonorumque abundantia, diligenter construat;
" ut ei igitur hæc omnia per ordinem innotescas, exhortor,
" sermonem etiam addens sermoni, quatinus diligentius ex-
" plorando scrutetur in tellure prædicta, quomodo in caricis
" noctu fessa terræ sua incumbant animalia. Ac ubi sulcando
" taurum pede terram concernet fodere, ibidem[10] procul dubio
" xenodochii[11] sciat se aram erigere debere. Unde igitur, a
" nexu noxiæ pedum podagræ solutus, scelerum suorum in
" vita hac practica veniam obtineat, necnon in theorica faustæ
" obtemperationis recompensatione perfruatur cum gloria.

"Et ut igitur mente perspicaciori et fide constantiori meis
" his credat aforismis,[12] hunc tuum tibi exteriorem incurvo
" digitum, quem et ipse signi certioris indagatione tibi[13] erigat
" reparandum."

---

[1] *Ramesmere*] Rammesmere, Exch.

[2] *Ailwini*] Aylwini, Exch.; Ailwni, Cartul.

[3] *frustra . . . Tonantis*] interlined in Exch.

[4] *piscarioque*] piscatorioque, Exch.

[5] *biliosus*] the second *i* in this word is interlined in Exch.

[6] Cf. hymn in the Roman Breviary, commencing "Aurora jam spargit " polum."

[7] *Captorum*] Captorem, Roll.

[8] *hacaed*] haket, Exch.

[9] *Ailwino*] Aylwino, Exch.

[10] *ibidem*] the last three letters of this word are interlined in Exch.

[11] *xenodochii*] cenodochii, Exch.

[12] *aforismis*] afforismis, Exch.

[13] *tibi*] interlined in Exch.

Prædictus namque piscatorum[1] didascalus, his auditis, evigilans, orientem versus sedulus aspiciens, lucisque[2] diei spiculum ab ultimis dum vidit egredi finibus terrarum, in aquam tragum suum citatim laxabat, et,[3] sicut Sanctus prædixerat, pisces, quasi disceptando, copiæ per cuneos occurrebant viris. Qui vero piscibus refertum ad terram trahentes tragum, majoremque captorum eligentes piscium ad doma sui domini, scilicet Ailwini,[4] festive ascendit codrus eorum quem supra vobis nomine designavi virum, ex parteque Sancti Benedicti in cistella piscem detulit, eique omnes sibi dictos in somnis sancti pariter[5] protulit aforismos,[6] digitumque suum, a Sancto limatum, ei, ut erigat, obnixe precatur. Quod mente studiosius concipiens Ailwinus[7] digitum viri hærentem ir, extendit erigendo, piscemque comiter[8] suscipiens, adprime Matri Domini nostri Jhesu Christi et Sancto Benedicto talibus inauditis decoratus prærogativis grates dedit benedicendo. Itaque surgens vir insignis festinus, jubet sibi mannum parari, quatinus eat in insulam, quomodoque jaceant sua animalia bonus utpote catascopus, ceu præceptum est, exploret. Mira res, ubi vir prædictus insulam est ingressus, ac terræ pedibus[9] marginem calcando tetigit, ab intractabili statim et genuino morbo nutu Dei[10] funditus liberatus est, animaliaque sua in modum crucis, taurum vero in medio eorum, jacere prospexit.

Et sicut quondam Sancto Clementi agnus pede dextro locum fontis, sic isti viro, terram pede sonoris ictibus percutiendo, taurus locum mensæ futuri arcisterii significavit divinitus.

Quapropter præfatus Ailwinus,[7] sedulo Deum laudans, confestim truncatis lignis, compaginatoribus lignorum ecclesiam citatim pulchro accitari opere præcepit, ac deinde, ut superius dictum est, compositionis scemate pulchro lapideum[11] futuræ congregationis monachorum construxit cœnobium.

Denique, revoluto quinquennio diebusque duodeviginti, precibus venerabilium amicorum meorum,[12] Dunstani Dorober-

[1] *piscatorum*] piscator, Cartul. and Roll.

[2] Cf. hymn referred to on p. 53, line 3, "Lucis resultat spiculum."

[3] *et . . . prædixerat*] written in the margin in Exch., and referred to its proper place in the text by a mark.

[4] *Ailwini*] Aylwini, Exch.

[5] *pariter*] interlined in Exch. on account of a defect in the vellum.

[6] *aforismos*] afforismos, Exch.

[7] *Ailwinus*] Aylwinus, Exch.

[8] *comiter*] originally written so in Cartul., but afterwards incorrectly altered to *comes*.

[9] *pedibus marginem*] marginem pedibus, Exch.

[10] *Dei funditus*] defunditus, Exch.

[11] *lapideum*] lapidum, Cartul.

[12] *meorum*] first written *suorum* in Exch., but afterwards altered.

nensis et Oswoldi Eboracensis Archiepiscoporum eandem ecclesiam in honore Beatæ Virginis Mariæ, sanctorumque prædictorum, sexto Idus Novembris, anno ab Incarnatione Domini nongentesimo septuagesimo quarto, indictione secunda, solemniter, ut decebat, dedicari concessi. A.D. 974, Nov. 8.

Eodem vero anno, in Natali Dominico, cum omnes majores totius regni mei, tam ecclesiasticæ personæ, quam sæculares, ad me celebrandæ mecum festivitatis gratia convenissent, a prædictis amicissimis meis archiepiscopis itidem rogatus, omnes donationes terrarum vel possessionum, quas vel idem Ailwinus,[1] vel quæcunque aliæ personæ, in dotalitium eidem ecclesiæ, et jus hereditatis perseverabile, ad victuale subsidium monachorum perpetualiter Christo jugi servitio famulantium indulserant, dando et concedendo hoc regiæ majestatis meæ privilegio, coram tota curia mea corroboravi.

Et tam ipsas donationes, quam nomina donatorum, literis meis ad futuræ posteritatis notitiam exprimere curavi. f. cxxxvii.

Hoc est, primitus dona ipsius Ealdormanni,[2] scilicet insulam in qua sedet xenodochium[3] prædictum, cum omnibus sibi pertinentibus, pratis, pascuis, campis, paludibus, silvarumque densitatibus. *Nota.*

Deinde rus illud quod Upwode[4] nominatur, cum Rorflea[5] berewico[6] suo, Heimmingeforde,[7] Saltreche, Stiveclea,[8] Brinintune, Westune, Hellingeice, Walsocne,[9] cum omnibus ad easdem villas pertinentibus.

Et in Welles viginti homines piscatores, sexaginta miliaria anguillarum singulis annis debentes ad usum fratrum prædictorum.

Wulfeva[10] uxor ejus Brancestre cum omnibus sibi pertinentibus.

---

[1] *Ailwinus*] Aylwinus, Exch.

[2] *Ealdormanni*] Aldermanni, Exch.

[3] *xenodochium*] sinodochium, Exch.

[4] *Upwode*] Upwude, R

[5] *Rorflea*] Ræflea, Roll, Raffflea, Exch.

[6] *berewico*] berewyco, Exch.

[7] *Heimmingeforde*] Hæmmingeforde, Roll, Hemmigforde, Exch.

[8] *Stiveclea . . Hellingeice*] Styveclea, Brynintune, Westune, Hillingeiæ, Roll ; Stivecle, Bryningtone, Westone, Hyllingeye, Exch.

[9] *Walsocne*] Walsokne, Exch.

[10] *Wulfeva*] Wlfeva, Exch.

Dunstanus, Archiepiscopus Dorobernensis, Weardebusc[1] cum omnibus sibi pertinentibus.

Oswoldus,[2] Archiepiscopus Eboracensis, Kingestune,[3] id est Wicstoue cum [4] Roflea,[5] et Byrig,[6] berewicis [7] suis, omnibusque sibi pertinentibus.

Eþelstan Mannessune,[8] Slepe et Corateric,[9] et unam mansionem de Eleswurthe,[10] scilicet orientalem, cum omnibus sibi pertinentibus.

Nota. Elfwolde,[11] frater Alwini [12] præscripti, Hohtune,[13] Wittune,[14] Ripptune, Elintune, et Biþerne, cum omnibus sibi pertinentibus.

Brithnod [15] Ealdorman,[16] Hyctintune,[17] et Isham, cum omnibus sibi pertinentibus.

Livid vidua, Greflea,[18] Dilingtune, Stoctune, et Gillinge, cum omnibus sibi pertinentibus.

Hæc itaque rura, ut supradixi, ad adipiscendam mellifluæ dulcedinis Dei misericordiam, et pro stabilitate et pace regni mei, libenti animo in dote perseverabili annui, cum ecclesiis, cum terris cultis et incultis, exitibus atque redditibus, viis et inviis, segetibus, silvis, brueriique [19] densitatibus, secundum antiquos diu servatos confinium terminos, in pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, paludibus, piscationibus, piscariis, mariscis, molendinorumve rotationibus et teloneis, ad se pertinentibus, et cum omni utilitate quæ inde poterit omni tempore provenire, et cum omnibus per circuitum terminis et metis suis, ab omni regia actione et angaria vel a qualibet humanæ servitutis subactione liberrima, lege, libertate, con-

---

[1] *Weardebusc*] Wardebusk, Exch.

[2] *Oswoldus*] Oswaldus, Exch.

[3] *Kingestune*] Kyngestune, Roll; Kingestone, Exch.

[4] *cum*] omit, Exch.

[5] *Roflea*] Ræflea, Roll; Rafflеya, Exch.

[6] *Byrig*] Byry, Exch.; Byri, *Marginal note in Exch.*

[7] *berewicis*] berewycis, Exch.

[8] *Mannessune*] Mannessone, Exch.

[9] *Corateric*] A dot of subpunction is placed under the first *r* in this word in Cartul.; Chaterik, Exch.; Cæateric, Roll.

[10] *Eleswurthe*] Eleswrthe, Exch.

[11] *Elfwolde*] Elfwold, Exch.

[12] *Alwini*] Aylwyni, Exch.; Ailwini, Roll.

[13] *Hohtune . . . Biþerne*] Houctone, Wyttone, Riptone, Elintone et Bitherne, Exch.

[14] *Wittune*] interlined in Roll.

[15] *Brithnod . . . pertinentibus*] added at the foot of the page in Cartul. and referred to its proper place in the text by a mark; Brythnothe, Exch.; Brihtnod, Roll.

[16] *Ealdorman*] Ealderman, Exch.

[17] *Hyctintune*] Hyittintune, Roll; Wychyntone, Exch.

[18] *Greflea . . . Gillinge*] Grefle, Dilingtone, Stoctone et Gillinge, Exch.

[19] *brueriique*] brueriisque, Exch.

suetudine, tam bene et tam plene, sicut ea sub mei juris dominio, suffragatore Deo, melius ac liberius præcaraxati[1] nobilisssimi possederunt antropi, favore consultu atque consensu primatum et optimatum meorum, prænominatæ ecclesiæ firmiter perpetim habenda concessi et confirmavi.

Insuper ut hoc donationis meæ decretum fixiori firmitate, ac[2] stabilitate perduret, præsentis paginæ privilegio decerno et[3] statuo, ut sint libera et expedita, et[4] tam prædicta territoria ibidem jam data, quam ea quæ a fidelibus deinceps sunt danda, ab omni angaria constructionis pontis, arcisve restaurationis, et ab omnibus sæcularibus servitiis et operibus; ita ut nullus umquam regum, vel episcoporum, seu principum, procuratorum, sive exactorum, aut subjectorum, ab illis pastum exigat, nec aliquid requirat, nec opera vel tributa; aut expeditiones ad se trahat ab eis, sed omnia sint eis concessa quæcunque superius antedicta prænotantur.

Præterea ex consultu et admonitione[5] venerabilium amicorum meorum Dunstani Dorobernensis, et Oswoldi[6] Eboracensis Archiepiscoporum, augmentando decreta utilia statui, ut quicunque reus majestatis regiæ, vel cujuslibet alterius offensæ, ad locum illum confugerit, ejus rei et membrorum ac vitæ impunitatem consequatur; semperque sit habitatio monachorum,[7] ac secundum Beati Benedicti traditionem, post obitum Abbatis ex eadem congregatione eligatur alter, qui dignus sit. Aliorsum vero nullus nisi, quod absit, inibi inveniri nequiverit, qui dignus sit tali officio fungi. *Nota.*

Quod si evenerit, potestatem habeant de alio noto et[3] familiari loco abbatem eligendi, cujus vita sapientia clarescat et religione.

Laicorum vel clericorum nemo ipsius[8] loci dominium usurpare præsumat.

Possessiones vero, quæ ibi a quibuscunque donatæ sunt, non Abbas, non alia quælibet persona, licentiam habeat vendendi, vel extraneis dandi, sed regum munimine deinceps locus ipse tueatur. Ipseque Abbas, Regi soli serviens, spirituali et temporali commissum sibi gregem pastu[9] diligenter[10] foveat.

---

[1] *præcaraxati*] originally written *præcataxati* in Cartul., but afterwards altered to *prætaxati*; prækaraxati, Roll.

[2] *ac*] et, Exch.

[3] *et*] omit, Cartul.

[4] *et*] omit, Exch. and Roll.

[5] *admonitione*] ammonitione, Exch.

[6] *Oswoldi*] Oswaldi, Exch.

[7] *monachorum*] interlined in Exch.

[8] *ipsius*] originally written *hujus* in Exch., but afterwards altered.

[9] *pastu*] interlined in Exch.

[10] *diligenter foveat*] foveat diligenter, Exch.

Liceatque ipsi congregationi, quod sibi per rectam delegationem collatum est perpetim possidere, et pro stabilitate regni mei jugiter exorare.

Post hujus itaque privilegii donationem, excommunicaverunt omnes episcopi, abbates ac presbiteri, qui in plurima numerosi-
f. cxxxvii. b. tate eodem die affuerunt,[1] eos qui hoc constitutum infringerent, vel infringi permitterent, quantum in ipsis esset.

Et ut hæc auctoritas meis et futuris temporibus, circa ipsum sanctum locum, perenniter firma et inviolata permaneat, vel per omnia tempora illæsa custodiatur, atque[2] conservetur, et ab omnibus optimatibus meis et judicibus, privatis et publicis, melius ac certius credatur; manus meæ subscriptionibus hanc cartulam,[3] quinto kalendas Januarii, decrevi roborare, et de sigillo meo jussi sigillare.

✝[4] Signum Ædgari,[5] incliti et serenissimi Anglorum Imperatoris.
✝ Signum Ædwardi[6] ejusdem Regis filii.
✝ Signum Æþælredi[7] fratris ejus.
✝ Ego Dunstanus Dorobernensis sedis Archiepiscopus confirmavi.
✝ Ego Oswoldus Eboracensis ecclesiæ Archipræsul corroboravi.
✝ Ego Ælstanus[8] Londoniæ Episcopus consolidavi.
✝ Ego Æþelwoldus[9] Præsul[10] Wintoniensis commodum duxi.[11]
✝ Ego Ælfnothus[12] Dorecensis[13] ecclesiæ Episcopus[14] conclusi.
✝ Ego Ælfstanus[15] Rofensis Episcopus consigillavi.
✝ Ego Ælfgarus[16] Wiltuniensis Episcopus amen dixi.
✝ Ego Æscwius[17] Abbas.

---

[1] *affuerunt*] originally written *auferunt* in Cartul., but afterwards altered.

[2] *atque*] atte, Roll.

[3] *cartulam*] kartulam, Roll.

[4] This cross is omitted in Roll Exch. and Cartul.

[5] *Ædgari*] Edgari, Exch.

[6] *Ædwardi*] Æadwardi, Roll; Edwardi, Exch.

[7] *Æpælredi*] Aethelredi, Exch.

[8] *Ælstanus Londoniæ*] Ælfstanus Lundoniæ, Roll; Aelfstanus Lond., Exch.

[9] *Æþelwoldus*] Athelwoldus, Exch. and Roll.

[10] *Præsul Wintoniensis*] Wyntoniensis Præsul, Exch.

[11] *duxi*] originally written *dixi* in Cartul., but afterwards altered by the interlineation of a minim.

[12] *Ælfnothus Dorecensis*] Aelfnothus Dorocensis, Exch.

[13] *Dorecensis*] Dorccensis, Roll.

[14] *Episcopus*] Præsul, Exch.

[15] *Ælfstanus Rofensis*] Athelstanus Roffensis, Exch.

[16] *Ælfgarus*] Aelfgarus Wyltuniensis, Exch.

[17] *Æscwius*] Aeswyus, Exch.

✠ Ego Osgar Abbas.
✠ Ego Ælfricus[1] Abbas.
✠ Ego Æþelgar[2] Abbas.
✠ Ego Æifeah[3] Abbas.
✠ Ego Flodbrhyt[4] Abbas.
✠ Ego Germanus Abbas.
✠ Ego Ailwinus[5] Ældorman[6] hoc meum desiderium ad perfectum, Deo suffragatore, usque perduxi.
✠ Ego Ælfwold[7] Dux.
✠ Ego Eþelstan[8] Dux.
✠ Ego Ælfere[9] Dux.
✠ Ego Oslac Dux.
✠ Ego Brihtnoþ[10] Dux.
✠ Ego Æþelweard[11] Dux.
✠ Ego Wulstan[12] presbiter.
✠ Ego Leoffa presbiter.
✠ Ego Þured[13] presbiter.
✠ Ego Sideman presbiter.
✠ Ego Wulfhere presbiter.
✠ Ego Æþelfsi[14] presbiter, cum supradictis, et aliis quamplurimis presbiteris, infractores hujus firmitatis excommunicavi. **2.**

Carta secunda de Grettone

Inspeximus etiam cartam celebris memoriæ domini Henrici, dudum Regis Angliæ, progenitoris nostri, in hæc verba :—

A.D. 1109-1135. Of land at Stow and Girton, recovered from Pagan Peverel.

3. Henricus,[15] Rex Anglorum, Episcopo Elyensi,[16] et baronibus, et justiciariis, et vicecomitibus, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, de Grantebrigescira, salutem.

Sciatis, quoniam Bernardus, Abbas de Rameseia,[17] dirationavit, in curia sua apud Sanctum Yvonem,[18] coram justitia mea,

---

1 *Ælfricus*] Aelfricus, Exch.

2 *Æþelgar*] Athelgar, Exch.

3 *Ælfeah*] Aelfeah, Exch.

4 *Flodbrhyt*] Flodbrhit, Roll; Flodbryth, Exch.

5 *Ailwinus Ældorman*] Aylwynus Alderman, Exch.

6 *Ældorman*] the *l* in this word is interlined in Cartul.

7 *Ælfwold*] Athelwold, Exch.

8 *Eþelstan*] Athelstan, Exch.

9 *Ælfere*] Aelfere, Exch.

10 *Brihtnoþ*] Brythnotus, Exch.

11 *Æþelweard*] Athelward, Exch.

12 *Wulstan*] Wlstan, Exch.

13 *þured*] Thoured, Exch.

14 *Æþelfsi*] Aeþelsi, Exch.

15 A repetition of No. CLXI. Vol. I. p. 239.

16 *Elyensi*] Eliensi, Roll.

17 *Rameseia*] Ramesia, Roll.

18 *Yvonem*] Ivonem, Roll.

quam illuc miseram, terram de Stowa et Grittona,[1] versus Paganum Peurellum, quam ipse Paganus clamabat tenere de ecclesia de Rameseye.[2]

Et recognitum ibi fuit, quod nullum jus in terra illa reclamare poterat; sed remansit terra illa ecclesiæ de Rameseya[3] et Abbati, soluta[4] et quieta de tota calumnia Pagani et successorum suorum.

Et hoc dirationamentum warantizo, et per cartam meam confirmo.

Et ideo volo et præcipio, quod ecclesia de Rameseya,[3] et Abbas, eam amodo in pace, et quiete, et libere teneant, sicut dominium ecclesiæ ejusdem; ita ne ulterius ei inde respondeat, nec alicui de successoribus suis, nec alteri, qui per illum clamet.

Testibus Rogero Episcopo de Sarum, et Pagano filio Johannis, et Willelmo de Hoctona.

Apud Westmonasterium. **3.**

Cartatertia de molendinis de Iclesfort.

Inspeximus insuper quandam aliam cartam ejusdem progenitoris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1100–1113. Of the mills of Ickleford.

4. Henricus, Rex Angliæ, Roberto[5] Episcopo Lincolniensi, et Alduino[6] Abbati de Rameseya,[3] et toti conventui monachorum, et Hugoni de Bochale, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, de Bedefortscira et de Hertfordescira, salutem.

Sciatis me concessisse concordiam, quam fecerunt ininvicem Aldwinus[7] Abbas et Renaldus de Argentuem, de molendinis de Iclesfort, et de terra quæ est de feudo Abbatis et Renaldi, scilicet unam partem, quæ sita est in feudo Renaldi:

Ita quod Renaldus teneat molendina et terram quamdiu vixerit.

Et postquam obierit, resumat Abbas molendina et terram in dominio suo, cum omni augmentatione et emendatione quam Renaldus faciet super terram illam.

---

[1] *Grittona*] Grettona, Roll.

[2] *Rameseye*] Ramesia, Roll.

[3] *Rameseya*] Ramesia, Roll.

[4] *soluta*] solida, Cartul. and Roll.

[5] Robert Bloet, Bishop of Lincoln, A.D. 1093–1123.

[6] Aldwin, abbot of Ramsey, A.D. 1091–1102 and 1107–1113.

[7] *Aldwinus*] Alduinus, Roll.

Et Gundricus teneat molendinum de Abbate, sicuti tenebat de Renaldo.

Et si Renaldus morietur in Anglia, sepelietur in prædicta abbatia.

Et propter hanc conventionem dabit Renaldus Abbati, quoquo anno, decem solidos.

Testibus Geroldo de Calz[1] et Roberto Gerbert.

Apud Brantonam. **4.**

Carta quarta de molendinis prædictis.
A.D. 1155–1162.
Of the same.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam dicti progenitoris nostri, in hæc verba:—

5. Henricus,[2] Rex Angliæ, et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, justiciariis et vicecomitibus suis de Bedefordescira et[3] Hertfordescira, salutem.

Præcipio, quod Abbas et conventus de Rameseya[4] teneant, bene et in pace, molendina sua de Iclesford,[5] cum omnibus pertinentiis suis, quæ Johannes de Argenton clamat, sicut illa tenuerunt tempore Regis Henrici avi mei, et sicut carta ipsius, quam habent, testatur. f. cxxxviii.

Testibus Ricardo Episcopo Londoniensi, et Mansero Biset' Dapifero.

Apud Wdestoc. **5.**

Carta quinta de capella de Biria.
A.D. 1100–1135.
Of Bury church.

Inspeximus insuper quandam aliam cartam ejusdem progenitoris nostri, in hæc verba:—

6. Henricus,[6] Rex Angliæ, Episcopo Lincolniensi, salutem.

Præcipio, quod Abbas de Ramesi ita bene, et in pace, et quiete, teneat,[7] et honorifice, terras, et ecclesias, et omnes res abbatiæ suæ pertinentes, sicut aliquis antecessor suus umquam melius tenuit, et honorabilius, tempore patris et fratris mei, et ipse postea.

Et nominatim de capella sua de Biria præcipio, ne reddat novas consuetudines, nec inde placitet, nisi ego præcipiam.

Teste Cancellario.

Apud Eillingas. **6.**

---

[1] *Calz*] Calx, Roll.

[2] A repetition of No. CLXXXIII., Vol. I. p. 250.

[3] *et*] omit, Cartul.

[4] *Rameseya*] Rameseia, Roll.

[5] *Iclesford*] Iclesforde, Roll.

[6] A repetition of No. CLXXII., Vol. I. p. 246.

[7] *teneat*] originally written teneant in Cartul., but dots of subpunction are placed under the penultimate letter.

Carta sexta de fugitivis et catallis.

Inspeximus etiam cartam bonæ memoriæ domini Stephani, quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1135–1140. Grant of fugitives.

7. Stephanus, Rex Angliæ, justiciariis, et vicecomitibus, et ministris suis totius Angliæ, salutem.

Præcipio vobis, quod juste faciatis habere Abbati de Ramesia omnes fugitivos suos, cum catallis suis, ubicumque inventi fuerint, et super hoc non detineantur ei injuste, super decem libras forisfacturæ.

Teste Alberico[1] de Ver.[2]

Apud Westmonasterium. **7.**

Carta septima de warenna.

Inspeximus insuper cartam celebris memoriæ domini Henrici, quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1154–1162. Grant of free warren in Hirstingston hundred.

Warennam Hyrstyng'.

8. Henricus, Rex Angliæ, et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, justiciariis, baronibus, vicecomitibus et fidelibus suis, Francis et Anglis, de Huntendunescira, salutem.

Concedo, quod Abbas de Ramesia habeat[3] warennam in tota terra sua de Herstingstanhundredo, et in alia terra sua, in bosco et plano; et super hoc nullus fuget in ea, sine licentia ejus, super decem libras forisfacturæ.

Testibus Thoma[4] Cancellario, et Comite[5] Cornubiæ Reginaldo, et Roberto de Novo Burgo.

Apud Lincolniam. **8.**

Carta octava de visu et sectis schirarum.

Inspeximus etiam cartam claræ memoriæ domini Johannis, quondam Regis Angliæ, progenitoris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1202, Oct. 20. Grant of exemption from shires and hundreds, and sheriffs' aids, with other liberties.

9. Johannes,[6] Dei gratia Rex[7] Angliæ, Dominus Hiberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, archiepiscopis,

---

[1] *Alberico*] Abb', Roll.

[2] Alberic de Vere, who was created Great Chamberlain of England by King Henry I., was slain in a tumult by the Londoners in 1140.

[3] *habeat*] written on an erasure in Cartul.

[4] Thomas Becket was made Archbishop of Canterbury in 1162.

[5] Reginald de Dunstanvill, created Earl of Cornwall in 1140, died 1175.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 17b. The Charter Roll of the fourth year of King John, on which this should have been inrolled, is not in existence.

[7] *Rex . . . salutem*] et cætera, Cott.

episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, forestariis, præpositis et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos, intuitu Dei, et pro salute nostra, et pro animabus antecessorum et successorum nostrorum, concessisse, et hac carta nostra confirmasse, Deo, et Sanctæ Mariæ, et Beato Benedicto de Rameseya, et Abbati et monachis ibidem Deo servientibus, quod ipsi, et omnia dominica sua, et omnes homines de dominicis suis, sint quieti de syris[1] et hundredis, et omnibus sectis syrarum[2] et hundredorum, et de auxiliis et demandis vicecomitum et præpositorum, et omnium ballivorum suorum.

Præterea concessimus, quod visus de franco[3] plegio de tota terra prædictorum Abbatis et monachorum[4] fiat in curia sua; ita tamen[5] quod ballivus noster per summonitionem ejusdem Abbatis veniat in curiam prædicti[6] Abbatis, ad videndum quod visus de franco[3] plegio rationabiliter fiat in eadem curia, et secundum regni consuetudinem; et si forisfactum aliquod emerserit, ex quacunque causa de illo franco[7] plegio, volumus, quod Abbas et monachi illud habeant.

Si vero ballivus noster ad rationabilem summonitionem prædicti Abbatis in curiam ipsius Abbatis propter hoc non venerit, volumus, quod prædictus Abbas nihilominus faciet[8] inde visum fieri in curia sua.

Et si Abbas rationabiliter probare poterit, quod prædictus ballivus noster ad rationabilem summonitionem ipsius Abbatis non venerit, volumus, quod idem ballivus noster[9] in misericordia nostra sit, et misericordia nostra erit.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, quod prædicti Abbas et monachi habeant quietantias prædictas, et libertates, imperpetuum, bene et in pace, integre,[10] plenarie, et honorifice, sicut prædictum est.

Testibus J[ordano], Lexoviensi Episcopo; Willelmo[11] Comite Arundelliæ; R[oberto] Comite Leycestriæ; Willelmo de Breosa; Rogero de Lacy,[12] Constabulario Cestre; Garino filio Geroldi;

---

[1] *syris*] schiris, Cott.
[2] *syrarum*] schirarum, Cott.
[3] *franco plegio*] francco pleggio, Roll.
[4] *monachorum*] conventus de Rameseya, Cott.
[5] *tamen*] omit, Cott.
[6] *prædicti*] dicti, Cott.
[7] *franco*] francco, Roll.
[8] *faciet*] faciat, Roll and Cott.
[9] *noster*] omit, Cott.
[10] *integre, plenarie*] et integre, et plenarie, Cott.
[11] *Willelmo . . . Campo*] et cætera, Cott.
[12] *Lacy*] Lascy, Roll.

Alano Basset; Thoma Basset; Willelmo de Boclanda; Willelmo Bryewerre; Gaufrido de Say; Stephano de Longo Campo.

Data per manum Simonis,[1] Præpositi Beverlaci, et Archidiaconi Wellensis apud Lexovium, vicesimo die Octobris, anno regni nostri quarto. **9.**

Carta nona de assartis et banleuca. A.D. 1207. Aug. 23.

Inspeximus insuper quandam aliam cartam ejusdem Johannis, progenitoris nostri, in hæc verba:—

Grant of assart land in Hirstingston'hundred to the monastery.

10. Johannes,[2] Dei gratia Rex[3] Angliæ, Dominus Hiberniæ,[4] Dux Normanniæ et Aquitaniæ, Comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos concessisse, et hac præsenti[5] carta nostra confirmasse Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti[6] Rameseye, et monachis ibidem Deo servientibus, sexaginta acras novi essarti,[7] essartandas[8] in riffleto[9] suo de[10] Hirstingstan-
f. cxxxviii. b. hundredo,[11] quietas in perpetuum de regardo,[12] et mensuratione; et omnia alia essarta[13] sua, unde habent cartam domini Regis Ricardi fratris nostri, vel nostram, quieta similiter imperpetuum de regardo et mensuratione; et ut habeant omnia essarta,[13] quæ homines fecerunt in dominicis eorum, sine assensu et carta capituli[14]; et teneant eadem essarta[13] quieta imperpetuum de regardo et mensuratione.

Banleuca. Concedimus[15] etiam eisdem monachis, quod utantur omnibus libertatibus et consuetudinibus infra banleugam circa abbatiam ipsam, quæ ab antecessoribus nostris Regibus eis sunt confirmatæ, non obstante eis quod ipsis libertatibus vel consuetudinibus hactenus plenarie non sunt usi; quæ banleuga[16]

---

[1] *Simonis*] Symonis, Roll.

[2] Printed in Rotuli Chartarum (ed. Hardy), Vol. I., p. 1, p. 168 Also in Cott. Vesp. E. II., f. 18.

[3] *Rex . . . salutem*] et cætera, Rot. Chart. and Cott.

[4] *Hiberniæ*] Hyberniæ, Roll.

[5] *præsenti*] omit, Rot. Chart.

[6] *Benedicti*] Benedicti de, Rot. Chart. and Cott.

[7] *essarti*] assarti, Rot. Chart.

[8] *essartandas*] essartandis, Cartul.; assartandas, Rot. Chart.

[9] *riffleto*] riphleto, Cott.

[10] *de*] in, Cott.

[11] *Hirstingstanhundredo*] Herstengestan' hundr', Rot. Chart.; Hirstingestan hundred, Roll.

[12] *regardo*] rewardo, Rot. Chart

[13] *essarta*] assarta, Rot. Chart.

[14] *capituli*] originally written *capitali* in Cartul., but subsequently altered.

[15] *Concedimus*] concessimus, Cott.

[16] *banleuga*] banleuca, Rot. Chart.

extendit se usque ad monticulum desuper Wistouiam,[1] et vadit per mediam villam de Wistouia,[2] attingens Raveleyam,[3] usque in mariscum.

Quare volumus, et[4] firmiter præcipimus, quod prædicti monachi habeant omnia prædicta essarta,[5] et prædictas libertates et consuetudines, imperpetuum, et teneant ea bene et in pace, libere et quiete, integre, et honorifice.

Et prohibemus, quod nullus justiciarius, vel vicecomes, vel forestarius, vel alius minister, vel ballivus,[6] prædictas libertates impediat, neque penitus se inde[7] intromittat.

Testibus, Willelmo, Comite Warennæ; Willelmo,[8] Comite Arundelliæ; Sahero, Comite Wintoniæ; Willelmo, Comite de Ferariis;[9] Rogero[10] de Mortuo Mari; Waltero de Lascy; Willelmo de[11] Briwerre; Hugone de Neville; Thoma de Sanforde; Simone de Pateshille; Jacobo de Poterna.

Data per manus Hugonis de Welles, Archidiaconi Wellensis, apud Wigorniam, vicesimo tertio die Augusti, anno regni nostri nono. **10.**

Carta decima de warenna.

Inspeximus etiam cartam celebris memoriæ domini Henrici, quondam Regis Angliæ, proavi nostri, in hæc verba:

11. Henricus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, Dux Normanniæ, Aquitanniæ, et Comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

A.D. 1251. Sept. 3. Grant of freewarren to the monastery over many lands.

Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo, Ranulpho Abbati de Rameseia, et ejusdem loci conventui, quod ipsi et successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis maneriorum suorum de Craunfeude, Schitlingdune,[12] et Bartone in comitatu Bedefordiæ, Therefeud in comitatu

[1] *Wistouiam*] Wistoniam, Rot. Chart; Wistoyam, Cott.

[2] *Wistouia*] Wiston', Rot. Chart; Wistowe, Cott.

[3] *Raveleyam*] Raveleiam, Rot. Chart.

[4] *et . . . præcipimus*] et cætera, Rot. Chart.

[5] *essarta*] assarta, Rot. Chart.

[6] *ballivus*] baillivus, Rot. Chart.

[7] *inde*] omit, Rot. Chart.

[8] *Willelmo . . . nostri nono*] et cætera, Cott.

[9] *Ferariis*] Ferrariis, Roll.

[10] *Rogero . . . Poterna*] et cætera, Rot. Chart.

[11] *de*] omit, Roll.

[12] *Schitlingdune*] Shitlingdone, Roll.

Hertfordiæ, Eleswrthe,[1] Gravele, Cnappewelle, Overe, Burewelle et Chatric' in comitatu Cantebrigiæ,[2] Heylingeye, Brauncestre, Ringstede, Winebodesham,[3] Depedale, et Walsokne, in comitatu Norffolciæ, et Laushulle in comitatu Suffolciæ, et Upwode in comitatu Huntingdoniæ; dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ nostræ; ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertinet,[4] sine licentia et voluntate ipsorum Abbatis et conventus, vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti Abbas et conventus et successores sui imperpetuum habeant liberam warennam in omnibus dominicis terris suis maneriorum suorum de Craunfeude, Shitlingdone, et Bartune[5] in comitatu Bedefordiæ, Therefeud in comitatu Hertfordiæ, Elleswrthe,[6] Gravele, Cnappewelle, Overe, Burewelle et Chatric' in comitatu Cantebrigiæ,[2] Heylingeye, Brauncestre, Ringstede, Wynbodesham,[7] Depedale et Walsokne in comitatu Norffolciæ, et Laushille[8] in comitatu Suffolciæ, et Upwode in comitatu Huntingdoniæ, dum tamen terræ illæ non sint infra metas forestæ nostræ; ita quod nullus intret terras illas ad fugandum in eis, vel ad aliquid capiendum quod ad warennam pertineat, sine licentia et voluntate ipsorum Abbatis et conventus vel successorum suorum, super forisfacturam nostram decem librarum, sicut prædictum est.

His testibus, Willelmo de Valencia, fratre nostro; Guidone[9] de Russellun;[10] Magistro Willelmo de Kylkenny,[11] Archidiacono Conventrensi;[12] Magistro Simone de Wautone; Stephano Banthane; Bartholomæo Pecche; Stephano de Salmis; Waltero de Turkelbi;[13] Henrico Pictavensi; et aliis.

Data per manum nostram, apud Windlesoram, tertio die Septembris, anno regni nostri tricesimo quinto. **11.**

Carta undecima de feria Sancti Ivonis, quantocunque tempore duraverit.

Inspeximus insuper quandam aliam cartam ejusdem proavi nostri, in hæc verba:—

---

[1] *Eleswrthe*] Ellesworthe, Roll.

[2] *Cantebrigiæ*] Cantebrug', Roll.

[3] *Winebodesham*] Wynebodesham, Roll.

[4] *pertinet*] pertineat, Roll.

[5] *Bartune*] Bartone, Roll.

[6] *Elleswrthe*] Ellesworthe, Roll.

[7] *Wynbodesham*] Wynebodesham, Roll.

[8] *Laushille*] Laushulle, Roll.

[9] *Guidone*] Gwydone, Roll.

[10] *Russellun*] Russillun, Roll.

[11] *Kylkenny*] Kilkenny, Roll.

[12] *Conventrensi*] Coventrensi, Roll.

[13] *Turkelbi*] Turkelby, Roll.

12. Henricus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. A.D. 1253, May 7. Grant of an additional fair at St. Ive's.

Cum dilecti nobis in Christo, Abbas et conventus de Rameseya[1] habeant, per cartas prædecessorum nostrorum, Regum Angliæ, et per nostram confirmationem, liberam feriam apud Sanctum Yvonem,[2] durantem a die Paschæ per octo dies sequentes, videlicet, usque ad diem Martis proximum post clausum Paschæ,[3] cum omnibus exitibus et proficuis inde provenientibus, et nos totum residuum feriæ prædictæ, post diem Martis prædictum, quamdiu feria illa duraret, hactenus habere consueverimus; nos, pro salute animæ nostræ, et animarum antecessorum et heredum nostrorum, necnon et per finem quingentarum marcarum, quem idem Abbas et conventus fecerunt nobiscum, dedimus, concessimus, et hac carta nostra confirmavimus, eisdem Abbati et monachis, pro nobis et heredibus nostris, totum prædictum residuum ejusdem feriæ, cum omnibus pertinentiis suis; habendum sibi et successoribus suis, sicut nos ante confectionem hujus cartæ nostræ aliquo tempore plenius aut liberius illud residuum habuimus. f. cxxxix.

Ita quod, una cum prædictis primis octo diebus, quos prius habuerunt, habeant de cætero integre prædictum residuum, et totam feriam prædictam Sancti Yvonis,[4] imperpetuum, quantumcunque illam deinceps durare contigerit, libere, quiete, integre, et solute, cum stallagiis, tronagiis, attachiamentis, placitis, perquisitis, querelis, forisfacturis, cariagiis, chiminagiis, per terram et aquam, et[5] cum omnibus exitibus et proventibus, et omnimodis commodis, aisiamentis et proficuis, tam ex una parte aquæ quam ex alia, sicut nos ibidem habere consuevimus, et cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi feriam pertinentibus, et cum omnimodis exitibus et proficuis, quæ nobis, aliquo casu contingente, accidere possent, si feriam illam in manu nostra teneremus, sine impedimento, aut aliqua contradictione, nostri, vel heredum, seu ballivorum, aut aliquorum ministrorum nostrorum, vel aliorum, imperpetuum. *Nota.*

Ita quod nullus ballivus, seu minister noster, in aliquo de cætero, se intromittat de feria prædicta, vel ejus pertinentiis,

---

[1] *Rameseya*] Rammeseya, Roll.

[2] *Yvonem*] Ivonem, Roll.

[3] *Paschæ*] Pascha, Cartul. and Roll.

[4] *Yvonis*] Ivonis, Roll.

[5] *et*] supplied from Roll.

quominus dicti Abbas et conventus, et eorum successores, et eorum ballivi, liberam habeant administrationem de omnibus ad feriam illam pertinentibus, tam infra villam quam extra, imperpetuum.

Reddendo inde per annum ad scaccarium nostrum quinquaginta libras, videlicet viginti et quinque libras ad scaccarium Paschæ, et viginti et quinque libras ad scaccarium Sancti Michaelis, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, exactionibus, et demandis.

Volumus etiam, et firmiter præcipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod nullus mercator aut alius, durante feria prædicta, domos conducat, vel mercandiam faciat, in villa Sancti Yvonis,[1] per quod status et commodum feriæ ejusdem et frontium domorum ad prædictos Abbatem et conventum pertinentium, aliquatenus impediantur, seu deteriorentur.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti Abbas et conventus, et eorum successores, habeant feriam prædictam, una cum residuo ejusdem feriæ prædictæ,[2] cum omnibus libertatibus et aisiamentis prædictis, imperpetuum, sicut prædictum est.

His testibus, Ricardo de Clare, Comite Gloucestriæ et Hertfordiæ; Simone de Monteforti, Comite Leycestriæ;[3] Johanne Maunselle, Thesaurario Eboraci; Hugone le Bigod; Philippo Lovel; Henrico de Batonia;[4] Roberto Walerand; Willelmo de Grey; Imberto Pogeis;[5] Willelmo Bouquer; Imberto de Muntferraunt; Willelmo de Sancta Ermina; Bartholomæo Bigod, et aliis.

Data per manum nostram, apud Westmonasterium, septimo die Maii, anno regni nostri quadragesimo secundo. **12.**

Carta duodecima ne firma solvatur in guerra.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam ipsius proav nostri, in hæc verba:

A.D. 1268. Nov. 7. Exemption from a certain annual payment for the fair of St. Ives, in case of loss by war.

13. Henricus,[6] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Cum dilecti nobis in Christo Abbas, et conventus Rameseye nobis teneantur singulis annis in quinquaginta libris reddendis

---

[1] *Yvonis*] Ivonis, Roll.
[2] *prædictæ*] prædicto, Roll.
[3] *Leycestriæ*] Leicestriæ, Roll.
[4] *Batonia*] Bathonia, Roll.
[5] *Pogeis*] Pogeys, Roll.
[6] This grant does not occur on the Patent Roll of 53 Henry III.

ad scaccarium nostrum pro residuo feriæ Sancti Yvonis,[1] quod habere consuevimus, et quod per cartam nostram dudum concessimus eisdem, nos, pro salute animæ nostræ et animarum antecessorum et heredum nostrorum, necnon per finem sexies viginti marcarum, quem fecerunt nobiscum, gratiam eis facere volentes specialem, concessimus eis, pro nobis et heredibus nostris, quod si deinceps, aliquo tempore vel anno, occasione f. cxxxix. b.
guerræ, quod absit, in regno nostro futuræ, feriam suam prædictam amittant, ita quod nihil inde percipiant, dum tamen id coram baronibus de scaccario nostro rationabiliter ostendere valeant, quieti sint eisdem anno et tempore, de prædicta firma quinquaginta librarum. Ita quod nos et heredes nostri occasione prædicti residui de prædictis anno et tempore nihil ab eis exigere poterimus in futurum.

In cujus rei testimonium has literas nostras eisdem Abbati et conventui fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, septimo die Novembris, anno regni nostri quinquagesimo tertio. **13.**

Nos autem donationes, concessiones, confirmationes, et præcepta prædicta, rata habentes et grata, ea pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Simoni nunc Abbati de Rameseye et ejusdem loci conventui et eorum successoribus imperpetuum concedimus et confirmamus, sicut cartæ prædictæ rationabiliter testantur.

Præterea volentes eisdem Abbati et conventui gratiam in hac parte facere ampliorem, concessimus eis, pro nobis et heredibus nostris, quod licet ipsi seu prædecessores sui aliqua vel aliquibus libertatum aut quietantiarum in dictis cartis contentarum aliquo casu emergente hactenus usi non fuerint, ipsi tamen Abbas et conventus, et eorum successores, libertatibus et quietantiis prædictis, et earum qualibet, decætero plene gaudeant et utantur, absque impedimento nostri vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque.

His testibus, venerabilibus patribus, Willelmo, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primate; et Ricardo, Dunolmensi Episcopo, Thesaurario nostro; Johanne Comite Cornubiæ, fratre nostro carissimo; Johanne de Warenna, Comite Surriæ; Henrico de Percy; Willelmo de Monte Acuto; Radulpho de Neville, Senescallo Hospitii nostri; et aliis.

Data per manum nostram, apud Novum Castrum super Tynam, decimo die Junii,[2] anno regni nostri octavo.

Per[3] breve de privato sigillo. **1.**

---

[1] *Yvonis*] Ivonis, Roll.

[2] *Junii*] Julii, Roll.

[3] *Per . . . sigillo*] supplied from Roll.

CCXXXIX.

Carta secunda magna.

A.D. 1334. June 10. Charter of inspeximus and confirmation.

1. Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et dux Aquitanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Inspeximus cartam Sancti Edwardi, olim Regis Angliæ, in hæc verba:—

2. ☧[2] In[3] onomate Summi Kyrioŭ, omnia jura regnorum gubernantis, et ab alto cœli fastigio cuncta cernentis, Ego Edwardus,[4] totius Albionis, Dei moderante[5] gubernatione, Basileus, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, centenariis, cunctisque Sanctæ fidelibus Ecclesiæ clericis et laycis,[6] insuper et omnibus post me futuris regibus, salutem, perpetuamque pacis felicitatem.

Summum in[7] Regibus ac Principibus bonum est justitiam Dei colere, Sanctam[8] Ecclesiam ejus exaltare et honorare, quia qui eam exaltant et honorant, cum ea, et in ea, et per eam, exaltantur et honorantur.

Prævenit cor meum, gratia Dei, ut quod ab antecessoribus meis Regibus collatum est Ejus Ecclesiæ, mea firmetur auctoritate.

Ecclesia namque Beatæ Dei Genitricis semperque Virginis Mariæ, Sanctique Benedicti, omniumque sanctarum[9] virginum, quæ Rameseye[10] nuncupatur, quæ olim, id est tempore præcellentissimi Regis Eadgari,[11] a quodam insigni viro, Ailwino[12] onomate, utpote in ejusdem Regis gloriosi munificentiæ kar-

---

[1] Also on Charter Roll, 8 Edw. III., No. 29. A copy of this inspeximus charter occurs in Add. MS. Brit. Mus., No. 4936, f. 177, but it is of no value for collation.

[2] This sign is omitted in Cartul.

[3] *In . . . Kyriou*] underlined in Cartul., and a hand drawn in the margin. This charter also occurs in Cott. MS. Vesp. E. II. f. 7, and in the Exchequer fragment. It is printed in Kemble's Codex, Vol. iv., p. 143, N° DCCCIX.

[4] *Edwardus*] Eadward, Roll.

[5] *moderante*] moderamine, Cott.

[6] *laycis*] laicis, Roll, Exch., and Cott.

[7] *in*] omit, Cott.

[8] *Sanctam*] Scanctam, Cott.

[9] *sanctarum*] scanctarum, Cott.

[10] *Rameseye*] Rameseie, Roll; Rammeseye, Exch.

[11] *Eadgari*] Edgari, Exch. and Cott.

[12] *Ailwino*] Æilwino, Roll; Alwyno, Cott.; Aylwyno, Exch.

tula,[1] quam ibidem donaverat, datam, ac sigillo regio confirmavit, legitur, Almipotentis Christi mirabilius cooperante gratia, est constructa, ac terrarum copiosis est ditata muneribus.

In primis eam ita liberam et quietam, tam ab omni exactione episcopali, quam a seculari, esse volo, ut neque nos, neque successores nostri, neque quilibet episcopus, nec quicunque de judiciaria potestate, in ipsam sanctam basilicam,[2] vel in manentes in ipsa, vel in homines qui cum suis terris, vel qualibuscumque substantiis, ad ipsam tradere vel devovere se *Nota.* voluerunt,[3] nisi[4] per voluntatem Abbatis et suorum[5] omnium monachorum ullam umquam habeant potestatem; sed sit hæc Sancta Mater Ecclesia specialis dominæ nostræ Perpetuæ Virginis Mariæ, ac patroni nostri Sancti Benedicti, et omnium sanctarum virginum, libera et absoluta ab omni invasione vel inquietudine omnium hominum, cujuscumque ordinis vel potestatis esse videatur.

Præterea in[6] perpetuo confirmo, ut monachi ejusdem eccle- *f.* cxl. siæ per successiones secundum regulam Sancti Benedicti[7] *Nota.* eligere ex[8] se idoneos[9] abbates habeant potestatem.

Et quisquis fugitivorum de quocunque loco, pro quacunque causa, cujuscunque conditionis sit, ipsum sanctum[10] locum, vel procinctum ejus, intraverit fugiens, membrorum suorum ac vitæ impunitatem consequatur.

Possessiones vero, quæ ibi a quibuscumque donatæ sunt, non Abbas, non alia quælibet persona, licentiam habeat vendendi vel extraneis dandi.

Sed regum munimine deinceps locus ipso tueatur, ipseque Abbas, Regi soli serviens, atque ei soli os ad os respondens, commissum sibi gregem spirituali et[11] temporali pastu abundanter foveat.

Concedo[12] etiam, et confirmo, omnes donationes terrarum vel libertatum, aut[13] aliarum rerum, quæ a Regibus Eadgaro,[14] videlicet, et Hardecnuto,[15] seu aliis fidelibus ante me donatæ sunt.

---

[1] *kartula*] cartula, Cott.

[2] *basilicam*] baselicam, Cott.

[3] *voluerunt*] voluerint, Roll and Cott.

[4] *nisi*] originally written *neque* in Cott., but afterwards altered.

[5] *suorum omnium*] omnium suorum, Cott.

[6] *in*] omit, Cartul.

[7] The word *nota* and a hand are drawn here in Cott.

[8] *ex*] omit, Cott.

[9] *idoneos*] ydoneos, Exch. and Cott.

[10] *sanctum*] suum, Roll.

[11] *et*] ac, Exch.

[12] *de for'*, marginal note in Exch.

[13] *aut*] vel, Exch.

[14] *Eadgaro*] Edgaro, Cott.

[15] *Hardecnuto*] Hardecnut, Cott.; Hardeknuto, Exch.

Hoc est, Uppwude,[1] cum Reflea,[2] berewico[3] suo, et cum insula, in qua prædictum stat arcisterium, omnibusque[4] sibi pertinentibus.

Hemmingeforde,[5] cum omnibus ad se pertinentibus.

Saltreche,[6] cum omnibus ad se pertinentibus.

Hillingeie,[7] cum omnibus ad se pertinentibus.

Walsokne,[8] cum omnibus ad se pertinentibus.

In Welles viginti piscatores ibidem, singulis annis ad usum fratrum sexaginta milliaria anguillarum reddentes.

Bramcestre,[9] cum omnibus ad se pertinentibus, et cum omni maris projectu, quod nos Anglice sæ[10] upwurp appellamus.

Riptone,[11] cum omnibus ad se pertinentibus.

Stiveclea,[12] cum omnibus ad se pertinentibus.

Kingestune,[13] cum Ræflea[14] et Byrig,[15] berewicis[16] suis, omnibusque sibi pertinentibus.

Wardebusc,[17] cum omnibus ad se pertinentibus.

Slepe,[18] cum omnibus ad[19] se pertinentibus.

Ceatrice,[20] cum omnibus ad se pertinentibus.

Et una mansio, id est orientalis de Eleswrtha,[21] cum omnibus[22] ad se pertinentibus.

---

[1] *Uppwude*] Wpwde, Cott.; Upwode, Exch.

[2] *Reflea*] Raveleya, Cott.; Raffleа, Exch.

[3] *berewico*] berewyco, Exch.

[4] *omnibusque*] omnibus, Cott.

[5] *Hemmingeforde*] Hemigeforde, Cott.; Hemingforde, Exch.

[6] *Saltreche*] Walsok' cum omnibus ad se pertinentibus. Sautre, Cott.; Saltrethe, Exch.

[7] *Hillengeie*] Hellingh', Cott.; Hillingh', Exch.

[8] *Walsokne*] Wallsocne, Roll. In Cott. *Walsokne . . . pertinentibus* is written in the margin, and referred to its proper place in the text by a caret.

[9] *Bramcestre*] Brancestre, Cott.; Brauncestre, Exch.

[10] *sæ upwurp*] se upwerp, Cott.; seupwerp, Exch.

[11] *Riptone*] Ripptune, Roll.

[12] *Stiveclea*] Stryveclea, Roll.

Athelintone,[12] cum omnibus ad se pertinentibus.
Bernewelle, cum omnibus ad se pertinentibus.
Hemmintone,[13] cum omnibus ad se pertinentibus.

Et unam[14] mansionem de Eleswrthe,[15] id est occidentalem, cum omnibus ad se pertinentibus.

Grettone,[16] cum omnibus ad se pertinentibus.
Ferefelde,[17] cum omnibus ad se pertinentibus.
Schitlingedone,[18] cum omnibus ad se pertinentibus.

Ofirdetone,[19] cum omnibus ad se pertinentibus scilicet in Holaunde.[20]

Westmulne orientalem[21] cum omnibus ad se pertinentibus.

---

[1] *Dilintone*] Dilingtone, Exch.

[2] *Stoctone*] Scotthone, Exch.

[3] *Gillinge*] Gillingge, Exch.

[4] *supradicta omnia*] supra omnia dicta, Exch. and Cott.

[5] *testibusque legitimis*] legitimisque testibus, Exch. and Cott.

[6] *subsecuntur*] subsequntur, Cott.

[7] *eo*] eodem, Cott.

[8] *feliciter*] omit, Cott.

[9] *fideliter*] supplied from Exch. and Cott.

[10] *Hemmingeforde*] Hemingforde, Exch. and Cott.

[11] *Gillinge*] Gillingge, Exch. Originally written *Giddinge* in Cott., but afterwards struck through, and Gillinge written in the margin.

[12] *Athelintone*] Elintone, Exch. and Cott.

[13] *Hemmintone*] Hemingtone, Exch.; Hemingetone, Cott.

[14] *unam mansionem*] una mansio, Exch. and Cott.

[15] *Eleswrthe*] Elesworthe, Exch., Cott. and Roll.

[16] *Grettone*] Gryttone, Exch.

[17] *Ferefelde*] originally written Ferefeid in Exch., but a dot of subpunction is placed under the *i*. Therefelde, Cott.

[18] *Schitlingedone*] Sutlingdone, Exch.; Sutlingedone, Cott.

[19] *Ofirdetone*] Offertone, Exch.; Offertune, Cott.

[20] *Holaunde*] Hoylaunde, Exch. Hoilande, Cott.

[21] *orientalem*] orientalis, Cott.

Oure,[1] cum omnibus ad se pertinentibus.
Bartone, cum omnibus ad se pertinentibus.
Cnapwelle, cum omnibus ad se pertinentibus.
Acleia,[2] cum omnibus ad se pertinentibus.
Crangfelde,[3] cum omnibus ad se pertinentibus.
Kembestone,[4] cum omnibus ad se pertinentibus.
Clopham, cum omnibus ad se pertinentibus.
Wipsintone, cum omnibus ad se pertinentibus.
Laugesille,[5] cum omnibus ad se pertinentibus.
Mertone, cum omnibus ad se pertinentibus.
Watlingworthe,[6] cum omnibus ad se pertinentibus.
Meringe,[7] cum omnibus ad se pertinentibus.
Borewelle[8] cum omnibus ad se pertinentibus.
Queringtone cum omnibus ad se pertinentibus.
Ringestede,[9] cum omnibus ad se pertinentibus; et cum omni maris ejectu quod wrec appellamus,[10] cum[11] omnimodis piscibus regalibus et non regalibus ibidem captis.

Winebodesham,[12] cum hundredo et dimidio, et cum[13] sexaginta quatuor soccamannis[14] ad hundredum pertinentibus, scilicet infra Bichamdic,[15] et cum foro de Dunham[16] ad Winebodesham[12] pertinente.

Item tres hidas in Broctone[17] et tres hidas in Bodekesham, cum omnibus ad se pertinentibus.

Volo etiam, et firmiter præcipio, atque concedo, ut Abbas et monachi ejusdem ecclesiæ bene, et in pace, et quiete, et honorifice, teneant omnes terras suas, et homines, et[18] aquas,

---

[1] *Oure*] Overe, Exch. and Cott.

[2] *Acleia*] Acleya, Roll and Exch.

[3] *Crangfelde*] Craunfeud, Exch.; Cranfelde, Cott.

[4] *Kembestone*] Kemestone, Exch.; Kemstone, Cott.

[5] *Laugesille*] Laushille, Exch. and Cott.

[6] *Watlingworthe*] Watigworthe, Exch.; Wathinwrthe, Cott.

[7] *Meringe*] Meringge, Exch.

[8] *Borewelle*] Burwelle, Cott.

[9] *Ringestede*] Ringstede, Roll and Exch.

[10] *appellamus*] appellatur, Cott.

[11] *cum . . . captis*] added in the margin in Cartul., and referred to its proper place in the text by a mark. The passage however does not occur in the charter of confirmation, nor yet in Exch., nor in Cott.

[12] *Winebodesham*] Wynebodesham, Exch.

[13] *cum*] omit, Cott.

[14] *soccamannis*] sokmannis, Exch.; socmannis, Cott.

[15] *Bichamdic*] Bichamdich, Exch.

[16] *Dunham*] Dounham, Exch.

[17] *Broctone*] Browthone, Exch.; Brouctone, Cott.

[18] *et*] omit, Cartul. and Roll.

aquarumve decursus, molendina, prata, pascua, segetes, paludes,[1] piscationes, piscarias, silvas, venationes, et omnia sua, libera ab omni regia consuetudine, et ab omni collectione census,[2] quæ *Nota.* geld vel scot[3] Anglice nominatur.

Insuper itaque[4] eos quietos clamo ab omnibus placitis, et querelis, et[5] schiris,[6] et hundredis, et ab omnibus rebus, et[7] occasionibus, et ab omni castelli, seu quocumque opere servili, et legibus, et consuetudinibus, quæ ad me pertinent.

Similiter vero ut nullis unquam graventur oneribus expeditionum,[8] nec pontium restructione, vel furis apprehensione; sed ab omni exactione et angaria regalium et episcopalium ministrorum, et aliarum qualiumcumque causarum, sint perpetim expediti et liberi.

Huic etiam libertati additamentum concedo Anglice scriptum scilicet mundbriche, feardwite,[9] fihtwite,[10] blodwite,[11] miskenninge,[12] frithsokne,[13] hamsokne,[14] forstal, foresfeang,[15] wihfeange,[16] hengwite,[17] gritbriche,[18] utleap,[19] infangenethef,[20] schipbriche,[21] seupwerp, sake,[22] sokne,[23] thol,[24] et theam,[25] aliasque omnes[26] leges et consuetudines,[27] quæ ad me pertinent.

---

[1] *paludes*] palludes, Exch.

[2] *census*] sensus, Cott.

[3] *scot*] soch, Exch. and Cott.

[4] *itaque*] etiam, Cott.

[5] *et*] omit, Cott.

[6] *schiris*] syris, Cott.

[7] *et*] omit, Exch. and Cott.

[8] *expeditionum*] epeditionum, Exch.

[9] *feardwite*] ferdwyte, Exch.; ferdwithe, Cott.

[10] *fihtwite*] fidwite, Exch.; fythwite, Cott.

[11] *blodwite*], blodwyte, Exch. After this word *ethwite* occurs in Cott., but a dash of erasure is placed underneath.

[12] *miskenninge*] miskeningge, Exch.; miskeninge, Cott.

[13] *frithsokne*] fritsokne, Exch.

[14] *hamsokne*] hamsocne, Roll.

[15] *foresfeang*] fordfang, Exch.; forthgang, Cott.

[16] *wihfeange*] wihfang, Exch.; wihpang, Cott.

[17] *hengwite*] hangwyte, Exch.; hangwite, Cott.

[18] *gritbriche*] grithbriche, Roll and Cott.

[19] *utleap*] uthlephe, Exch. and Cott.

[20] *infangenethef*] infangenetheof, Roll; infongenebef, Exch.; infongenethef, Cott.

[21] *schipbriche*] shipbriche, Roll; sipbriche, Exch. and Cott.

[22] *sake*] sac, Exch. and Cott.

[23] *sokne*] socne, Roll, Exch. and Cott.

[24] *thol*] tol, Exch. and Cott.

[25] *theam*] team, Exch. and Cott.

[26] *omnes*] omit, Cott. and Exch.

[27] *consuetudines*] consuetudines omnes, Cott. and Exch.

Defendo etiam, et pleniter prohibeo, ne ullus eis molestus sit in terra, sive in aqua; neque[1] vicecomes, aut aliquis alius, in aliquo de omnibus, quæ ecclesiæ illius sunt, se penitus intromittat, aut per ullam occasionem, nisi Abbas et monachi ad utilitatem monasterii. Cunctaque, quæ idem monasterium, a sui principio usque ad præsens, concessione pontificum, liberalitate regum, aliorumque principum, atque oblatione fidelium, obtinuit, vel in futurum obtinebit, sint omnino libera, terræ cultæ et incultæ, cum exitibus atque redditibus, cellæ, ecclesiæ, cimiteria, decimæ, redditus, servitia debita, f. cxliiii. oblationes, luminaria, causarum discussiones,[2] emendationes aut ecclesiasticæ vel[3] sæculares, honorifice sancita, et inviolabiliter confirmata, auctoritate meæ regiæ confirmationis, rata, integra, illibataque, perenniter ibidem permaneant.

Universa igitur hæc, quæ hujus decreti constitutionisque nostræ præsens continet pagina, jam olim a reverendæ memoriæ præcellentissimorum prædecessorum[4] meorum Regum, Edgari videlicet, et Edwardi, sanctionis statuto inconvulso more regio confirmata sunt.

Quisquis autem successorum meorum hanc donationis libertatem firmiter atque inviolabiliter custodierit, æterna coronetur claritate, cœlestisque regni plena perfruatur felicitate.

Si quis vero, quod absit, eam destruere voluerit, vel hujus nostri decreti contradictor, convulsor, et temerator extiterit, cum Juda proditore æterno anathemati subjaceat, nisi Deo, et ejus Beatissimæ[5] ac Piissimæ Matri, Sanctoque Benedicto, digna pœnitentia satisfecerit.

Siquidem ut ista omnia legitime signis et testibus veridicis firmiter astipulata imperpetuum consistant inviolata, ego ipse manu mea signum impressi, et legitimos testes regni mei scilicet insigniores personas subter annotare jussi.

Ego Willelmus, divina misericordia[6] largiente, Rex Anglorum, et Dux Normannorum, Princepsque Cenomannorum, hoc præceptum scribere præcepi, et scriptum hoc signo Dominicæ Crucis ✠[7] confirmando stabilivi, nostræque imaginis sigillo

---

[1] *neque*] nec, Exch. and Cott.

[2] *discussiones*] discusciones, Exch.

[3] *vel*] originally written *aut* in Exch., but afterwards altered; *aut*, Cott.

[4] *prædecessorum*] prædissessorum, Cott.

[5] *m'ri* occurs in Cott. after Beatissimæ, but with dots of subpunction.

[6] *misericordia largiente*] largiente misericordia, Exch.

[7] The cross occurs after the word *signo* in Exch. and Cott.

insuper assignare curavi, anno regni mei decimo, Incarnationis vero Dominicæ millesimo sexagesimo septimo decimo, quarto kalendas Januarii.

Ego[1] Mauricius Cancellarius relegi et sigillavi.
Ego Launfrancus[2] Archiepiscopus concedens confirmavi.
Ego Thomas Archiepiscopus subscripsi.
Ego Odo Baiocensis Episcopus corroboravi.
Ego Hugo Londoniensis Episcopus concessi.
Ego Walkelinus[3] Wintoniensis[4] Episcopus constabilivi.
Ego Remigius Lincolniensis Episcopus collaudavi.
Ego Vitalis Abbas.
Ego Scotlandus[5] Abbas.
Ego Baldewinus Abbas.
Ego Simeon[6] Abbas.
Ego Eilsinus[7] Abbas hoc munificentiæ donum a Rege petii, et gratanter accepi.
Ego[8] Serlo Abbas.
Ego Rogerius Comes.
Ego[9] Hugo Comes.
Ego Robertus Comes.
Ego[10] Alanus[11] Comes.
Ego Albricus[12] Comes.
Ego[10] Hugo de Muntefort.[13]
Ego[10] Henricus de Ferariis.
Ego[10] Walterius Giffardus.
Ego[10] Robertus de Oleio.[14]
Ego[10] Hamo Dapifer Regis.[15]

Ego Wlstanus Wigorniensis[16] ecclesiæ[17] Episcopus libenter annui, et, cum supranominatis coepiscopis, infractores hujus privilegii anathematizavi. **17.**

---

[1] The order of the attestations both in Exch. and Cott. is different to that followed in the Cartulary.

[2] *Launfrancus*] Lanfrancus, Exch. and Cott.

[3] *Walkelinus*] Walchelinus, Exch.; Wacelinus, Cott.

[4] *Wintoniensis Episcopus*] omit, Cott.

[5] *Scotlandus*] Scothlandus, Cott.

[6] *Simeon*] Symeon, Cott.

[7] *Eilsinus*] Alsinus, Exch.; Ailsinus Cott.

[8] This attestation of Abbot Serlo does not occur in Exch.

[9] *Ego*]. omit, Roll and Exch.

[10] *Ego*] supplied from Cott.

[11] *Alanus*] Allanus, Exch.

[12] *Albricus*] Albericus, Cott.

[13] *Muntefort*] Montefort', Cott.

[14] *Oleio*] Oleyo, Exch.

[15] *Regis*] omit, Cott.; ejus, Exch.

[16] *Wigorniensis*] Wygorniensis, Cott.

[17] *ecclesiæ*] omit, Exch. and Cott.

Nos autem, donationem et concessionem prædictam ratam habentes et gratam, eam, pro nobis et heredibus nostris, concedimus et confirmamus, sicut hactenus usi sunt, et carta, quam idem Abbas et monachi habent, rationabiliter testatur.

Præterea concedimus eisdem Abbati et monachis, et præsenti carta nostra, pro nobis et heredibus nostris, confirmamus, omnes donationes, libertates, et quietantias, quas habent per cartam Beati Regis Edwardi, quam similiter inspeximus, quibus hucusque usi sunt, et sicut in eadem carta plenius continentur.

His testibus, venerabilibus patribus Waltero Wigorniensi, et Petro Herefordiensi, Episcopis; Ricardo de Clara, Comite Gloucestriæ et Hertfordiæ; Hunfrido de Boun, Comite Herefordiæ; Johanne Manselle, Præposito Beverlaci; Magistro Willelmo de Kilkenni, Archidiacono Conventrensi; Radulpho filio Nicholai, Johanne de Grey, Johanne filio Alani, Bertramo de Criolle, Johanne de Lexintone, Petro filio Mathæi, Roberto Walerande, Bartholomæo Pecche, Willelmo de Grey, Nicholao de Sancto Mauro, et aliis.

Data per manum nostram apud Wintoniam, sexto decimo die Junii, anno regni nostri tricesimo septimo. **16.**

Nos autem donationem, concessionem, et confirmationem prædictas, ratas habentes et gratas, eas, quantum in nobis est, pro nobis et heredibus nostris prædictis Abbati et conventui, et successoribus suis concedimus et confirmamus, sicut carta confirmationis prædictæ rationabiliter testatur.

Et quia, per rotulos de Scaccario nostro, compertum est, quod dictis Abbati et conventui allocantur ibidem amerciamenta hominum suorum per libertates a progenitoribus nostris quondam Regibus Angliæ eis concessas, et per verba generalia f. cxliiii. b.
in cartis inde confectis contenta, licet expresse non sint specificata, nos, pro salute animæ nostræ, et animæ claræ memoriæ Alianoræ, quondam Reginæ Angliæ, consortis nostræ, et animarum progenitorum et heredum nostrorum, eisdem Abbati et conventui gratiam facere volentes specialem, concessimus eis, pro nobis et heredibus nostris prædictis, quod ipsi et successores sui habeant et percipiant imperpetuum omnimoda amerciamenta omnium hominum suorum, per ipsos et ballivos suos levanda, sicut per prædicta verba generalia et allocationes prædictas sic eis factas, hujusmodi amerciamenta retroactis temporibus habuerunt et perceperunt, sine occasione nostri, et heredum nostrorum, justiciariorum, vicecomitum, et omnium aliorum ballivorum et ministrorum nostrorum quorumcunque, imperpetuum, sicut prædictum est.

His testibus, venerabili patre Antonio Dunolmensi Episcopo; Johanne de Warenna, Comite Surriæ; Roberto de Brus, Comite Carrik'; Waltero de Bello Campo, Willelmo de Leyburne, Willelmo le Latimer, Petro de[1] Chaumpaigne, Roberto Malet, Willelmo de Monte Revelle, Adam de Cretinge, Ricardo de Bosco, Elya de Hauville, Gilberto de Briddeshale,[2] et aliis.

Data per manum nostram, apud Novum Castrum super Tynam,[3] vicesimo tertio die Aprilis, anno regni nostri decimo nono. **15.**

Carta decima tertia G. de Bernethe.

Nos autem donationes, concessiones, confirmationes, inhibitiones, et præcepta prædicta, necnon donationem, concessionem, et confirmationem quas G. de Bernethe filius Regis, per cartam suam, fecit monachis habitantibus infra ecclesiam Dei, et Sancti Benedicti de Rameseye, in perpetuam elemosinam, de illa particula terræ quæ fuit Vitalis, continente in se quadraginta percatas, scilicet in latitudine et longitudine, apud Zephirum in quarrario ipsius G. de Bernethe, juxta terram Gileberti filii Hugonis; rata habentes et grata ea, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo, Simoni nunc Abbati de Rameseye, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus imperpetuum, concedimus et confirmamus, sicut cartæ prædictæ rationabiliter testantur.

Præterea, volentes eisdem Abbati et conventui gratiam in hac parte facere ampliorem, concessimus eis, pro nobis et heredibus nostris, quod licet ipsi, seu prædecessores sui, aliqua, vel aliquibus, libertatum aut quietantiarum in dictis cartis contentarum, aliquo casu emergente, hactenus usi non fuerint, ipsi tamen Abbas et conventus, et eorum successores, libertatibus et quietantiis prædictis, et earum qualibet, decætero plene gaudeant et utantur, absque impedimento nostri, vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcumque.

His testibus, venerabilibus patribus, Willelmo Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primate; et Ricardo Dunolmensi Episcopo, Thesaurario nostro; Johanne Comite Cornubiæ, fratre

---

[1] *de*] omit Cartul.

[2] *Briddeshale*] Brideshale, Roll.

[3] *Tynam*] Tinam, Roll.

nostro carissimo; Johanne de Warenna, Comite Surriæ; Henrico de Percy; Willelmo de Monte Acuto; Radulpho de Neville, Senescallo Hospitii nostri; et aliis.

Data per manum nostram, apud Novum Castrum super Tynam, decimo die Junii, anno regni nostri octavo.

Per[1] breve de privato sigillo. **1.**

CCXL.

Carta tertia magna.

1. Edwardus,[2] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem. A.D. 1334. June 10. Charter of inspeximus and confirmation.

Inspeximus cartam celebris memoriæ domini Henrici, dudum Regis Angliæ, progenitoris nostri, in hæc verba:— *Carta prima de feria apud Sanctum Ivonem.*

2. Henricus,[3] Rex Angliæ, Roberto Episcopo Lincolniensi, et Gisleberto Vicecomiti, et omnibus baronibus, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, et omnibus mercatoribus totius Angliæ, salutem. A.D. 1110. Of a fair at St. Ives.

Sciatis me concessisse Sancto Benedicto de Rameseya,[4] et Sancto Ivoni de Selepe, feriam, a die Mercurii in Pascha, usque ad octavum diem, ita bene et honorifice, cum soca et saca, et thol[5] et theam, et infangenetheof, et cum omnibus consuetudinibus, sicut aliqua feria melius habet in tota Anglia.

Et volo et præcipio, ut omnes a eam venientes, et in ea existentes, et inde redeuntes, firmam pacem meam habeant.

Testibus Roberto Episcopo Lincolniensi, et Roberto Comite de Mellent, et Hamone Dapifero et Gisleberto Vicecomite, et Willelmo de Hoctona. f. cxlv.

Apud Brantonam.

In anno quo Rex dedit filiam suam Imperatori. **2.**

---

[1] *Per . . . sigillo*] supplied from Roll.

[2] Also on Charter Roll, 8 Edw. III., No. 6.

[3] A repetition of No. CLXII., Vol. I., p. 240.

[4] *Rameseya*] Ramesia, Roll.

[5] *thol . . . infangenetheof*] toll' et tiem, et infangeneteof, Roll.

Carta secunda de feodo militis in Holwelle.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam ejusdem progenitoris nostri, in hæc verba :—

A.D. 1114-1130. Of Holywell.

3. Henricus,[1] Rex Angliæ, Episcopo Lincolniensi, et Vicecomiti, et omnibus baronibus et fidelibus suis de Bedefordescira,[2] salutem.

Sciatis, quia Reginaldus[3] Abbas de Rameseya[4] concessit Simoni de Bello Campo terram de Holewella[5] tali conditione, quod Simon debet inde facere ecclesiæ de Rameseya[4] servitium unius militis, plenarie, in omnibus rebus.

Testibus Radulpho Basset et G[alfrido] de Glintone.

Apud Westmonasterium. **3.**

Carta tertia de Reche.

Inspeximus insuper quandam aliam cartam ipsius progenitoris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1100-1135. Grant of the shore of Rechere.

4. Henricus,[6] Rex Angliæ, Gisleberto,[7] Vicecomiti, salutem.

Præcipio, quod Abbas Rameseye[8] ita bene habeat littus suum de Rechere,[9] sicut aliquis antecessorum suorum melius habuit, et sicut invenit illud, quando recepit abbatiam.

Et super hoc non disturbentur homines ejus, neque injuria vel contumelia eis fiat.

Teste Nigello de Albiniaco.[10]

Apud Wintoniam. **4.**

Carta quarta de petra apud Burgum.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam prædicti progenitoris nostri, in hæc verba :—

A.D. 1102-1135. Grant of stone for the use of the monastery.

5. Henricus, Rex Angliæ, Abbati de Burch', salutem.

Præcipio, quod Abbas de Rameseia[11] juste habeat petram, ad opus ecclesiæ suæ faciendum, et consuetudines suas, sicut Ailwinus[12] Abbas antecessor ejus habuit melius, et super hoc inde non disturbetur.

---

[1] A repetition of No. CLXXVII., Vol. I., p. 248.

[2] *Bedefordescira*] Bedefortsira, Roll.

[3] *Reginaldus*] *Ram'* in Cartul., with dots of subpunction under the two last letters; Ram', Roll.

[4] *Rameseya*] Ramesia, Roll.

[5] *Holewella*] Halewella, Roll.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 13, with the rubric title, Carta H. Regis primi de litore de Rech'.

[7] *Gisleberto . . . salutem*] et cætera, Cott.

[8] *Rameseye*] Ramesiæ, Roll.

[9] *Rechere*] Reche, Cott.

[10] *Albiniaco*] Albinestone, Cott.

[11] *Rameseia*] Ramesio, Roll.

[12] *Ailwinus*] Alwinus, Roll.

Quod si non feceris, Hugo de Lerec'[1] faciat fieri, ne inde clamorem audiam pro recti penuria.

Teste Radulpho Basset.

Apud Wodestocam.[2] **5.**

Inspeximus insuper cartam claræ memoriæ domini Henrici quondam Regis Angliæ progenitoris nostri, in hæc verba :— *Carta quinta de Waltone.*

6. Henricus,[3] Rex Angliæ, et Dux Normanniæ et Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, Episcopo Lincolniensi, et justiciariis, vicecomitibus, baronibus, et omnibus fidelibus suis, Francis et Anglis, de Huntendonescira, salutem. A.D. 1154-62. Grant of the manor of Walton.

Sciatis me concessisse et confirmasse Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseya,[4] et Abbati, et monachis suis, in perpetuam elemosinam, manerium de Waltona, cum omnibus appendiciis suis, sicut Albenda,[5] quæ fuit uxor Eustacii de Scellia,[6] cujus hoc manerium hereditas fuit, eis illud dedit et concessit; et sicut Walterus de Bolebec, dominus feodi illius, cum ipsa Albreda, hoc coram Rege Henrico avo meo concessit. *Carta de Waltone.*

Quare volo, et firmiter præcipio, quod prædicta ecclesia, et Abbas, et monachi, illud manerium bene, et[7] in pace, libere, et[7] quiete, et honorifice teneant, cum omnibus pertinentiis suis, in bosco, in plano, in pratis, in[8] pascuis, in aqua et extra, in mariscis, in via, et semitis, in omnibus rebus, cum soca,[9] et saca, et thol,[10] et theam, et infangenetheof,[11] et cum omnibus libertatibus et consuetudinibus terræ illi pertinentibus, cum quibus aliquis illud melius et quietius tenuit.

Et sit in protectione mea, sicut fuit in protectione Regis Henrici avi mei,[12] sicut carta ipsius testatur.

---

[1] *Lerec'*] Lerce, Roll.

[2] *Wodestocam*] Wudestocam, Roll.

[3] A repetition of No. XCVII., Vol. I., p. 158.

[4] *Rameseya*] Rameseia, Roll.

[5] *Albenda*] Albreda, Roll.

[6] *Scellia*] Stellea, Roll and Cott.

[7] *et*] omit, Roll.

[8] *in*] et, Roll.

[9] *soca*] socha, Roll.

[10] *thol*] tol, Roll.

[11] *infangenetheof*] infangenethof, Roll.

[12] After *mei* a character similar to a capital J occurs in the Cartulary, but it has no meaning, and is unnecessary. It is not found in the Charter Roll

Testibus, Thoma[1] Cancellario, Roberto[2] Comite Legrecestriæ, Roberto de Novoburgo.

Apud Clivam. **6.**

Carta sexta de piscariis et maris.

Inspeximus etiam quandam aliam cartam ejusdem progenitoris nostri, in hæc verba: —

A.D. 1154-1189. Confirmation of fisheries.

7. Henricus,[3] Rex Angliæ, et Dux Normanniæ, et Aquitaniæ, et Comes Andegaviæ, Vicecomiti de Huntendonescira, salutem.

Præcipio, quod Abbas et monachi de Rameseia teneant, ita bene, et in pace, et juste, et libere, et quiete, omnes piscaturas suas, et maras, sicut melius et liberius tenuerunt tempore Henrici Regis avi mei.[4]

Et prohibeo, ne quis piscet in piscaturis suis, sine licentia eorum, super decem libras forisfacturæ.

Teste Willelmo filio Johannis.

Apud Windesouram. **7.**

Carta septima de tenementis Johannis

Inspeximus insuper literas patentes celebris memoriæ domini Edwardi, nuper Regis Angliæ, patris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1317. Nov. 5. Licence to John le Hauekere to enfeoff William de Cortone of a messuage and land in Slepe.

8. Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod per finem, quem Willelmus de Cortone fecit nobiscum, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Johanni le Hauekere de Sancto Ivone, quod ipse de uno mesuagio, quadraginta acris terræ, quatuordecim acris prati et dimidia, et duabus partibus unius mesuagii, cum pertinentiis, in Slepe, quæ de nobis tenentur in capite, feoffare possit prædictum Willelmum.

Habendum et tenendum, sibi et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

---

[1] *Thoma*] Toma, Roll.

[2] Robert de Bellomont, second Earl of Leicester.

[3] A repetition of No. CLXXXIX., Vol. I., p. 253.

[4] A character similar to that mentioned on the preceding page occurs here after *mei* both in Cartul. and Roll, but it is meaning less.

Et quod concedere possit, quod triginta acræ terræ, et decem acræ prati et dimidia, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ de nobis similiter tenentur in capite, et quæ Matilldis, quæ fuit uxor Alani le Hauekere, tenet in dotem, de hereditate prædicti Johannis, et viginti acræ terræ, septem acræ prati, et tertia pars unius mesuagii, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ de nobis similiter tenentur in capite, et quæ Alicia, quæ fuit uxor Simonis le Hauekere, tenet in dotem, de hereditate ejusdem Johannis, quæ quidem quinquaginta acræ terræ, decem et septem acræ prati et dimidia, et tertia pars, post mortem prædictarum Matillidis et Aliciæ, ad eundem Johannem reverti deberent; post mortem earumdem Matillidis et Aliciæ, remaneant præfato Willelmo, tenenda sibi et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum. f. cxlv. b.

Et eidem Willelmo, quod ipse prædicta mesuagium, quadraginta acras terræ, quatuordecim acras prati et dimidiam, et duas partes cum pertinentiis, a præfato Johanne recipere, et quod post mortem prædictarum Matillidis et Aliciæ, prædictas quinquaginta acras terræ, decem et septem acras prati et dimidiam, et tertiam partem, cum pertinentiis, ingredi, et eas una cum prædictis mesuagio, quadraginta acris terræ, quatuordecim acris prati et dimidia, et duabus partibus, tenere possit sibi et heredibus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia supradicta, imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædictus Johannes vel heredes sui, aut præfatus Willelmus seu heredes sui, ratione præmissorum, per nos vel heredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios ballivos, seu ministros nostros quoscumque, occasionentur, molestentur in aliquo, seu graventur.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso apud Westmonasterium, quinto die Novembris, anno regni nostri undecimo. **8.**

Carta octava de tenementis Johannis Hauekere.

Inspeximus etiam quasdam alias literas patentes ejusdem patris nostri, in hæc verba:—

A.D. 1318. Nov. 10. Mortmain licence to

9. Edwardus, Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

William de Cortone to grant certain land in Slepe to the monastery.

Quia accepimus per inquisitionem,[1] quam per dilectum clericum nostrum, Magistrum Johannem Walewayn, nuper escaetorem nostrum ultra Trentam, fieri fecimus, quod non est ad damnum vel præjudicium nostrum, seu aliorum, si concedamus Willelmo de Cortone, quod ipse quadraginta acras terræ, quatuordecim acras prati et dimidiam, et duas partes unius mesuagii, cum pertinentiis, in Slepe, quæ de nobis tenentur in capite, dare possit et concedere dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseye; habendas et tenendas sibi et successoribus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

Et quod idem Willelmus concedere possit, quod triginta acræ terræ, et decem acræ prati et dimidia, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ similiter de nobis tenentur in capite, et quæ Matilldis, quæ fuit uxor Alani le Hauekere, tenet in dotem de præfato Willelmo, ex assignatione Johannis le Hauekere, consanguinei et heredis prædicti Alani, et quæ post mortem ejusdem Matillidis ad ipsum Willelmum reverti deberent.

Et quod viginti acræ terræ, septem acræ prati, et tertia pars unius mesuagii, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ similiter de nobis tenentur in capite, et quæ Alicia, quæ fuit uxor Simonis le Hauekere, tenet in dotem de præfato Willelmo, ex assignatione prædicti Johannis, filii et heredis ejusdem Symonis,[2] et quæ post mortem ejusdem Aliciæ ad eundem Willelmum reverti deberent.

Et quod unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa, quod similiter de nobis tenetur in capite, et quod Nicholaus le Hauekere de Sancto Ivone tenet ad vitam suam, ex dimissione prædicti Willelmi, et quod post mortem ejusdem Nicholai ad eundem Willelmum reverti deberet, post mortem eorumdem Matillidis, Aliciæ, et Nicholai, præfatis Abbati et conventui remaneant.

Tenenda sibi et successoribus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

Ita quod iidem Abbas et conventus inveniant quendam capellanum divina in ecclesia sua Sancti Benedicti de Rameseye, pro anima ipsius Willelmi, et animabus antecessorum et successorum suorum, singulis diebus celebraturum imperpetuum, nisi in hoc quod in casu nos vel heredes nostri amitteremus custodiam et maritagium heredis prædicti Willelmi, et similiter escaetam, si forte accideret.

Nos præfato Willelmo gratiam in hac parte volentes facere specialem, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et

[1] See Inquisition ad quod damnum, 11 Edw. II., No. 29.

[2] *Symonis*] Simonis, Roll.

heredibus nostris, quantum in nobis est, eidem Willelmo, quod ipse prædictas quadraginta acras terræ, quatuordecim acras prati et dimidiam, et duas partes unius mesuagii, cum pertinentiis, dare possit et concedere eisdem Abbati et conventui; habendas et tenendas sibi et successoribus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia prædicta, imperpetuum.

Et quod idem Willelmus concedere possit, quod prædictæ triginta acræ terræ, et decem acræ prati et dimidia, cum pertinentiis, quæ præfata Matilldis tenet in dotem de prædicto Willelmo, ex assignatione præfati Johannis, et quæ post mortem ejusdem Matillidis ad ipsum Willelmum reverti deberent.

Et quod prædictæ viginti acræ terræ, septem acræ prati, et tertia pars [unius mesuagii] cum pertinentiis, quæ præfata Alicia tenet in dotem de eodem Willelmo, ex assignatione prædicti Johannis, et quæ post mortem ejusdem Aliciæ ad ipsum Willelmum reverti deberent.

Et quod prædictum mesuagium cum pertinentiis, quod prædictus Nicholaus tenet ad vitam suam,[1] ex dimissione prædicti f. cxlvi.
Willelmi, et quod post mortem ejusdem Nicholai ad ipsum Willelmum reverti deberet, post mortem eorundem Matillidis, Aliciæ, et Nicholai, præfatis Abbati et conventui remaneant:

Tenenda sibi et successoribus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia prædicta, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædictas quadraginta acras terræ, quatuordecim acras prati et dimidiam, et duas partes unius mesuagii, cum pertinentiis, a præfato Willelmo recipere.

Et quod ipsi[2] prædictas triginta acras terræ, et decem acras prati et dimidiam, cum pertinentiis, quæ præfata Matilldis tenet in dotem de prædicto Willelmo, ex assignatione præfati Johannis, et quæ post mortem ejusdem Matillidis ad ipsum Willelmum reverti deberent, post mortem ejusdem Matillidis.

Et prædictas viginti acras terræ, septem acras prati, et tertiam partem, cum pertinentiis, quæ præfata Alicia tenet in dotem de eodem Willelmo, ex assignatione prædicti Johannis, et quæ post mortem ejusdem Aliciæ ad ipsum Willelmum reverti deberent, post mortem ejusdem Aliciæ.

Et prædictum mesuagium cum pertinentiis, quod prædictus Nicholaus tenet ad vitam suam, ex dimissione præfati Willelmi, et quod post mortem ejusdem Nicholai ad prædictum Willelmum reverti deberet, post mortem ejusdem Nicholai ingredi; et ea una cum prædictis quadraginta acris terræ, quatuordecim acris prati et dimidia, et duabus partibus unius mesuagii, tenere possint sibi et successoribus

[1] *suam*] omit, Cartul. | [2] *ipsi*] ipse, Cartul.

suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia supradicta, imperpetuum, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem; statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante.

Nolentes, quod prædictus Willelmus, vel heredes sui, aut præfati Abbas et Conventus, seu successores sui, ratione præmissorum per nos vel heredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios ballivos seu ministros nostros quoscumque occasionentur, molestentur in aliquo seu graventur.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso apud Eboracum, decimo die Novembris, anno regni nostri duodecimo. **9.**

Nos autem donationes, concessiones, confirmationes, et præcepta prædicta, necnon donationem, concessionem, et confirmationem, quas Willelmus de Cortone per scriptum suum fecit dilectis nobis in Christo Simoni Abbati de Rameseye et ejusdem loci conventui, de quadraginta acris terræ, quatuordecim acris prati et dimidia, et duabus partibus unius mesuagii, cum pertinentiis, in Slepe, quæ de nobis tenentur in capite, et quæ idem Willelmus de Johanne le Hauekere de Sancto Ivone perquisivit; habenda et tenenda eisdem Abbati et conventui, et successoribus suis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

Carta nona Willelmi de Cortone.

Concessionem etiam, quam idem Willelmus, per idem scriptum suum fecit eidem Abbati et conventui, de triginta acris terræ, et decem acris prati et dimidia cum pertinentiis in eadem villa, quæ similiter de nobis tenentur in capite, et quæ Matilldis, quæ fuit uxor Alani le Hauekere, de præfato[1] Willelmo tenet in dotem, ex assignatione prædicti Johannis le Hauekere, consanguinei et heredis prædicti Alani, et quæ post mortem ejusdem Matillidis ad præfatum Willelmum reverti deberent; et etiam de viginti acris terræ, septem acris prati, et tertia parte unius mesuagii, cum pertinentiis in eadem villa, quæ similiter de nobis tenentur in capite, et quæ Alicia, quæ fuit uxor Simonis le Hauekere, de præfato Willelmo tenet in dotem, ex assignatione prædicti Johannis, filii et heredis ejusdem Simonis, et quæ post mortem ejusdem Aliciæ, ad præfatum Willelmum reverti deberent; ac etiam de uno mesuagio cum pertinentiis in eadem villa, quod similiter de nobis tenetur in capite, et quod Nicholaus le Hauekere de Sancto

[1] *præfato*] prædicto, Roll.

Ivone tenet ad vitam suam, ex dimissione præfati Willelmi, et quod post mortem ejusdem Nicholai ad præfatum Willelmum reverti deberet, post mortem eorumdem Matillidis, Aliciæ, et Nicholai, præfatis Abbati et conventui et successoribus suis remaneant; tenenda sibi et successoribus suis prædictis, de nobis et heredibus nostris, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.[1]

Ita quod iidem Abbas et conventus inveniant quendam capellanum divina in ecclesia sua Sancti Benedicti de Rameseye, pro anima ejusdem Willelmi, et pro[2] animabus antecessorum et successorum suorum, singulis diebus celebraturum imperpetuum.

Concessionem insuper quam prædictus Willelmus, per aliud f. cxlvi. scriptum suum, pro se et heredibus suis, fecit prædictis Abbati et conventui, de eo quod cum dicti Abbas et conventus, pro quibusdam terris et tenementis, quæ ipsi habent ex dono et feoffamento ipsius Willelmi in dicta villa de Slepe, quæ terræ et tenementa idem Willelmus perquisivit de Johanne le Hauekere de Sancto Ivone, teneantur ad inveniendum unum capellanum divina in ecclesia ipsorum Abbatis et[3] conventus Sancti Benedicti de Rameseye, pro anima ejusdem Willelmi, et animabus antecessorum et successorum suorum, singulis diebus celebraturum imperpetuum, idem Abbas et conventus ab inventione dicti capellani in prædicta ecclesia sua Sancti Benedicti celebraturi penitus sint quieti, si ipsi inveniant unum capellanum, divina celebrantem in capella manerii de Derhirst in dicta villa de Slepe, vel, ipsa capella forte deficiente, in parochiali ecclesia dictæ villæ de Slepe, pro anima domini Edwardi nuper Regis Angliæ patris nostri, et anima ejusdem Willelmi, et animabus antecessorum suorum, ac animabus Simonis Abbatis de Rameseye, et prædecessorum suorum, et animabus patris et matris ipsius Abbatis, et omnium fidelium defunctorum; rata habentes et grata ea pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, concedimus et confirmamus, sicut cartæ, literæ, et scripta prædicta rationabiliter testantur.

Præterea volentes præfatis Simoni, nunc Abbati de Rameseye, et dicti loci conventui, gratiam in hac parte facere ampliorem, concessimus eis, pro nobis et heredibus nostris, quod licet ipsi, seu prædecessores sui, aliqua vel aliquibus libertatum seu quietantiarum in dictis cartis contentarum, aliquo casu emergente, hactenus usi non fuerint, ipsi tamen Abbas et conventus, et eorum successores, libertatibus et

[1] *imperpetuum*] supplied from Roll.

[2] *pro*] omit, Roll.

[3] *et conventus*] supplied from Roll.

quietantiis prædictis, et earum qualibet, decætero plene gaudeant et utantur, absque impedimento nostri vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum seu ministrorum nostrorum quorumcunque.

His testibus, venerabilibus patribus Willelmo, Archiepiscopo Eboracensi, Angliæ Primate; Ricardo, Dunolmensi Episcopo, Cancellario nostro; Henrico, Lincolniensi Episcopo, Thesaurario nostro; Johanne, Comite Cornubiæ, fratre nostro carissimo; Johanne de Warenna, Comite Surriæ; Henrico de Percy; Radulpho de Nevilla, Senescallo Hospitii nostri; et aliis.

Data per manum nostram, apud Novum Castrum super Tynam, decimo die Junii, anno regni nostri octavo.

Per[1] breve de privato sigillo. **1.**

CCXLI.

A.D. 1328. May 6. Mortmain licence to William de Cortone to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[2] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quod præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, pater noster, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis suæ carissimæ, per literas suas patentes,[3] concesserit, et licentiam dederit, pro se et heredibus suis, quantum in eo fuit, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseye, quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus, de feodo suo proprio, sibi adquirere possent; habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante; prout in dictis literis ipsius patris nostri plenius continetur.[4]

Nos, concessionem prædictam volentes effectui debito mancipari, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Willelmo de Cortone, quod ipse octo mesuagia, centum et viginti et tres acras terræ et dimidiam, tres acras et unam rodam prati, et sex solidatas et octo denaratas redditus, cum pertinentiis, in Rameseye,

---

[1] *Per . . . . sigillo*] supplied from Roll.

[2] Also on Patent Roll, 2 Edw. III., p. 1, m. 9.

[3] *sibi*] supplied from Roll.

[4] *See* No. CCL., page 121.

Slepe, Wodehirst, Hemmingforde[1] Abbatis, et villa de Sancto Ivone;

Et eidem Willelmo et Henrico de Deneforde, quod ipsi unum mesuagium, et unam acram terræ, cum pertinentiis, in eadem villa de Rameseye;

Et eidem Willelmo et Johanni Baroun, quod ipsi unum mesuagium, et unam acram terræ, cum pertinentiis, in eadem villa et Hemmingforde[1];

Et eidem Willelmo et Magistro Roberto de Lerlynge, quod ipsi unum mesuagium, et duas acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villa de Rameseye, et Wistowe[2];

Et eidem Willelmo et Magistro Thomæ de Pontesbury, quod ipsi unum mesuagium, et viginti et quatuor acras terræ, cum pertinentiis, in Wardeboys;

Et eidem Willelmo et Roberto de Burgo, quod ipsi octo acras terræ, unam rodam prati, et quatuor denaratas redditus, cum pertinentiis, in eadem villa;

Thomæ de Eya, quod ipse unum mesuagium, cum pertinentiis, in prædicta villa de Sancto Ivone;

Ricardo de Cartone, quod ipse duodecim denaratas redditus cum pertinentiis in Brouhgtone[3];

Et Adæ de Whatefelde, quod ipse unum mesuagium, unam rodam prati, et medietatem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis in Riptone Abbatis; quæ quidem mesuagia, terra, pratum, et redditus sunt de feodo ipsius Abbatis, et quæ mesuagia, terra, et pratum, præter redditum prædictum et servitia inde debita, valent per annum quadraginta solidos, juxta verum valorem eorumdem, sicut per inquisitionem inde per dilectum et fidelem nostrum Simonem de Bereforde, escaetorem nostrum citra Trentam, de mandato nostro factam, et in Cancellaria nostra retornatam, est compertum;[4] dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui, habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ, et redditus prædictorum. *Nota.* f. cxlvii.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, pratum, et redditum, cum pertinentiis, a præfatis Willelmo, Henrico,[5] Johanne, Roberto, Thoma, Roberto, Thoma, Ricardo et Adam recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est,

---

[1] *Hemmingforde*] Hemmyngforde, Roll.

[2] *Wistowe*] Wystowe, Roll.

[3] *Brouhgtone*] Broughtone, Roll.

[4] *See* Inquisition post mortem, 2 Edw. III., second numbers, No. 88.

[5] The letter *h* occurs in the MS. after Henrico, but has been struck through.

tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod prædicti Willelmus, Henricus, Johannes, Robertus, Thomas, Robertus, Thomas, Ricardus, et Adam, vel heredes sui, aut præfati Abbas et conventus, seu successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Norhamptoniam, sexto die Maii, anno regni nostri secundo.

CCXLII.

A.D. 1317. April 18. Mortmain licence to William de Corton and Richard de Spaldyng and others to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ carissimæ, concesserimus, et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseye, quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus, de feodo suo proprio, sibi adquirere possint; habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante; prout in literis nostris patentibus, præfatis Abbati et conventui, inde confectis, plenius continetur.

Nos, concessionem nostram prædictam volentes effectui debito mancipari, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Willelmo de Cortone, et Ricardo de Spaldyng, quod ipsi unum mesuagium, unum toftum, tres acras terræ et dimidiam, et medietatem unius mesuagii, cum pertinentiis, in villa de Sancto Ivone et Nidyngworthe;[2]

Henrico de Deneforde, et prædicto Ricardo, quod ipsi tria mesuagia, quadraginta acras terræ, et duas acras prati cum pertinentiis, in eadem villa de Sancto Ivone, Riptone Abbatis, et Weningtone;[3]

---

[1] Also on Patent Roll, 10 Edw. II., p. 2, m. 18.

[2] *Nidyngworthe*] Nydyngworthe, Roll.

[3] *Weningtone*] Wenyngtone, Roll.

Et præfato Ricardo, quod ipse duas acras terræ cum pertinentiis in Walsokne; quæ quidem[1] mesuagium, toftum, terra, pratum, et medietas sunt de feodo prædictorum Abbatis et conventus, et valent per annum viginti et duos solidos, et octo denarios, sicut per inquisitiones,[2] per dilectum clericum nostrum Magistrum Johannem Walewayn, Escaetorem nostrum citra Trentam, factas, et in cancellaria nostra retornatas, plenius est compertum; dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui; habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ, et redditus prædictarum. *Nota.*

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi mesuagium, toftum, terram, pratum, et medietatem prædictam, cum pertinentiis a præfatis Willelmo, Henrico, et Ricardo recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod prædicti[3] Willelmus, Henricus, et Ricardus vel heredes sui, seu prædicti Abbas et conventus, aut successores sui, ratione ejusdem statuti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, decimo octavo die Aprilis, anno regni nostri decimo.

CCXLIII.

f. cxlvii. b.

A.D. 1318. Nov. 25. Grant of land in Slepe by William de Cortone to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Cortone dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, domino Simoni, Dei gratia Abbati de Rameseye, et ejusdem loci conventui, quadraginta acras terræ, quatuordecim acras prati et dimidiam, et duas partes unius mesuagii, in Slepe, quæ de domino Rege tenentur in capite; quæ quidem terram, pratum, et duas partes, perquisivi de Johanne le Hauekere de Sancto Ivone.

Habendum et tenendum prædictis Abbati et conventui, et successoribus suis, de domino Rege et heredibus suis, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

---

[1] *quidem*] q'dam, Cartul.

[2] *See* Inquis. ad quod damnum, 10 Edw. II., No. 66.

[3] *prædicti*] prædictus, Cartul.

Concessi etiam, quod triginta acræ terræ, et decem acræ prati et dimidia, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ similiter de domino Rege tenentur in capite, et quæ Matilldis, quæ fuit uxor Alani le Hauekere, de me tenet in dotem, ex assignatione prædicti Johannis le Hauekere, consanguinei et heredis prædicti Alani, et quæ post mortem ejusdem Matillidis ad me reverti deberent;

Et quod viginti acræ terræ, septem acræ prati, et tertia pars unius mesuagii, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ similiter de domino Rege tenentur in capite, et quæ Alicia, quæ fuit uxor Simonis le Hauekere, de me tenet in dotem, ex assignatione prædicti Johannis, filii et heredis ejusdem Simonis, et quæ post mortem ejusdem Aliciæ ad me reverti deberent;

Et quod unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa, quod similiter de domino Rege tenetur in capite, et quod Nicholaus le Hauekere de Sancto Ivone tenet ad vitam suam, ex dimissione mea, et quod post mortem ejusdem Nicholai ad me reverti deberet;

Post mortem eorundem Matillidis, Aliciæ et Nicholai, præfatis Abbati et conventui remaneant.

Tenenda sibi et successoribus suis, de domino Rege et heredibus suis, per servitia inde debita et consueta, imperpetuum.

Ita quod iidem Abbas et conventus inveniant quendam capellanum divina in ecclesia sua Sancti Benedicti de Rameseia, pro anima mea, et animabus antecessorum et successorum meorum, singulis diebus celebraturum imperpetuum.

Et ut hæc mea donatio, concessio, et præsentis cartæ confirmatio, rata et stabilis permaneat, præsentem cartam sigilli mei impressione roboravi.

His testibus, domino W. le Moigne, domino J. de Swynesforde, W. Mowyn, Radulpho de Styvecle, Johanne de Wardeboys, Henrico de Colne, Thoma le Clerke de Broughtone, et aliis.

Datum apud Londoniam, die Sabbati in festo Sanctæ Katerinæ Virginis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, duodecimo.

CCXLIV.

Scriptum[1] *Willelmi de Cortone de cantaria apud Derhirste.*

A.D. 1334. Nov. 11 Of a chantry at Derhirst.

Omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus de Cortone, salutem in Domino.

[1] This title is added in a later and different hand.

Cum religiosi viri, Abbas et conventus de Rameseia, pro quibusdam terris et tenementis, quæ iidem Abbas et conventus habent ex dono et feoffamento meo, in villa de Slepe, quæ quidem terras et tenementa quondam perquisivi de Johanne le Hauekere de Sancto Ivone, teneantur ad inveniendum unum capellanum divina in ecclesia sua Sancti Benedicti de Rameseia pro anima mea, et animabus antecessorum et successorum meorum, singulis diebus celebraturum, imperpetuum ; volo et concedo, pro me et heredibus meis, quod si iidem Abbas et Conventus inveniant unum capellanum divina celebrantem in capella manerii de Derhirst in prædicta villa de Slepe, vel ipsa deficiente, in parrochiali ecclesia de Slepe, pro anima Regis Edwardi, patris domini nostri Regis Edwardi tertii post conquestum. et pro anima mea, et animabus antecessorum meorum, et animabus domini Simonis Abbatis Rameseiæ, et prædecessorum suorum, et animabus patris et matris ipsius Abbatis, et omnium fidelium defunctorum, prædicti Abbas et Conventus ab inventione capellani in ecclesia sua Sancti Benedicti celebraturi penitus sint quieti.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

Hiis testibus, domino W. le Moigne, domino Johanne de Deen, Militibus ; Radulpho de Styvecle ; Gilberto de Houghtone ; Willelmo de Brouhgtone ; Thoma, Clerico de Brouhgtone ; Radulpho de Sancto Ivone ; et aliis.

Data apud Sanctum Ivonem, undecimo die mensis Novembris, anno regni Regis Edwardi tertii post conquestum octavo.

CCXLV.

Carta Regis Edwardi, filii Regis Henrici, de tenementis in Cranfelde.

A.D. 1304. May 1. Mortmain licence to John de Suttone to grant certain wood in Cranfield to Ramsey Abbey. f. cxlviii.

Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri statuerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas Rameseiæ[2]

[1] Also on Patent Roll, 32 Edw. I., m. 20.

[2] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

fecit nobiscum, coram Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario, concessimus, et licentiam dedimus, quantum in nobis est, Johanni de Suttune[1] Clerico, quod ipse unam acram bosci et dimidiam, cum pertinentiis, in Craunfeld dare possit et assignare præfato Abbati et conventui ejusdem loci.

Habendas et tenendas eisdem Abbati et conventui, et successoribus suis, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi boscum prædictum cum pertinentiis, a præfato Johanne recipere possint, et tenere sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem.[2]

Nolentes, quod prædictus Johannes, vel heredes sui, seu prædicti Abbas et conventus, aut successores sui, ratione[3] statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Strivelyn, primo die Maii, anno regni nostri tricesimo secundo.

CCXLVI.

Carta Regis Edwardi filii Regis Henrici.

A.D. 1304. May 1. Mortmain licence to William le Moygne and others to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[4] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri statuerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, feodum ingredi alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas Rameseiæ[5] fecit nobiscum, coram Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario, concessimus, et licentiam dedimus,[6] quantum in nobis est, Willelmo le Moygne[7] de Ravele, quod ipse tria mesuagia cum pertinentiis in villa Sancti Ivonis;

---

[1] *Suttune*] Suttone, Roll.

[2] *See* Inquisition post mortem, 32 Edw. I., No. 100.

[3] *ratione*] originally written *nomine*, but afterwards altered. *Ratione* is inserted in the margin as a gloss.

[4] Also on Patent Roll, 32 Edw. I., m. 20.

[5] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[6] *See* Inquisition post mortem, 32 Edw. I., No. 177.

[7] *Moygne*] Moigne, Roll.

Et Alano le Brazur, quod ipse duo mesuagia cum pertinentiis in Rameseia;[1]

Et Roberto le Beaumeys quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa; *Beaumeys.*

Et Roberto de Sautre, quod ipse duo mesuagia tres rodas terræ cum pertinentiis in eadem villa;

Et Elyæ Reyner, quod ipse quinque acras terræ et unam rodam[2] prati cum pertinentiis in eadem villa, dare possint et assignare præfato Abbati et conventui ejusdem loci.

Habenda et tenenda eisdem Abbati et conventui, et successoribus suis, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, et pratum, cum pertinentiis, a præfatis Willelmo, Alano, Roberto, Roberto, et Elya, recipere possint et tenere, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædicti Willelmus, Alanus, Robertus, Robertus, et Elyas,[3] vel heredes sui, aut prædicti Abbas et conventus, seu successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Stryvelyn, primo die Maii, anno regni nostri tricesimo secundo.

CCXLVII.

Carta Regis Edwardi filii Regis Henrici.

A.D. 1304. May 1. Mortmain licence to Robert de Hale and others to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri statuerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, feodum[5] ingredi alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per

---

[1] *Rameseia*] Rameseye, Roll.

[2] *rodam*] acram in Inquisition, and writ preceding same.

[3] *Elyas*] Elya, Cartul.

[4] Also on Patent Roll, 32 Edw. I., m. 20.

[5] *feodum ingredi*] ingredi feodum, Roll.

finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas Rameseiæ[1] fecit nobiscum, coram Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario, concessimus, et licentiam dedimus,[2] quantum in nobis est, Roberto de Hale Clerico, quod ipse quinque mesuagia, triginta et tres acras terræ[3] et dimidiam, et medietatem unius rodæ terræ, unam acram, et quartam partem unius rodæ prati, et octo solidatas redditus cum pertinentiis in Rameseye, Aylingtone,[4] et villa Sancti Ivonis;

N[*ota*]. Et Johanni de Suttone Clerico, quod ipse duo mesuagia, decem acras bosci, et medietatem unius acræ prati, cum pertinentiis in Rameseia,[5] et Riptone Abbatis;

Et Rogero de Barewe, quod ipse unum mesuagium, et decem et octo denaratas redditus, cum pertinentiis in Rameseye;

Et Alexandro le Chaumberleyn, quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa;

Et Rogero de Nortone Clerico, quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in villa Sancti Ivonis; dare possint et assignare præfato Abbati et conventui ejusdem loci.

Habenda et tenenda eisdem Abbati et conventui et successoribus suis imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, pratum, boscum, [et] redditum, cum pertinentiis, a præfatis Roberto, Johanne, Rogero, Alexandro, et Rogero,
f. cxlviii. b. recipere possint, et tenere, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædicti Robertus, Johannes, Rogerus, Alexander et Rogerus, vel heredes sui, seu prædicti Abbas et conventus, aut successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has litteras nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Strivelyn, primo die Maii, anno regni nostri tricesimo secundo.

---

[1] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[2] *See* Inquisition post mortem, 32 Edw. I., No. 183.

[3] *terræ*] omit, Roll.

[4] *Aylingtone*] Alintone, Roll.

[5] *Rameseia*] Rameseye, Roll.

CCXLVIII.

Carta Regis Edwardi, de terra in Bernewelle, et molendinis de Crowethorpe.[1]

A.D. 1305. Feb. 2. Mortmain licence to Robert, son of Walter de Sautre, and another to grant certain lands in Barnewell and Crowthorp to Ramsey Abbey.

Edwardus,[2] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri statuerimus, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas de Rameseye fecit nobiscum, in cancellaria nostra, concessimus, et licentiam dedimus,[3] pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Roberto filio Walteri de Sautre, et Johanni de Suttone, quod ipsi unum mesuagium, tria molendina, et quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, in Bernewelle et Crowethorpe dare possint, et assignare præfato Abbati et conventui ejusdem loci.

Habendum et tenendum eisdem Abbati et conventui, et corum successoribus, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagium, molendina, et terram, a præfatis Roberto et Johanne recipere possint, et tenere, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædicti Robertus et Johannes, vel heredes sui, seu præfati[4] Abbas et conventus, vel successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Walsingham, secundo die Februarii, anno regni nostri tricesimo tertio.

---

[1] *Crowethorpe*] Crowetp'or, Cartul.

[2] Also on Patent Roll, 33 Edw. I., p. 1, m. 18.

[3] *See* Inquisition post mortem, 33 Edw. I., No. 234.

[4] *præfati*] prædicti, Roll.

CCXLIX.

Carta Regis Edwardi filii Regis Edwardi de tenementis in Houghtone et Wittone.

A.D. 1307. Nov. 18. Mortmain licence to Roger de Norton to grant certain lands in Houghton and Witton to Ramsey Abbey.

Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri statutum sit, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas Rameseiæ[2] fecit nobiscum, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis, et heredibus nostris, quantum in nobis est, Rogero de Nortone, quod ipse unum mesuagium, centum [et] sexaginta [et] decem acras terræ, et decem et octo acras prati, cum pertinentiis, in Houghtone[3] et Wittone, dare possit et assignare præfato[4] Abbati et conventui ejusdem loci.

Habendum et tenendum eisdem Abbati et conventui et successoribus suis imperpetuum, ad inveniendum unum capellanum singulis[4] diebus divina in ecclesia Sancti Benedicti Rameseiæ,[2] pro anima ipsius Rogeri, et animabus [patris, et matris et] antecessorum suorum, ac omnium fidelium defunctorum imperpetuum celebraturum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædictum[5] mesuagium, terram, et pratum, cum pertinentiis, a præfato Rogero recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, ad inveniendum unum capellanum divina, singulis diebus, in ecclesia prædicta celebraturum, ut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædictus Rogerus vel heredes sui, aut præfati Abbas et conventus, seu eorum[6] successores, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde molestentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Langele, decimo octavo die Novembris, anno regni nostri primo.

---

[1] A repetition of No. CCXVII., Vol. I., p 379.

[2] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[3] *Houghtone et Wittone*] Hoghtone et Wyttone, Roll.

[4] *singulis . . . divina*] divina singulis diebus, Roll.

[5] *prædictum*] prædicta, Roll.

[6] *eorum successores*] successores sui, Roll.

CCL.

Carta Regis Edwardi filii Regis Edwardi.

A.D. 1309. Sept. 10. Mortmain licence to Ramsey Abbey to acquire sixty librates of land.

f. cxlix. *Carta de licentia acquirendi.*

Edwardus,[1] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ consortis nostræ carissimæ, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseia,[2] quod ipsi sexaginta libratas terræ, et redditus, de feodo suo proprio, sibi adquirere possint.

Habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante; dum tamen per inquisitiones inde in forma debita faciendas,[3] et in cancellaria nostra retornandas, comperiri contigerit, quod id fieri possit, absque præjudicio nostri et alterius cujuscunque.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, decimo die Septembris, anno regni nostri tertio.

CCLI.

Carta Regis prædicti.

A.D. 1307. Nov. 18. Mortmain licence to Roger de Norton and others to grant certain messuages and land to Ramsey Abbey.

Edwardus,[4] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes litteræ pervenerint, salutem.

Licet de communi consilio regni nostri sit statutum, quod non liceat viris religiosis, seu aliis, ingredi feodum alicujus, ita quod ad manum mortuam deveniat, sine licentia nostra, et capitalis domini, de quo res illa immediate tenetur, per

---

[1] Also on Patent Roll, 3 Edw. II., m. 34. The licence was subsequently cancelled on its complete fulfilment, as appears by the following memorandum in the margin of the Roll, "Vacantur, quia restitutæ "fuerunt, eo quod vicesimo octavo "die Junii, anno regni Regis Ricardi "secundi decimo sexto, Abbas et "conventus prædicti adquisierunt "terras et tenementa in plenam "satisfactionem omnium infra "scriptorum. Et ideo istæ literæ "cancellantur et damnantur."

A.D. 1393. June 28.

[2] *Rameseiæ*] Rameseye, Roll.

[3] *faciendas*] faciendis, Cartul.

[4] Also on Patent Roll, 1 Edw. II., p. 1, m. 10.

finem tamen, quem dilectus nobis in Christo Abbas Rameseiæ[1] fecit nobiscum, concessimus, et licentiam dedimus,[2] pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Rogero de Nortone et Roberto de Sautre, quod ipsi duo mesuagia, cum pertinentiis, in villa de Sancto Ivone;

Et eidem Roberto, quod ipse duo mesuagia, et septem acras terræ, cum pertinentiis in eadem villa;

Aseloco de Castre, quod ipse unum mesuagium, cum pertinentiis in eadem villa;

Emmæ de Houghtone et Johanni filio ejus, quod ipsi unum mesuagium, cum pertinentiis, in eadem villa;

Et Jordano de Insula, quod ipse unum mesuagium, cum pertinentiis, in Hemmingforde[3] juxta Sanctum Ivonem, dare possint et assignare præfato Abbati et conventui ejusdem loci.

Habenda et tenenda eisdem Abbati et conventui, et successoribus suis, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, et terram, a præfatis Rogero, Roberto, Asseloco,[4] Emma, Johanne, et Jordano recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædicti Rogerus, Robertus, Asselocus,[5] Emma, Johannes et Jordanus, seu[6] heredes sui, aut præfati Abbas et conventus, aut[7] successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde molestentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Langele, decimo octavo die Novembris, anno regni nostri primo.

CCLII.

Carta Regis Edwardi filii Regis Edwardi.

A.D. 1310. Feb. 27. Mortmain licence to William de Wassingle to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[8] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, et Dux Aquitanniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

---

[1] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[2] *See* Inquisition ad quod damnum, 1 Edw. II., No. 85.

[3] *Hemmingforde*] Hemmyngforde, Roll.

[4] *Asseloco*] Aseloco, Roll.

[5] *Asselocus*] Aselocus, Roll.

[6] *seu*] vel, Roll.

[7] *aut*] seu, Roll.

[8] Also on Pat. Roll, 3 Edw. II., m. 18.

Carta de licentia adquirendi sexaginta libratas redditus.

Sciatis, quod cum nuper, ad requisitionem Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ carissimæ, concesserimus, per literas nostras patentes, et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui Rameseiæ,[1] quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus de feodo suo proprio adquirere possint; habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius continetur.

Nos, concessionem prædictam volentes effectui mancipari, concessimus,[2] et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Willelmo de Wassingle seniori, quod ipse unum mesuagium, et medietatem unius virgatæ terræ, cum pertinentiis, in Craunfelde, quæ sunt de feodo[3] proprio ipsorum Abbatis et conventus, et quæ valent per annum quinque solidos, sicut per inquisitionem,[4] per dilectum et fidelem nostrum Walterum de Gloucestria, escaetorem nostrum citra Trentam, inde captam, et in cancellaria nostra retornatam, est compertum, dare possit[5] et assignare præfatis Abbati et conventui.

Habendum et tenendum sibi et successoribus suis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictarum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagium et terram, cum pertinentiis, a prædicto[6] Willelmo recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod prædictus Willelmus, vel heredes sui, seu præfati Abbas et conventus, aut successores sui, ratione prædicti[7] statuti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis. f. cxlix. b.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, vicesimo septimo die Februarii, anno regni nostri tertio.

---

[1] *Rameseiæ*] de Rammeseye, Roll.

[2] *concessimus*] concedimus, Cartul.

[3] *feodo proprio*] proprio feodo, Roll.

[4] *See* Inquisition ad quod damnum, 2 Edw. II., No. 108.

[5] *possit*] possint, Cartul.

[6] *prædicto*] præfato, Roll.

[7] *prædicti statuti*] statuti prædicti, Roll.

CCLIII.

Carta ejusdem Regis.

A.D. 1311. June 10. Mortmain licence to John de Sutton and Thomas de Norgrave to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[1] Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum nuper, ad requisitionem Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ carissimæ, concesserimus, per literas nostras patentes, et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui Rameseiæ,[2] quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus de feodo suo proprio adquirere possint, habendum et tenendum sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius continetur.

Nos, concessionem prædictam volentes effectui mancipari, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Johanni de Suttone et Thomæ de Norgrave, quod ipsi septem acras terræ et dimidiam, cum pertinentiis, in Heytmongrave, quæ sunt de proprio feodo ipsorum Abbatis et conventus, et quæ valent per annum duos solidos et sex denarios, sicut per inquisitionem[3] per dilectum et fidelem nostrum Walterum de Gloucestria, nuper escaetorem nostrum ultra Trentam inde captam, et in cancellaria nostra retornatam, est compertum, dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui.

Habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictarum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædictam[4] terram, cum pertinentiis, a præfatis Johanne[5] et Thoma recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod prædicti Johannes et Thomas, vel heredes sui, seu præfati Abbas et conventus, aut successores sui, ratione prædicti statuti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

---

[1] Also on Patent Roll, 4 Edw. II., p. 2, m. 8.

[2] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[3] *See* Inquisition ad quod damnum, 4 Edw. II., No. 53.

[4] *prædictam terram*] terram prædictam, Roll.

[5] *Johanne*] Joh'i, Cartul.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Berewicum super Twedam, decimo die Junii, anno regni nostri quarto.

CCLIV.

Carta Regis prædicti.

A.D. 1311. June 10. Mortmain licence to Robert de Sautre and Richard de Spauldinge to grant certain messuages and rents to Ramsey Abbey. *Carta de licentia adquirendi sexaginta libratas.*

Edwardus,[1] Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum nuper, ad requisitionem Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ carissimæ, concesserimus, per literas nostras patentes, et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui Rameseiæ, quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus de feodo suo proprio sibi adquirere possint; habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris prædictis plenius continetur.

Nos, concessionem prædictam volentes effectui mancipari, concessimus et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Roberto de Sautre et Ricardo de Spaldinge,[2] quod ipsi unum mesuagium, cum pertinentiis, in villa de Sancto Ivone;

Et eidem Roberto, quod ipse duo mesuagia cum pertinentiis in eadem villa de[3] Rameseia;

Et præfato Ricardo, quod ipse duo mesuagia et viginti denaratas redditus, cum pertinentiis, in eisdem villis;

Et Johanni Baroun de Pylleye,[4] quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa de Rameseye;

Et Stephano de Houghtone[5] Clerico, quod ipse unum mesuagium cum pertinentiis in eadem villa, quæ sunt de proprio feodo ipsorum Abbatis et conventus, et quæ valent per annum viginti et septem solidos, et quatuor denarios, sicut per inquisitionem[6] per dilectum clericum nostrum Rogerum de Elles-

---

[1] Also on Patent Roll, 4 Edw. II., p. 2, m. 8.

[2] *Spaldinge*] Spaldingge, Roll.

[3] *de Rameseia*] et Rameseye, Roll.

[4] *Pylleye*] Pilleye, Roll.

[5] *Houghtone*] Hoghtone, Roll.

[6] This inquisition does not appear to be extant.

worthe,[1] Escaetorem nostrum ultra Trentam, inde captam, et in cancellaria nostra retornatam, est compertum, dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui.

Habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictarum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, et redditum, cum pertinentiis, a præfatis Roberto, Ricardo, Johanne et Stephano, recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod ipsi[2] Robertus, Ricardus, Johannes et Stephanus, vel heredes sui, seu prædicti[3] Abbas et conventus
f. cl. aut successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Berewycum super Twedam, decimo die Junii, anno regni nostri quarto.

CCLV.

Carta Regis prædicti.

A.D. 1313. January 15. Mortmain licence to John Mauger and Robert de Sautre to grant certain messuages to Ramsey Abbey.

Edwardus,[4] Dei gratia, Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ, consortis nostræ carissimæ, concesserimus et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui Rameseiæ,[5] quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus, de feodo suo proprio, sibi adquirere possint, habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris patentibus, eisdem Abbati et conventui inde[6] confectis, plenius continetur.

---

[1] *Ellesworthe*] Wellesworthe, Roll.

[2] *ipsi*] prædicti, Roll.

[3] *prædicti*] præfati, Roll.

[4] Also on Patent Roll, 6 Edw. II., part 1, m. 4.

[5] *Rameseiæ*] de Rameseye, Roll.

[6] *inde*] supplied from Roll.

Nos, volentes concessionem nostram prædictam effectui debito mancipari, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Johanni Mauger, de Rameseye, Capellano, et Roberto de Sautre, Personæ ecclesiæ de Hemingforde,[1] quod ipsi quatuor mesuagia, quatuor acras terræ, et quatuor solidatas redditus, cum pertinentiis in Houghtone,[2] et villa de Sancto Ivone, quæ sunt de feodo ipsorum Abbatis et conventus, et quæ se extendunt per annum ad tredecim solidos et quatuor denarios in omnibus exitibus, sicut per inquisitionem,[3] per dilectum et fidelem nostrum Rogerum de Ellesworthe,[4] nuper Escaetorem nostrum citra Trentam, et[5] de mandato nostro factam, et in cancellaria nostra retornatam, plenius compertum[6] est, dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui.

Habenda et tenenda sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictarum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, et redditum, cum pertinentiis, a præfatis Johanne et Roberto recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis prædictis, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem.

Nolentes, quod prædicti Johannes et Robertus seu[7] heredes sui, aut præfati Abbas et Conventus, seu successores sui, ratione statuti prædicti, per nos, vel heredes nostros, inde occasionentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Wyndesore, decimo quinto die Januarii, anno regni nostri sexto.

CCLVI.

Carta ejusdem Regis.

A.D. 1316. April 24. Mortmain licence to Henry de Deneforde and others to grant certain lands to Ramsey Abbey.

Edwardus,[8] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

---

[1] *Hemingforde*] Hemmyngforde, Roll.

[2] *Houghtone*] Hoghtone, Roll.

[3] *See* Inquisition ad quod damnum, 6 Edw. II., No. 40.

[4] *Ellesworthe*] Wellesworthe, Roll.

[5] *et*] omit, Roll.

[6] *compertum est*] est comp ·, Roll.

[7] *seu*] vel, Roll.

[8] Also on Patent Roll, 9 Edw. II., part 2, m 24.

Sciatis, quod cum, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ consortis nostræ carissimæ concesserimus et licentiam dederimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseye, quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus, de feodo suo proprio, sibi[1] adquirere possint; habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis nostris patentibus præfatis Abbati et conventui inde confectis plenius continetur.

Nos concessionem[2] nostram[3] prædictam volentes effectui debito[4] mancipari, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Henrico de Deneforde, et Ricardo de Spaldinge,[5] quod ipsi octo mesuagia, decem et septem tofta, et quinque acras terræ, cum pertinentiis, in Rameseye, et villa Sancti Ivonis;

Et Thomæ de Holm quod ipse unum mesuagium, cum pertinentiis, in Upwelt:[6]

Quæ quidem mesuagia, tofta, et terra sunt de feodo prædictorum Abbatis et conventus, et valent per annum quinquaginta et septem solidos, et decem denarios, sicut per inquisitionem[7] per dilectum clericum nostrum magistrum Johannem Walewayn,[8] escaetorem nostrum citra Trentam, factam, et in cancellaria nostra retornatam, plenius est compertum, dare possint et assignare præfatis Abbati et conventui.

Habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictarum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi mesuagia, tofta, et[9] terram, prædicta, a præfatis Henrico, Ricardo et Thoma recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto[10] prædicto non obstante.

f. cl. b. Nolentes, quod prædicti[11] Henricus, Ricardus, et Thomas, vel heredes sui, seu prædicti Abbas et conventus, aut[12] successores sui, ratione ejusdem statuti, per nos, vel heredes nostros, inde

---

[1] *sibi*] omit, Roll.

[2] *concessionem*] concessessionem, Roll.

[3] *nostram*] supplied from Roll.

[4] *debito*] supplied from Roll.

[5] *Spaldinge*] Spaldynge, Roll.

[6] *Upwelt*] Ypwelle, Roll.

[7] *See* Inquisitions ad quod damnum, 9 Edw. II., Nos. 172 and 187.

[8] *Walewayn*] Waleweyn, Roll.

[9] *et*] omit, Cartul.

[10] *statuto . . . obstante*] omit, Roll.

[11] *prædicti*] prædictus, Roll.

[12] *aut*] seu, Roll.

occasionentur in aliquo seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Westmonasterium, vicesimo quarto die Aprilis, anno regni nostri nono.

CCLVII.

A.D. 1336. June 20. Mortmain licence to Robert de Burgh and Richard de Claxton to grant certain messuages lands and rents, to Ramsey Abbey.

Rex[1] omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, pater noster, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ, matris nostræ carissimæ, per literas suas patentes, concessisset, et licentiam dedisset, pro se et heredibus suis, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseia,[2] quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus per annum, de feodo suo proprio, sibi adquirere possent; habendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, prout in literis ipsius patris nostri prædictis plenius continetur.

Nos, dictam concessionem ipsius patris nostri volentes effectui debito mancipari, concessimus, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Roberto de Burgo, Clerico, quod ipse quatuor mesuagia, centum et quadraginta et unam acras terræ, quatuor acras prati, et tresdecim solidatas et quatuor denaratas redditus, cum pertinentiis, in Broughtone, Woldwestone, et Rameseia,[2] quæ de ipsis Abbate et conventu tenentur, et quæ quidem mesuagia, terra, et pratum valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem, quinquaginta et quinque solidos, sicut per inquisitionem,[3] per dilectum et fidelem nostrum Willelmum Trussel, Escaetorem nostrum ultra Trentam, de mandato nostro factam, et in cancellaria nostra retornatam, est compertum, dare possit, et assignare, præfatis Abbati et conventui.

Habenda et tenenda sibi et successoribus suis imperpetuum.

Concessimus etiam, et licentiam dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Ricardo de Claxtone,

---

[1] Also on Patent Roll, 10 Edw. III., p. 1, m. 5.

[2] *Rameseia*] Rameseye, Roll.

[3] *See* Inquisition ad quod damnum, 10 Edw. III., No. 49.

quod ipse concedere possit, quod unum mesuagium, una carucata terræ, et decem acræ prati, cum pertinentiis, in Wystowe, quæ similiter de præfatis [1] Abbate et conventu tenentur, et quæ valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorundem, triginta et septem solidos, et octo denarios, sicut per inquisitionem prædictam est compertum, quæ etiam Johannes de Claxtone tenet ad vitam suam, ex dimissione prædicti Ricardi, et quæ post mortem prædicti Johannis ad præfatum Ricardum et heredes suos reverti deberent, post mortem prædicti Johannis remaneant præfatis Abbati et conventui.

Habenda et tenenda, una cum prædictis quatuor mesuagiis, centum et quadraginta et una acris [2] terræ, quatuor acris prati, et tresdecim solidatis et quatuor denaratis redditus, cum [3] pertinentiis, sibi et successoribus suis, in valorem decem librarum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ et redditus prædictorum, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta quatuor mesuagia, centum et quadraginta et unam acras terræ, et quatuor acras prati, et tresdecim solidatas [4] et quatuor denaratas [5] redditus, cum pertinentiis a præfato Roberto recipere, et prædicta mesuagium, carucatam terræ, et decem acras prati, cum pertinentiis, post mortem prædicti Johannis ingredi possint, et tenere, sibi et successoribus suis prædictis imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium, similiter licentiam dedimus specialem, statuto prædicto non obstante.

Nolentes, quod prædicti Robertus et Ricardus, vel heredes sui, aut præfati Abbas et conventus, seu successores sui, ratione statuti prædicti, per nos vel heredes nostros inde occasionentur, molestentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus rei testimonium, et cætera.

Teste me ipso, apud Berewicum super Twedam, vicesimo die Junii, anno regni nostri decimo.

CCLVIII.

A.D. 1336. June 10. Grant of pardon to

Rex [6] omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

---

[1] *præfatis*] prædictis, Roll.

[2] *acris*] acras, Cartul.

[3] *cum pertinentiis*] supplied from Roll.

[4] *solidatas*] solidatis, Cartul.

[5] *denaratas*] denaratis, Cartul.

[6] Also on Patent Roll, 10 Edw. III., p. 1, m. 3.

Ramsey Abbey for acquiring certain messuages and lands before inquisition taken.

Carta de licentia adquirendi sexaginta libratas terræ et redditus

Sciatis, quod cum dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ pater noster, ad instantiam Isabellæ Reginæ Angliæ, matris nostræ carissimæ, per literas suas patentes, concessisset, et licentiam dedisset, pro se et heredibus suis, dilectis nobis in Christo Abbati et conventui de Rameseia,[1] quod ipsi sexaginta libratas terræ et redditus per annum, de feodo suo proprio, sibi adquirere possent, habendas et tenendas sibi et successoribus suis imperpetuum, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante, dum tamen per inquisitiones inde in forma debita faciendas, et in cancellaria ipsius patris nostri retornandas, comperiri contigerit, quod id fieri posset absque præjudicio ipsius patris nostri, et alterius cujuscunque, prout in literis ipsius patris nostri prædictis plenius continetur.

At iidem Abbas et conventus, postquam regni nostri gubernacula suscepimus, adquisierunt sibi et successoribus suis, de Johanne Umfrey de Wardeboys, et Johanne de Broughtone Clerico, quatuor mesuagia, quinquaginta et tres acras terræ, et[2] septem acras prati, et tres solidatas et quatuor denaratas redditus, cum pertinentiis, in Wardeboys, Wystowe, et Rameseye, sicut per cartas prædictorum Johannis et Johannis, coram nobis in cancellaria nostra exhibitas, plenius apparet, et ea ingressi fuerunt priusquam inquisitiones inde in cancellariam nostram fuissent modo debito retornatæ.

Nos, volentes concessionem dicti patris nostri prædictam effectui debito mancipari, per finem centum solidorum, quem dictus Abbas fecit nobiscum, pardonavimus eisdem Abbati et conventui transgressionem in hac parte factam, et concessimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædicta mesuagia, terram, pratum, et redditum, cum pertinentiis, quæ de dictis Abbate et conventu tenentur, et quæ quidem mesuagia, terra, et pratum valent per annum in omnibus exitibus, juxta verum valorem eorumdem, viginti et octo solidos, et octo denarios, sicut per inquisitionem[3] inde,[4] per dilectum et fidelem nostrum Willelmum Trussel, Escaetorem nostrum ultra Trentam, de mandato nostro factam, et in dicta cancellaria nostra retornatam, est compertum, habeant et teneant, sibi et successoribus suis

---

[1] *Rameseia*] Rameseye, Roll.
[2] *et*] omit, Roll.
[3] *See* Inquisition post mortem, 10 Edw. III., (second numbers) No. 4.
[4] *inde*] supplied from Roll.

imperpetuum, in partem satisfactionis sexaginta libratarum terræ, et[1] redditus prædictorum, sine occasione vel impedimento nostri, vel heredum nostrorum, justiciariorum, escaetorum, vicecomitum, aut aliorum ballivorum, seu ministrorum nostrorum quorumcunque, statuto prædicto non obstante.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Berewicum super Twedam, vicesimo die Junii, anno regni nostri decimo.

CCLIX.

f. cli.

A.D. 1336. Sept. 23–Oct. 6. Fine between the Abbot of Ramsey and Richard de Claxton concerning a messuage and land in Wistow.

Hæc[2] est finalis concordia, facta in curia domini Regis apud Eboracum, in octabis Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi tertii a conquestu, decimo, coram Johanne de Stonore, Willelmo de Scharehulle,[3] Johanne Inge, Johanne de Schardelowe,[4] et Ricardo de Aldeburghe, justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Abbatem de Rameseye querentem, et Ricardum de Claxtone deforciantem, de uno mesuagio, una carucata terræ, et decem acris prati, cum pertinentiis, in Wystowe, quæ Johannes de Claxtone tenet ad terminum vitæ.

Unde placitum conventionis summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Ricardus recognovit prædicta tenementa, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti de Rameseye, et concessit, pro se et heredibus suis, quod prædicta tenementa, cum pertinentiis, quæ prædictus Johannes tenuit ad terminum vitæ, de hereditate prædicti Ricardi, in prædicta villa, die quo hæc concordia facta fuit, et quæ post decessum ipsius Johannis ad prædictum Ricardum et heredes suos debuerunt reverti, post decessum ipsius Johannis integre remaneant prædicto Abbati et successoribus suis; tenenda de capitalibus dominis feodi illius per servitia quæ ad prædicta tenementa pertinent imperpetuum.

Et prædictus Ricardus et heredes sui warantizabunt prædicto Abbati et successoribus suis prædicta tenementa, cum pertinentiis, sicut prædictum est, contra omnes homines imperpetuum.

---

[1] *et*] supplied from Roll.

[2] Also among Feet of Fines (Pub. Rec. Off.), Huntingdon, Edw. III., No. 30.

[3] *Scharehulle*] Shareshulle, Fine.

[4] *Schardelowe*] Shardelowe, Fine.

Et pro hac recognitione, concessione, warantia, fine, et concordia, idem Abbas dedit prædicto Ricardo viginti libras sterlingorum.

Et hæc concordia facta fuit per præceptum domini Regis, præsente prædicto Johanne, et eam concedente, et fecit prædicto Abbati fidelitatem in eadem curia.

CCLX.

A.D. 1336. Sept. 10. Mortmain licence to John Fitz Vincent of Sterford to grant a messuage in London to Ramsey Abbey.

Rex[1] ad quos, et cætera, salutem.

Sciatis, quod[2] de gratia nostra speciali, concessimus, et licentiam[3] dedimus, pro nobis et heredibus nostris, quantum in nobis est, Johanni filio Vincentii de Sterforde,[4] quod ipse unum mesuagium, cum pertinentiis, in suburbio Londoniæ, manso Abbatis et conventus de Rameseye in eodem suburbio contiguum, dare possit et assignare dilecto nobis in Christo Simoni, nunc Abbati de[5] Rameseye, et conventui ejusdem loci.

Habendum et tenendum eisdem Abbati et conventui, et successoribus suis, ad elargationem mansi sui prædicti, imperpetuum.

Et eisdem Abbati et conventui, quod ipsi prædictum mesuagium, cum pertinentiis, a præfato Johanne recipere possint, et tenere, sibi et successoribus suis prædictis, ad elargationem mansi sui prædicti, imperpetuum, sicut prædictum est, tenore præsentium similiter licentiam dedimus specialem, statuto de terris et tenementis ad manum mortuam non ponendis edito non obstante.

Nolentes, quod prædictus Johannes, vel heredes sui, aut præfati Abbas et conventus, seu successores sui, ratione præmissorum, per nos, vel heredes nostros, justiciarios, escaetores, vicecomites, aut alios ballivos, seu ministros nostros quoscunque, occasionentur, molestentur in aliquo, seu graventur, salvis tamen nobis et aliis capitalibus dominis feodi illius servitiis inde debitis et consuetis.

In cujus, et cætera.

Teste me ipso, apud Berewycum super Twedam, decimo die Septembris, anno regni nostri decimo.

Per breve de privato sigillo.

---

[1] Also on Patent Roll, 10 Edw. III., p. 2, m. 12.

[2] *quod*] interlined in Cartul.

[3] *licentiam*] interlined in Cartul.

[4] *Sterforde*] Storteforde, Roll.

[5] *de . . . conventui*] supplied from Roll.

CCLXI.

Corrodium Ricardi Cardemewe.

A.D. 1394. March 13. Grant by Ramsey Abbey of a corrody to Richard Cardemewe.

Corrodium Ricardi Cardemewe.

Universis [1] Christi fidelibus præsentes literas inspecturis vel audituris, Edmundus, permissione divina Abbas Ramseye, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noveritis nos, ad rogatum serenissimi domini nostri Ricardi, Regis Angliæ et Franciæ, concessisse Ricardo Cardemewe servienti Domini Regis in candelaria sua, unum corrodium in domo nostra, ad totam vitam ipsius Ricardi Cardemewe, quamdiu et quotiens idem Ricardus permanserit infra villam de Ramsey, videlicet cotidie unum panem album de aula, et unum panem militis, duas lagenas [2] cervisiæ, unum ferculum et interferculum carnium vel piscium, secundum quod tempus exigit, et quolibet anno, unam robam de secta armigerorum nostrorum, et quatuor solidos ad calciamenta.

In cujus rei testimonium has literas nostras sigillo nostro, una cum sigillo capituli nostri, eidem Ricardo fieri fecimus patentes.

Data in domo nostra capitulari, decimo tertio [die] Martii, anno regni Regis Ricardi decimo septimo.

CCLXII.

f. clij.[3]

Confirmatio Alexandri Papæ de[4] *Abbatia Rameseyæ.*

A.D. 1178. June 30. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Alexander, Episcopus,[5] servus servorum Dei, dilectis filiis, Roberto, Priori Ramesiensis monasterii, ejusque fratribus,

---

[1] This document is entered in a different and later hand.

[2] *lagenas*] lagena, MS.

[3] The dorse of folio cli. is entirely blank.

[4] *Papa de*] These words have been almost entirely erased in the MS., but the correct reading is evident. And all the bulls occurring in this part of the MS., have been struck through roughly with the pen, though fortunately not sufficiently defaced to interfere with the correct reading of them, except in a few unimportant passages. This was done under a Proclamation of King Henry VIII., issued June 9, 1534, whereby it was ordered, among other things, that "all manner prayers, orasions, "rubricks, canons of mass-books, "and all other books in the "churches, wherein the said Bishop "of Rome is named, or his presump-"tuous and proud pomp and "authority preferred, utterly to be "abolished, eradicate, and *rased* "*out.*" (Wilkins' Concilia, ed. 1737, Vol. III., p. 773.) The Malmesbury Cartulary, now in the Record Office, has been mutilated in the same barbarous manner.

[5] Pope Alexander III.

tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis, imperpetuum.

Apostolici moderaminis clementiæ convenit religiosos[1] diligere, et eorum loca, pia protectione, munire.

Signum namque, et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicæ Sedis patrocinio foveamus.

Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Benedicti, in quo divino vacatis servitio, ad exemplar felicis memoriæ prædecessoris nostri, Innocentii Papæ, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam, in monasterio vestro statutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea, quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium, in præsentiarum, juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Insulam ipsam, in qua a fidelibus veneratur præfata ecclesia, cum omnibus ad se pertinentibus, et circa ipsam insulam leugatam unam terræ.

Feriam Sancti Ivonis in hebdomada Paschæ.

Upwode, cum Raflee berewico suo, et capella, et omnibus sibi pertinentibus.

Biry, cum ecclesia, et cum Wistowa, et alia Raflee, berewicis suis, et capellis, et omnibus sibi pertinentibus.

Hemmingeforde, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Saltreche,[2] cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Hylingeie, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Walsokne, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

---

[1] *religiosos*] religiosis, MS.

[2] *Saltreche . . . pertinentibus*] supplied in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

In Welles viginti homines piscatores, singulis annis sexaginta[1] millia anguillarum ad victum vestrum reddentes, et ecclesiam, cum omnibus sibi pertinentibus.

Brancestre et Ringstede, cum ecclesiis, et omnibus sibi pertinentibus, et cum omni maris ejectu, quod wrec nominatur.

Stivecle, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Wardeboys, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Slepe, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Ceatrice, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Ellesworthe, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Houghtonam et Witthonam, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Elintone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Bitherne, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Westone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Brintone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Nota pro Waltone.

Waltone,[2] cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Wychintone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Et Isham, cum omnibus sibi pertinentibus.

Gravele, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Dilintone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Stoctone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Gillinge, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Giddinge, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Riptone, et aliam Riptonam, cum ecclesiis, et omnibus sibi pertinentibus.

Brouctone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Athelintone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Burewelle, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Grettone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Ferefeld, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Schitlingdone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Bertune, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Craunfeld, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Overe, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Bereforde, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Cnapwelle, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Haliwelle[3], cum ecclesia, et omnibus ad se pertinentibus.

Bernewelle, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

---

[1] *sexaginta*] originally written *septuaginta*, but afterwards altered.

[2] A hand is drawn here in the margin to call attention to this passage.

[3] *Haliwelle . . . pertinentibus*] supplied in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

Hemingtone, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Stowe, cum ecclesia, et omnibus sibi pertinentibus.

Querentone, et Cranewelle, cum ecclesiis, et omnibus sibi pertinentibus.

Winbodesham, cum hundredo et dimidio, quod vocatur Claclosehundred, et cum sexaginta quatuor socamannis ad hundredum pertinentibus, silicet infra Bichamdic, et cum foro de Dunham ad Winebodesham pertinente.[1]

Ecclesiam de Dounham.

Ecclesiam de Fordeham.

Ecclesiam de Depedale.

Ecclesiam Sancti Alberti de Brunham, cum omnibus ad eas pertinentibus. f. clij. b.

Ecclesiam Sancti Andreæ de Huntedune, cum sokna ejusdem villæ.

Redditus novem librarum, et quinque solidornm, in Londonia.

Redditus decem solidorum in Lincolnia, et decem solidorum in Maringes, et dimidiæ marcæ in Trikingham.

Ac per hujus privilegii paginam prohibemus, ne in possessione et loco, qui dicitur Overe, qui proprie vestri monasterii juris esse dinoscitur, quisquam hominum, vobis invitis, jure possessionis sibi possit quispiam temere vendicare, vel quicquam calumniæ vel molestiæ indebitæ vobis inferre.

Et nequis in præfato hundredo et dimidio novum mercatum incipiat, nec aliquam indebitam exactionem superinducat.

Libertates vero et immunitates, quas illustres Anglorum Reges, divino vobis intuitu, cartis suis auctenticis rationabiliter firmaverunt, ratas decrevimus perpetuo permanere.

Statuimus etiam, secundum quod prædictus antecessor noster statuit in vestra abbatia, Episcopus loci synodum, vel capitulum, vel ordinationes, aut missas publicas, nisi invitatus ab Abbate, vel a fratribus, celebrare non præsumat.

In parrochialibus autem ecclesiis vestris liceat vobis de honestis personis presbiteros eligere, et dyocesano Episcopo præsentare, quibus, si idonei fuerint, Episcopus curam animarum committat, ut ei de spiritualibus, vobis vero de temporalibus, debeant respondere. *Nota.* 2

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino decimas a vobis exigere vel extorquere præsumat.

Præterea, novas et indebitas exactiones, ab archiepiscopis vel episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisve ecclesiasticis

[1] *pertinente*] pertinenti, MS.

[2] A slight erasure follows this word in the MS.

personis, et maxime pro dedicatione ecclesiarum, seu pro aliis ecclesiasticis sacramentis in ecclesiis vestris fieri, omnino prohibemus.

Inhibemus etiam, ne quis infra parrochiam monasterii vestri ecclesiam aut oratorium, sine assensu dyocesani Episcopi et vestro, ædificare præsumat, salvis tamen privilegiis Romanæ Ecclesiæ.

Nec cuiquam liceat religionem domus vestræ, secundum regulam Sancti Benedicti constitutam, vel jura vestra, seu rationabiles institutiones et canonicas, atque regulares consuetudines, a patribus vestris decretas, et hactenus conservatas, sine majoris et sanioris partis capituli consilio et assensu, pervertere, vel temere mutare.

Ad hæc præsenti decreto sancimus, ne liceat abbatibus, qui pro tempore fuerint, terras, ecclesias, vel possessiones alias, seu redditus officiis monasterii deputatos, sine communi assensu capituli, vel sanioris et majoris partis, minuere, vel quolibet titulo alienare.

Nec liceat alicui terras, vel ecclesias, seu aliquod beneficium ecclesiæ vestræ collatum personaliter dari, seu alio modo alienari, sine communi[1] consensu totius capituli, aut majoris et sanioris partis.

Si quæ vero donationes, seu alienationes, aliter quam dictum est, factæ fuerint, eas irritas esse censemus, adjicientes etiam, ne aliquam ecclesiarum vestrarum alicui concedatis, qui non velit, et debeat, in propria ministrare persona, sed potius, in singulis ecclesiis vestris, presbiteri collocentur idonei, qui Deo in illis digne valeant deservire.

Nota. Liceat quoque vobis clericos vel laycos, e sæculo fugientes, liberos et absolutos ad conversionem vestram, sine contradictione aliqua, recipere.

Constituimus itidem, ut absque certa et manifesta culpa, nulli episcopo vel archidiacono divinum vobis officium liceat interdicere, aut sacramenta ecclesiastica denegare, seu aliquem vestrum ad capitulum, sive curiam suam, absque causa rationabili, evocare.

Si vero in regno Angliæ generalis divini officii facta fuerit prohibitio, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, liceat vobis, submissa voce divina officia celebrare.

---

[1] *communi*] written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark. It was also written in the text in its proper place thus, *gn'i*, but afterwards struck through.

Obeunte vero monasterii vestri Abbate, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem [fratres] communi assensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, f. cliii. nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, aut aliquibus vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, et dyocesani Episcopi canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi satisfactione congrua id emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, et Domini nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine divinæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco justa servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum[1] Judicem præmia eternæ pacis inveniant.

Amen.

Datum Lateranensi, per manum Alberti[2] Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiteri Cardinalis et Cancellarii, secundo kalendas Julii, Indictione undecima, Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo septuagesimo octavo, Pontificatus vero domini Alexandri Papæ Tertii anno octodecimo.

---

[1] *districtum*] first written *distinctum*, but afterwards struck through, and *districtum* written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

[2] *Alberti*] Albati, MS.

CCLXIII.

Confirmatio Innocentii [*Papæ.*[1]]

A.D. 1245. March 14. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Innocentius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati monasterii de Rameseye, ejusque fratribus, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis imperpetuum.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat.[3]

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Benedicti de Rameseye, Lincolniæ dyocesi, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra[4] protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus.

In primis siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et Beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea quascumque possessiones, quæcumque bona idem monasterium, in præsentiarum, juste et canonice possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

In quibus hæc duximus propriis exprimenda vocabulis;

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis de banlwe[5] de Rameseye et de Byri villas cum adjacentiis earumdem, necnon et alias possessiones vestras, cum pratis, vineis, nemoribus, usuagiis et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

---

[1] *Papæ*] erased roughly as before.

[2] Pope Innocent IV.

[3] *infringat*] instringat, MS.

[4] *nostra*] nostri, MS.

[5] *banlwe*] first written *Sauliwe*. *Banlwe* is written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark. The banlieu of Ramsey is of course intended, but the scribe appears to have been puzzled by the word.

Liceat quoque vobis clericos vel laicos, liberos et absolutos, e sæculo fugientes ad conversionem recipere, ac eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in monasterio vestro professionem,[1] fas sit, sine Abbatis sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem loco discedere; discedentem vero absque communi literarum vestrarum cautione nullus audeat retinere.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, licéat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare, dummodo causam non dederitis interdicto.

Crisma vero, oleum sanctum, consecrationes altarium seu f. cliij. b. basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad ordines fuerint promovendi, a dyocesano suscipietis episcopo, siquidem catholicus fuerit, et gratiam et communionem Sacrosanctæ Romanæ Sedis habuerit, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere.

Prohibemus insuper, ut infra fines parrochiæ vestræ nullus, sine assensu dyocesani episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum.

Ad hæc novas et indebitas exactiones ab archiepiscopis, episcopis, archidiaconis seu decanis, aliisque omnibus ecclesiasticis sæcularibusve personis, a vobis omnino fieri prohibemus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decrevimus, ut eorum devotioni et extremæ[2] voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti fuerint, aut publice usurarii, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Decimas præterea et possessiones ad jus ecclesiarum vestra- *Nota pro decimis.* rum spectantes, quæ a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum, ad ecclesias ad quas pertinent revocandi, libera sit vobis de nostra auctoritate facultas.

Obeunte vero te, nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum et Beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

---

[1] *professionem*] written in the margin, and referred to its place in the text by a mark.

[2] *extremæ*] originally written *ex'me*, but afterwards struck through, and *extremæ* written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

Paci quoque et tranquillitati vestræ paterna inposterum sollicitudine providere volentes, auctoritate apostolica prohibemus, ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum, ullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere, vel interficere, seu violentiam audeat exercere.

Præterea omnes libertates et immunitates a prædecessoribus nostris, Romanis Pontificibus, monasterio vestro concessas, necnon libertates et exemptiones exactionum sæcularium, a regibus et principibus, vel aliis fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus.

Decrevimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, et dyocesani episcopi canonica justitia.

Si qua igitur infuturum, ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate, cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud[1] districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen.

Data Lugduni, per manum Magistri Morini, Sanctæ Ecclesiæ Romanæ Vicecancellarii, secundo Idus Martii, Indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo quadragesimo quarto, Pontificatus vero domini Innocentii Papæ Quarti anno secundo.

---

[1] *apud*] written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

CCLXIV.

Confirmatio Innocentii [*Papæ*].[1]

A.D. 1139, April 26. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Innocentius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilecto filio Guatero, Abbati monasterii Sancti Benedicti de Rameseia, ejusque successoribus canonice instituendis.[3]

Inprimis, sicut injusta poscentibus non est tribuendus effectus, ita legitima desiderantium non est differenda petitio, hujus rei gratia, dilecte[4] in Domino filii Gauteri Abbatis tuis justis postulationibus annuimus[5] monasterium Sancti Benedicti, cui Domino auctore præsides, præsenti privilegio communimus.

f. cliiij. Statuentes, ut quascumque possessiones, quæcumque bona, juste et canonice, in præsentiarum possides, aut in futurum, concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, idem cœnobium, tam in decimis, elemosinis, libertatibus et consuetudinibus, poterit adipisci, firma tibi tuisque successoribus et illibata consistant.

In quibus hæc duximus annotanda.[6]

Clochelosam hundret et dimidiam.

Wynebodesham.

Mercatum vero de Dunham, cum omni libertate sua.

Circa monasterium quoque leugatam unam terræ, liberam et quietam, sicut bonæ memoriæ Rex Henricus vobis, pro sua devotione concessit et scripto firmavit.

Feriam Sancti Ivonis.

Crauleie.[7]

Bradeneschi, sicut idem Rex vobis concessit.

Waltonam.

Nota pro Waltone. ad tal' G.

---

[1] *Papæ*] erased roughly, as before.

[2] Pope Innocent II.

[3] *instituendis*] originally written *informendis*, but afterwards struck through, and *instituendis* written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

[4] There is obviously something wrong in this passage; it is either incomplete, or the construction is faulty, but it has been thought better to give the words exactly as they occur in the MS. without attempting any correction.

[5] *annuimus*] Against this word there is a little mark in the MS., with a corresponding mark in the margin, as if the scribe had intended to add some word.

[6] A hand is drawn in the margin here to call attention to this passage.

[7] *Crauleie*] written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

Riptonam, cum suis pertinentiis, quam Rex Stephanus, pro anima avunculi sui, Regis Henrici, vobis omnino tribuit.

Sancimus etiamne in possessione et loco Overe, quod proprie vestrum est, ullus hominum, vobis invitis, jure successionis, possit sibi quippiam vendicare, vel quicquam calumniæ vel molestiæ vobis inferre.

Quia vero religiosi viri de aliorum elemosinis et beneficientia vivunt, decimas de propriis laboribus vestris a vobis exigi prohibemus.

Nota pro decimis.

Sepulturam quoque ejusdem loci liberam omnino esse decernimus, ut videlicet eorum qui se illic sepeliri deliberaverint devotioni et extremæ[1] voluntati, nisi forte excommunicati sint, nullus obsistat, salva nimirum matricis ecclesiæ justitia et reverentia.

Capellam quoque vestram de Byria, quæ juxta monasterium sita est, ubi servientes vestri divinum servitium audiunt, eam libertatem, in qua ab initio fuisse dinoscitur, obtinere censemus.

Obeunte[2] vero te nunc ejusdem loci abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem [fratres] communi assensu vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam, providerint eligendum.[3]

Constituimus etiam, ut absque certa et manifesta culpa, nulli episcopo, nulli archidiacono, divinum vobis officium liceat interdicere, aut sacramenta ecclesiastica denegare.

Nota.

Sane[2] rationabiles consuetudines apud vos hactenus habitas, necnon libertates a regibus vobis collatas, et scripto firmatas, vestro monasterio confirmamus.

Decernimus ergo, ut nulli episcopo, nulli archidiacono, nulli omnino hominum liceat aut exactiones, aut indebita vobis gravamina irrogare, aut possessiones aliquas auferre, vel ablatas retinere, seu aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Si qua sane in posterum, ecclesiastica sæcularisve persona, hujus nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere

---

[1] *extremæ*] originally written *ex'me*, but afterwards struck through, and *extremæ* written in the margin and referred to its proper place in the text by a mark.

[2] A hand is drawn here in the margin to call attention to this passage.

[3] *eligendum*] eligendam, MS.

venire temptaverit, potestatis honorisque sui periculum patiatur, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, ac Domini nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extremo[1] examine districtæ ultioni subjaceat; conservantes autem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri ac Pauli, Apostolorum ejus, gratiam consequantur.

Data Laterani per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis et Cancellarii, sexto Kalendas Maii, Indictione secunda, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo tricesimo octavo, Pontificatus vero domini Innocentii Papæ Secundi anno decimo.[2]

CCLXV.

De Hegeneya.

A.D. 1229. February 7. Papal Bull confirming the tithes of Higney to the Sacristy of Ramsey Abbey.

Gregorius, Episcopus,[3] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui monasterii de Rameseya, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, decimas vestras de Hegeneya, quas ad opus sacristiæ monasterii vestri, considerata ipsius tenuitate proventuum, perpetuo deputastis, eidem sacristiæ, auctoritate apostolica, confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. f. cliiij. b.

---

[1] *extremo*] originally written *ex'mo*, but afterwards struck through, and *extremo* written in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

[2] The tenth year of this Pope's pontificate does not synchronize with A.D. 1138. The indiction used is that of Constantinople. The correct year is 1139. Innocent II. used both the Roman and Constantinopolitan Indictions. (Jaffé's Regesta, p. 558.) The Constantinopolitan Indiction began on the 1st September. The Roman Indiction began on the 25th of December, or 1st of January.

[3] Pope Gregory IX.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, septimo Idus Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXVI.

De provisoribus et pensionibus.

A.D. 1250. May 13. Papal Bull concerning pensions and ecclesiastical benefices.

Innocentius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui monasterii de Rameseia, ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis, salutem, et apostolicam benedictionem.

Vestræ meritis devotionis inducimur, ut nos speciali gratia prosequamur.

Hinc est, quod nos, vestris inclinati precibus, vobis auctoritate præsentium indulgemus, ut ad receptionem vel provisionem alicujus in pensionibus seu beneficiis ecclesiasticis, per literas Apostolicæ Sedis, aut legatorum ipsius, cogi de cætero non possitis, nisi plenam et expressam de indulgentia hujusmodi fecerit mentionem.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Lugduni, tertio Idus Maii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCLXVII.

De[2] *ecclesia de Byri, capellis, et banleuca.*

A.D. 1199. May 25. Papal Bull confirming Bury church, various chapels, and the banlieu, to Ramsey Abbey.

Innocentius, Episcopus,[3] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Ramesia, salutem, et apostolicam benedictionem.

Sacrosancta Romana Ecclesia devotos et humiles filios, ex assuetæ pietatis officio, propensius diligere consuevit, et ne pravorum hominum molestiis agitentur, eos, tanquam pia mater, suæ protectionis munimine confovere.

---

[1] Pope Innocent IV.

[2] *De . . . ca*] written in a smaller hand.

[3] Pope Innocent III.

Eapropter, dilecti in Domino filii, devotionem, quam erga Beatum Petrum et nos ipsos habere noscimini, attendentes, monasterium vestrum, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum,[1] concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus; specialiter autem ecclesiam de Byri, cum capellis suis, Wistowe, Upwode, Ravele, villam quoque de Oure, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis et per vos ecclesiæ vestræ auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus. *Nota pro balleuca.*

Libertates præterea et immunitates antiquas, et rationabiles consuetudines, infra leugatam unam circumquaque monasterio vestro, prima ratione concessas, et hactenus observatas, futuris temporibus illibatas manere sancimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, octavo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXVIII.

De banleuca et Nortfl'.

A.D. 1159–1181. April 27. Papal Bull confirming Burnham church and others, and also the banlieu, to Ramsey Abbey.

Alexander, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et fratribus de Rameseya, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu sunt prosequente complenda.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam sancti Albricti[3] apud Burnammiam; ecclesiam de Walsokne, cum pertinentiis suis; villam de Depedale cum ecclesia ejusdem villæ, ac pertinentiis suis; nundinas apud Sanctum Ivonem, cum omnibus libertatibus suis, a secunda feria Paschalis hebdomadæ usque ad secundam

[1] A hand is drawn here in the margin to call attention to this passage.

[2] Pope Alexander III.

[3] Should be Alberti.

feriam sequentis septimanæ annuatim celebrandas; libertates[1] etiam omnes et immunitates ubicumque rationabiliter vobis concessas, et maxime libertates omnes et immunitates, quas habetis infra leugatam terræ, qua monasterium vestrum circumquaque concluditur, a Regibus Angliæ monasterio vestro omnino indultas, et tam ab eis, quam a piæ recordationis præ-
f. clv. decessore nostro Innocentio Papa confirmatas, ut videlicet, ab eo lapide vel meta, infra quam regales ministri, qui forestarii vocantur, exactiones suas non exercent, propter sacri loci reverentiam, nullas inferentes molestias, pontificalium ministrorum omnis cesset exactio; alia quoque rationabiliter monasterio vestro collata vobis et eidem monasterio auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Statuentes, et arctius prohibentes, ne cui liceat ecclesiis vestris novas et indebitas consuetudines vel exactiones imponere, aut vos et easdem ecclesias contra rationem gravare.

Nulli ergo omnino hominum fas sit hanc paginam nostræ constitutionis infringere, vel ei aliquatenus contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Anagniæ, quinto Kalendas Maii Pontificatus.[2]

CCLXIX.

Confirmatio Alexandri [Papæ].[3]

A.D. 1177 April 18. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Alexander, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis filiis, Abbati et fratribus de Rameseya, salutem et apostolicam benedictionem.

Vacat.

Cum in Apostolicæ Sedis specula, disponente Domino, constituti ad omnium jura, pastorali sollicitudine conservanda teneamur, esse solliciti virorum, præcipue religiosorum, dignitates et jura specialius fovere et manutenere debemus, ut apostolica tuitione muniti, in Omnipotentis Dei servitio possint liberius et attentius desudare.

Eapropter, dilecti in Domino filii, quieti et paci ecclesiæ vestræ volentes paterno affectu prospicere, vestrisque justis

---

[1] A hand is drawn here in the margin to call attention to this passage.

[2] Sic. The year of the Pontificate omitted.

[3] Erased roughly as before.

[4] Pope Alexander III.

petitionibus benigne annuere, vos, et ecclesiam vestram, cum omnibus ad ipsam pertinentibus, sub Beati Petri, ac nostra protectione suscipimus, apostolica auctoritate arctius inhibentes, ne aliquis libertates, oblationes, dignitates, immunitates, seu etiam jura quædam vestra, quæ in partibus vestris emendationes vocantur, vel honores, seu alia jura ecclesiæ vestræ, a bonæ memoriæ W[illelmo] et Edwardo, Regibus quondam Angliæ, vel ab aliis Dei fidelibus, monasterio vestro concessa, minuere, vel injuste auferre præsumat, vel vos exinde, præsumptione temeraria, perturbare, sed vobis et ecclesiæ vestræ integra potius et illibata permaneant.[1]

Statuimus igitur, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et prohibitionis infringere, vel ei temere contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Ferrariæ, decimo quarto Kalendas Maii Pontificatus.[2]

CCLXX.

Confirmatio Gregorii [Papæ].[3]

A.D. 1229 June 21. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Gregorius, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis [filiis] Abbati Sancti Benedicti de Rameseia et cætera.

Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse præsidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursus, aut eos a proposito revocet, aut robur, quod absit, sacræ religionis infringat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et monasterium Sancti Benedicti de Rameseia, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus.

In primis, siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et Beati Benedicti regulam, in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea, quascumque possessiones, quæcunque bona, idem monasterium, inpræsentiarum, juste ac canonice possidet, aut

---

[1] *permaneant*] permaneat, MS.

[2] Alexander III. was at Ferrara from April 10 to May 9, 1177. (Jaffé Regesta, I., 770, 771; Baronius, xix, 443–4).

[3] Erased roughly as before.

[4] Pope Gregory IX.

in futurum concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

In quibus, hæc propriis duximus exprimenda vocabulis.

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis.

Possessiones sitas juxta monasterium vestrum.

Et feriam Sancti Ivonis, quas inclitæ recordationis Henricus, Rex Angliæ, monasterio vestro pia liberalitate donavit.

Insulam de Higeneia.

f. clv. b. Villas de[1] Riptone, de Houctone, de Waltone, de Ravele, de Wistowe, de Upwode, de Wardeboys, de Haliwelle, de Nidingworthe, de Wodehirst, et de Woldehirst, cum pertinentiis earumdem.

Redditus etiam annuos, quos habetis in ecclesiis de Schitlingdone, de Therefeud, de Craunfeude, de Ailintone, de Burewelle, de Lauselle, de Walsokne, de Houctone, et de Brunham, cum pratis, vineis, terris, nemoribus, usuagiis, et pascuis, in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et omnibus aliis libertatibus et immunitatibus suis.

Nota de decimis. Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis, nullus a vobis decimas exigere vel extorquere præsumat.

Illud districtius inhibentes, ne terras, seu quodlibet beneficium ecclesiæ vestræ collatum, liceat alicui personaliter dari, *Nota.* sive alio modo alienari, absque consensu totius capituli, vel majoris aut sanioris partis ipsius.

Si quæ vero donationes vel alienationes aliter quam dictum est factæ fuerint, eas irritas esse censemus.

Ad hæc etiam prohibemus, ne aliquis monachus, vel conversus, sub professione vestræ domus astrictus, sine consensu et licentia Abbatis, et majoris partis vestri capituli, pro aliquo fidejubeat, vel ab aliquo pecuniam mutuo accipiat, ultra pretium, capituli vestri providentia constituimus, nisi propter manifestam domus vestræ utilitatem; quod si forte facere præsumpserit, non teneatur conventus pro his aliquatenus respondere.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri

---

[1] *de*] repeated in MS.

deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti, aut etiam publice usurarii sint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare.

Obeunte vero te nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet[1] successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia seu violentia præponatur, nisi quem fratres communi consensu, vel fratrum major pars consilii sanioris, secundum Deum, et *Nota.* Beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

Præterea, omnes libertates et immunitates a prædecessoribus[2] nostris Romanis Pontificibus monasterio vestro concessas, necnon libertates, et exemptiones sæcularium exactionum a Regibus et Principibus, vel aliis fidelibus, rationabiliter vobis indultas, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti privilegio communimus.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus omnibus profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, ac diœcesani episcopi canonica justitia.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrua satisfactione correxerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ subjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen.

Data Perusii, per manum Martini, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Vicecancellarii, undecimo Kalendas Julii, Indictione secunda,

---

[1] *quolibet*] quodlibet, MS.

[2] *suis* is written in the MS. after *prædecessoribus*, but marked with dots of subpunction.

Incarnationis Dominicæ anno millesimo ducentesimo vicesimo nono, Pontificatus vero domini Gregorii Papæ Noni anno tertio.

CCLXXI.

De denariis Sancti Petri non conferendis.

A.D 1159–1181. June 1. Papal Bull forbidding all archdeacons to make certain exactions from Ramsey Abbey.

f, clvj.

Alexander, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Archidiaconis, in quorum archidiaconatibus ecclesiæ Ramesiæ monasterii consistunt, salutem et apostolicam benedictionem.

Ea, quæ de avaritiæ et cupiditatis radice procedunt, et in speciem simoniacæ pravitatis erumpunt, penitus sunt evellenda, et quæ de spinis et tribulis prodeunt vitiorum, falce apostolici moderaminis resecanda.

Audimus autem quod nummos pro crismate ab ecclesiis præscripti monasterii, ausu temerario, extorquetis, quos diversis nominibus, nunc cathedraticum, aliquando Paschalem præstationem, interdum vero episcopalem consuetudinem, appellatis.

Quia vero hoc simoniacum esse cognoscitur, etiam periculum et mortem generat animarum, per apostolica scripta vobis præcipiendo mandamus, et mandando præcipimus, quatinus ab ecclesiis prædicti monasterii, vel ab aliis etiam vestrorum archidiaconatuum, sub prætextu alicujus consuetudinis vel palliationis, præscriptos denarios ulterius nullatenus exigatis, nec exigi faciatis, pro certo scituri, quod si hoc, ausu temerario, præsumpseritis, periculum ordinis et dignitatis vestræ poterit non immerito formidare.

Nihilominus etiam vobis præsentium auctoritate injungimus, ut cum ecclesias ipsas visitaveritis, secundum quod canones præcipiunt, visitatoris officium exerceatis, nec ecclesias visitatione vestra gravetis, ut eas, magis intuitu informationis et correctionis quam affectu commessationis, videamini visitare.

Cum autem collectas denariorum Beati Petri per archidiaconatus vestros feceritis, in collectione facienda, prædictas ecclesias, vel parrochias, gravare nullatenus præsumatis, aliter, sive magis, quam prædecessores vestri tempore sanctæ recordationis Innocentii, et Eugenii, Romanorum Pontificum, fecisse noscuntur.

---

[1] Pope Alexander III.

Quod si temeritate qualibet attemptaveritis, id, quod videmini habere, auferetur a vobis.

Data Anagniæ, Kalendis Junii.

CCLXXII.

De[1] *juramento non faciendo in visitatione.*

A.D. 1250. May 21. Papal Bull relieving the Abbots of Ramsey from taking an oath on the bishop's visitation.

Abbas non faciet juramentum episcopo tempore visitationis.

Innocentius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui monasterii Rameseiæ, ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Vestris supplicationibus inclinati, universitati vestræ, ut cum loci diocesanus ad monasterium vestrum accesserit, visitationis officium ibidem impensurus, juramentum ei super his, de quibus inquirere voluerit, prout ad visitationis officium ipsum spectant, nullatenus teneamini exhibere, etiam si illud contigerit exigi ab eodem, cum si fieret, esset contra constitutionis nostræ tenorem auctoritate præsentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus,[3] se noverit incursurum.

Data Lugduni, duodecimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCLXXIII.

De provisoribus non admittendis, vel monachis.

A.D. 1188. April 20. Papal Bull forbidding the Abbot of Ramsey to confer ecclesiastical benefices upon unworthy persons, or admit them as monks.

Clemens, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui Rameseiæ, salutem et apostolicam benedictionem.

Si, quando scriptis apostolicis, aut precibus, vos, vel alios ecclesiarum prælatos, ad benefaciendum aliquibus incitamus, non est nostræ voluntatis, sicut nec esse debet, ut ecclesiæ, ad quas scripta apostolica transmittuntur, vel ultra posse gravari debeant, vel ecclesiastica beneficia conferantur indignis.

---

[1] A hand is drawn here in the margin to call attention to this instrument.

[2] Pope Innocent IV.

[3] *ejus*] ei, MS.

[4] Most likely Pope Clement III.

Cum autem monasterium vestrum sæpe a multis, pro obtinendis beneficiis ecclesiasticis, impetatur, ita quod invicem pro multitudine se impediant, et ad illa obtinenda proponantur indigni; de auctoritate apostolica vobis concedimus facultatem, ut, non obstante talium impetitione vel contradictione, liceat vobis ecclesias vestras et beneficia de personis idoneis canonice ordinare, in quorum actibus et honoretur Deus, et pro acceptis beneficiis congruum debeant impendere famulatum.

Nota. Idem etiam et de monachis in vestrum collegium admittendis, salva tamen Apostolicæ Sedis auctoritate, devotioni vestræ duximus indulgendum.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, duodecimo Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno primo.

CCLXXIV.

De ecclesia de Wardeboys.

A.D. 1229. March 16. f. clvi. b.

Papal Bull confirming the assignment of Warbois church towards the support of the poor of the Almonry of Ramsey Abbey.

Gregorius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, salutem, et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Ex parte siquidem vestra fuit a nobis humiliter postulatum, ut cum venerabilis frater noster Lincolniensis Episcopus, diocesanus loci, considerans pauperes domus elemosinariæ monasterii[2] vestri de proventibus et facultatibus domus ejusdem non posse congrue sustentari, ecclesiam de Wardebosco vestro, qui jus patronatus obtinetis, in ea et capituli sui accedente consensu, ad sustentationem pauperum domus ejusdem ipsi domui concesserit intuitu pietatis, quod ab ipso factum est in hac parte apostolico dignaremur munimine roborare.

---

[1] Pope Gregory IX.

[2] *monasterii*] originally written *operum*, but afterwards struck through, and *monasterii* written above in a smaller and different hand.

Nos igitur, vestris devotis precibus inclinati, concessionem Episcopi memorati, capituli supradicti accedente consensu, prout superius est expressum, domui factam præfatæ, sicut juste ac canonice facta esse dinoscitur, et in instrumento exinde confecto dicitur plenius contineri auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patronicio communimus.

Vobis nihilominus concedentes, ut quamprimo ecclesia vacaverit memorata, ipsius possessionem intrare libere valeatis.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, decimo septimo[1] Kalendas Aprilis, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXV.

Confirmatio Innocentii [*Papæ*].[2]

A.D. 1140, January 27. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey.

Innocentius, Episcopus,[3] servus servorum Dei, dilecto filio Gautero, Abbati [monasterii] Sancti Benedicti de Rameseia, et cætera.

Apostolici moderaminis clementia convenit religiosos diligere, et eorum loca, pia protectione, munire. Dignum namque, et honestati conveniens esse cognoscitur, ut qui ad ecclesiarum regimen assumpti sumus, eas et a pravorum hominum nequitia tueamur, et Apostolicæ Sedis patrocinio[4] foveamus.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris rationabilibus postulationibus clementer annuimus, et monasterium[5] Sancti Benedicti, in quo divino vacatis servitio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti pagina communimus.

Statuentes, ut quascunque possessiones, quæcunque bona idem monasterium, in præsentiarum, juste et canonice possidet, aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, Deo propitio, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

---

[1] *septimo*] sexto in list of documents, Vol. I. p. 110.

[2] *Papæ*] erased roughly as before.

[3] Pope Innocent II.

[4] *patrocinio*] interlined in MS. in a smaller and different hand.

[5] *monasterium*] monasterio, MS.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis, videlicet.

Clochelosam hundret, unum et dimidium.

Wynebodesham.

Mercatum quoque de Dunham, cum omni libertate sua.

Præcipue etiam interdicimus, ne quis in præfato hundret et dimidio novum mercatum incipiat, nec aliquam indebitam exactionem superinducat.

Circa monasterium vero leugatam unam terræ.

Feriam Sancti Ivonis, Craulai, Bradeneschi, Galtonam, Riptonam, cum omnibus earum pertinentiis, et cætera omnia, quæ a devotione dilectorum filiorum nostrorum Henrici et Stephani, bonæ memoriæ Regum Angliæ, vel aliorum Dei fidelium, rationabiliter monasterio vestro concessa sunt, vobis integre confirmamus.

Prohibentes ne in possessione et loco Oure quod vestri monasterii juris esse dinoscitur, quisquam hominum, vobis invitis, jure successionis possit sibi quippiam vendicare, vel quicquam calumniæ vel molestiæ indebite vobis inferre.

De decimis non solvendis.

Sane laborum vestrorum, quos propriis manibus aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus omnino, clericus vel laicus, decimas a vobis exigere præsumat.

Adjicientes ne in vestra Abbatia Episcopus loci synodum, vel capitulum, vel ordinationes, aut missas publicas, nisi invitatus ab Abbate, vel a fratribus, celebrare præsumat.

Obeunte vero te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet surreptionis astutia
f. clvij. seu violentia præponatur, nisi quem [fratres] communi assensu, vel fratrum pars consilii sanioris, secundum Dei timorem, et Beati Benedicti regulam, providerint eligendum.

Nota.

Constituimus etiam, ut absque certa et manifeste probata culpa, nulli Episcopo vel Archidiacono divinum vobis officium liceat interdicere, aut sacramenta ecclesiastica denegare, seu personam tuam, vel tuorum aliquem monachorum, ad capitulum sive curiam suam, absque causa rationabili, evocare.

Si vero in regno Angliæ generalis divini officii facta fuerit prohibitio, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, liceat vobis, summissa voce, divina officia celebrare.

Sane omnes vestras rationabiles consuetudines apud vos hactenus habitas, necnon libertates a Regibus vobis legitime collatas, et scripto firmatas, vestro monasterio confirmamus.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut quicunque se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excom-

municati sint, nullus obsistat, salva tamen justitia matricis ecclesiæ.

Decernimus ergo, ut nulli Episcopo, vel Archidiacono, nulli omnino hominum liceat indebita vobis gravamina irrogare, aut vestrum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet molestiis fatigare. *Nota.*

Sed omnia integra conserventur eorum, pro quorum gubernatione et sustentatione concessa sunt, usibus omnimodis profutura.

Si qua igitur in futurum ecclesiastica, sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere venire temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum congrue emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se[1] divino judicio existere, de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo Corpore ac Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi aliena fiat, atque in examine districtæ subjaceat ultioni.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus, sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus et hic fructum bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen.

Data Laterani, per manum Almerici Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis et Cancellarii, sexto Kalendas Februarii, Indictione quarta, Incarnationis Dominicæ anno millesimo centesimo quadragesimo, Pontificatus vero domini Innocentii Secundi Papæ anno undecimo.

CCLXXVI.

De celebrandis divinis in generali interdicto.

Gregorius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, salutem et apostolicam benedictionem. A.D. 1229. Feb. 6. Papal Bull granting liberty to Ramsey Abbey to celebrate divine service during a general interdict.

Ut eo libentius divinis officiis insistatis, quo vobis super his potiorem gratiam impertimur, vestris supplicationibus inclinati, auctoritate vobis præsentium indulgemus, ut, cum generale terræ fuerit interdictum, liceat vobis, clausis januis, excommunicatis et interdictis exclusis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina officia celebrare, dummodo causam *Vacat.*

[1] *se*] de, MS.

[2] Pope Gregory IX.

non dederitis interdicto, et id vobis non contingat specialiter interdici.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, octavo Idus Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXVII.

Confirmatio capellarum Upwode, Ravele, et Wistowe.

A.D. 1228. December 4. Papal Bull confirming the chapels of Upwood, Raveley and Wistow to Ramsey Abbey.

Gregorius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui Monasterii de Rameseia, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu[2] prosequente complere.

Vacat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, de Ravele, de Wistowe, et de Upwode capellas, quas canonice vos proponitis obtinere, sicut eas juste et pacifice possidetis, vobis, et per vos, monasterio[3] vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, secundo Nonas Decembris, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXVIII.

f. clvij. b.

Confirmatio de ecclesiis de Schitlingdone et Hemingforde.

A.D. 1131. May 14. Papal Bull confirming thechurches

Innocentius, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et monachis de Rameseia, salutem et apostolicam benedictionem.

---

[1] Pope Gregory IX.

[2] *effectu*] effecto, MS.

[3] *monasterio*] originally written *opum*, but afterwards struck through, and *monasterio* written above in a smaller and different hand.

[4] Pope Innocent II.

of Shitlingdon and Hemingford to Ramsey Abbey. *Vacat.*

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis, quam ordo exigit rationis, ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus gratam convenientiam impendentes, ecclesias de Schitlingdone, et de Hemingforde, quas venerabilis frater noster, Lincolniensis Episcopus, pia vobis deliberatione concessit, sicut eas juste ac pacifice possidetis, et in ejusdem Episcopi scripto auctentico plenius continetur, auctoritate vobis apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum licitum sit hanc nostræ paginam confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, secundo Idus Maii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXIX.

De pensionibus de Walsokne, Ringstede, et Brancestre.

A.D. 1225. April 12. Papal Bull confirming pensions from the churches of Walsoken, Ringstead, and Brancaster to Ramsey Abbey. *Vacat.*

Honorius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris postulationibus grato concurrentes assensu, annuos redditus, quos in Walsokne, et de Brancestre, et de Ringstede ecclesiis, Norwicensis diocesis, asseritis vos habere, sicut illos juste, canonice ac pacifice obtinetis, vobis, et, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica, confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, secundo Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

---

[1] Pope Honorius III.

CCLXXX.

De pensionibus de Borewelle et[1] *Depedale.*

A.D. 1225. April 12. Papal Bull confirming pensions from the churches of Burwell and Depedale to Ramsey Abbey. *Vacat.*

Honorius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere assensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, annuos redditus, quos in[3] Burewelle et Depedale ecclesiis, Norwicensis diocesis, vos proponitis assecutos, sicut illos juste, canonice ac pacifice obtinetis, vobis, et, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica, confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, secundo Idus Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

CCLXXXI.

De pensionibus de Ailyntone, Therefelde, Craunfelde, Brouctone, [et] Sancti Andreæ [de] Huntingdone.

A.D. 1233 April 18. Papal Bull confirming pensions from the church of Ellington and others to Ramsey Abbey. *Vacat.*

Gregorius, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras, et monasterium vestrum de Rameseia,

---

[1] The words *Therefelde, Craunfelde, Brouctone, Sancti Andreæ de Huntingdone* are introduced here in error after *et*. The scribe has taken them from the title of the next document.

[2] Pope Honorius III.

[3] *de* is written in the MS. after *in*, but marked with dots of subpunction.

[4] Pope Gregory IX.

in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus.

Specialiter autem redditus annuos, quos[1] de Ailyngtone, de Therefelde, de Craunfelde, de Broughtone, Sancti Andreæ de Huntingdone, ecclesiis, canonice proponitis, vos adeptos possessiones, quoque ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis, et, per vos, ipsi monasterio, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis[2] scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ f. clviij. protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, decimo quarto Kalendas Maii, Pontificatus nostri anno septimo.

CCLXXXII.

Confirmatio Gregorii Noni.

A.D. 1231 Dec. 12. Papal Bull of general confirmation for Ramsey Abbey. *Vacat.*

Gregorius, Episcopus,[3] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui de Rameseia, ordinis Sancti Benedicti, Lincolniensis diocesis, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, et locum in quo divino vacatis obsequio, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum, justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscepimus.

Specialiter autem terras, possessiones, redditus, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste et pacifice possidetis, vobis, et per vos monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

---

[1] *quos*] *in* is written in the MS. after *quos*, but marked with dots of subpunction.

[2] *præsentis*] præsenti, MS.

[3] Pope Gregory IX.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Reatæ, secundo Idus Decembris, Pontificatus nostri anno quinto.

CCLXXXIII.

Confirmatio[1] *prioratus Sancti Ivonis.*

A.D. 1185–1187. Papal Bull of general confirmation for the Priory of St. Ives.

Urbanus, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Willelmo, Priori et monachis monasterii Sancti Ivonis, tam præsentibus quam futuris, regularem vitam professis imperpetuum.

Piæ postulatio voluntatis effectu debet prosequente compleri, et ut devotionis sinceritas laudabiliter enitescat, et utilitas postulata vires indubitanter assumat.

Vacat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, et præfatum monasterium Sancti Ivonis, in quo divino mancipati estis obsequio, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus, et præsentis scripti privilegio communimus.

In primis, siquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum Deum, et Beati Benedicti regulam, in eodem loco institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur.

Præterea, quascunque possessiones, quæcunque bona, idem monasterium, in præsentiarum, juste et canonice possidet; aut in futurum, concessione Pontificum, largitione Regum vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, et illibata permaneant.

In quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis:—

Locum ipsum in quo præfatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam de Ellesworthe, cum omnibus pertinentiis suis, et cum manso Manfredi Presbyteri ejusdem villæ.

Ecclesiam de Cnapwelle, cum omnibus pertinentiis suis, ab Abbate et fratribus Rameseiæ vobis concessam, et scripto firmatam.

---

[1] Printed in Dugdale's Monasticon, 1819, Vol. II., p. 632.

[2] Probably Urban III. (1185–7) whose phraseology most resembles that of the text. But perhaps Urban II. (1088–99), whose bulls often begin *Piæ postuoatil voluntatis.*

Ecclesiam de Slepam, cum duabus capellis de Waldhirst et de Wodehirst ad eandem ecclesiam pertinentibus.

Sane novalium vestrorum, quæ propriis manibus vel sumptibus colitis, seu de nutrimentis animalium vestrorum, nullus a vobis decimas extorquere præsumat.

Liceat quoque vobis, clericos vel laicos, e sæculo fugientes, liberos et absolutos, ad conversionem recipere, et eos absque contradictione aliqua retinere.

Prohibemus, ne ulli fratrum vestrorum, post factam in eo loco professionem, fas sit, absque prioris sui licentia, nisi arctioris religionis obtentu, de eodem discedere.

Discedentem vero, absque communi literarum cautione, nullus audeat retinere.

Sepulturam quoque ipsius loci liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen justitia illarum ecclesiarum, a quibus mortuorum corpora assumuntur.

Libertates præterea, seu immunitates antiquas, et rationabiles consuetudines ecclesiæ vestræ concessas, et hactenus obser- f. clviij. b.
vatas, ratas habemus, easque perpetuis temporibus illibatas manere sancimus.

Cum autem generale interdictum terræ fuerit, liceat vobis, clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce, divina officia celebrare.

Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat præfatum monasterium temere perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conserventur, eorum, pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa[1] sunt,[2] usibus omnimodis profutura; salva Sedis Apostolicæ auctoritate, et diocesani episcopi canonica justitia, hac monasterii Sancti Benedicti de Rameseia debita reverentia.

Si qua igitur in futurum, ecclesiastica sæcularisve persona, hanc nostræ constitutionis paginam sciens, contra eam temere temptaverit, secundo tertiove commonita, nisi reatum suum digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino judicio existere, de perpetrata

---

[1] *concessa*] first written *consessa*, but subsequently altered.

[2] *sunt*] repeated in MS., but the redundant word has been struck through.

iniquitate, cognoscat, et a Sacratissimo Corpore et Sanguine Dei, et Domini Redemptoris nostri Jhesu Christi, aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat.

Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatinus et hic fructum[1] bonæ actionis percipiant, et apud districtum Judicem præmia æternæ pacis inveniant.

Amen.

CCLXXXIV.

Confirmatio Honorii Papæ, de ecclesia de Slepe, Priori et conventui de Sancto Ivone.

A.D. 1224. January 23. Papal Bull confirming the church of Slepe to the Priory of St. Ives.

Honorius, Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et conventui monasterii de Sancto Ivone, salutem et apostolicam benedictionem.

Vacat.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris[3] justis postulationibus grato concurrentes assensu, personas vestras, et monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis, quæ in præsentiarum rationabiliter possidet, aut in futurum, justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub Beati Petri, et nostra protectione suscipimus.

Specialiter autem ecclesiam Omnium Sanctorum de Slepe, cum capellis suis, et pertinentiis earumdem, terras, possessiones, redditus, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste, canonice ac pacifice possidetis, vobis, et, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, decimo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

---

[1] *fructum*] futurum, MS.

[2] Pope Honorius III.

[3] *vestris*] interlined in MS. in a smaller and different hand.

CCLXXXV.

Confirmatio ecclesiæ cum capellis de Slepe.

A.D. 1229. January 4. Papal Bull confirming the churches of Slepe and others to the Priory of St. Ives.

Gregorius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et monachis de Sancto Ivone, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Vacat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, justis vestris postulationibus grato concurrentes assensu, ecclesiam de Slepe, et de Wodehurst, et de Woldhurst, capellas ad eandem ecclesiam pertinentes, quas canonice vos proponitis assecutos, ac alia bona vestra, sicut ea omnia juste ac pacifice possidetis, vobis et, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica, confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, secundo Nonas Januarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXXVI.

Confirmatio pensionis de Ellesworthe.

f. clix.

A.D. 1225. April 13. Papal Bull confirming an annual pension out of Elsworth church to the Priory of St. Ives.

Honorius. Episcopus,[2] servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et monachis de Sancto Ivone, salutem et apostolicam benedictionem.

Cum a nobis petitur, quod justum est et honestum, tam vigor æquitatis quam ordo exigit rationis, ut id, per sollicitudinem officii nostri, ad debitum perducatur effectum.

Vacat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus grato concurrentes assensu, annuum redditum quem, in ecclesia de Ellesworthe, de concessione venerabilis fratris nostri Elyensis Episcopi, loci diocesani, capituli sui accedente consensu, canonice proponitis vos adeptos, sicut eum juste, canonice ac pacifice possidetis, vobis, et, per vos monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

---

[1] Pope Gregory IX.

[2] Pope Honorius III.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, Idibus Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

CCLXXXVII.

Confirmatio pensionum de Ellesworthe et Hemmingford.

A.D. 1229. January 25. Papal Bull confirming certain pensions to the Priory of St. Ives.

Gregorius, Episcopus,[1] servus servorum Dei, dilectis filiis Priori et monachis de Sancto Ivone, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos facilem præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

Vacat.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris in Domino justis postulationibus grato concurrentes assensu, annuos redditus, quos de[2] Elesworthe et de Hemmingforde ecclesiis, ex donatione Abbatis et conventus de Rameseia, canonice proponitis vos adeptos, et sicut eos juste ac pacifice possidetis, vobis, et, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Perusii, octavo Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

CCLXXXVIII.

Confirmatio[3] *de talliagiis et aliis.*

A.D. 1224. January 26. Papal Bull confirming tallages and other things to Ramsey Abbey.

Honorius, Episcopus,[4] servus servorum Dei, dilectis filiis Abbati et conventui Rameseiæ monasterii, salutem et apostolicam benedictionem.

Justis petentium desideriis dignum est nos [facilem] præbere consensum, et vota, quæ a rationis tramite non discordant, effectu prosequente complere.

---

[1] Pope Gregory IX.

[2] *de*] inde, MS.

[3] This document is entered in a different and later hand.

[4] Pope Honorius III.

Eapropter, dilecti in Domino filii, vestris justis precibus inclinati, personas vestras, et monasterium, in quo divino estis obsequio mancipati, cum omnibus bonis quæ in præsentiarum rationabiliter possidetis, aut in futurum, justis modis, præstante Domino, poterit adipisci, sub Beati Petri et nostra protectione suscipimus.

Specialiter autem redditus, qui taliagia vulgariter[1] nuncupantur, necnon terras, possessiones, et alia bona vestra, sicut ea omnia juste, canonice ac pacifice possidetis, vobis, ac, per vos, monasterio vestro, auctoritate apostolica confirmamus, et præsentis scripti patrocinio communimus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ protectionis et confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attemptare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Data Laterani, septimo[2] Kalendas Februarii, Pontificatus nostri anno octavo.

CCLXXXIX.

f clx. b.[3]

A.D. 1481. June 30. Concerning a complaint of Thorney Abbey against certain disturbers of Knarediche.

Thomas Hutton, Decretorum Doctor, Officialis Consistorii Lincolniensis, discreto viro perpetuo vicario ecclesiæ parochialis de Burgo Sancti Petri, Lincolniensis diocesis, sive ipsius vices gerenti cuicunque, necnon omnibus et singulis rectoribus, vicariis, et ecclesiarum curatis quibuscunque, per Lincolniensem diocesim ubilibet constitutis, salutem in omnium Salvatore.

Ex parte religiosorum et venerabilium virorum, Abbatis et conventus monasterii Beatæ Mariæ Virginis et Sancti Botulphi de Thornay, Eliensis diocesis, nobis extitit intimatum, non modica[4] cum querela, quod quidam[5] iniquitatis filii, animarum suarum salutis immemores, in Gehennæ voraginem cadere non formidantes, quorum nomina et personæ dictis venerabilibus et religiosis viris, ut asserunt, penitus ignorantur, fines, limites, terras, et possessiones dictorum religiosorum, præter et contra voluntates, sive voluntatem, eorundem,[6] intraverunt.

---

[1] *vulgariter*] wlgariter, MS.

[2] *septimo*] quinto in list of documents, Vol. I. p. 109.

[3] folios clix. b. and clx. are blank.

[4] *modica*] modicum, MS.

[5] *quidam*] quidem, MS.

[6] *eorundem, intraverunt*] earundem, intravit, MS.

Et quamdam fossam sive ripam, vulgariter nominatam et vocatam Knare diche, ibique effregerunt, diruperunt, et demollierunt, grave onusque aquæ per dictam fossam sive ripam, false, nequiter, et malitiose, ac animo et intentione injuriandi, deduxerunt, et alieno alvo fluere fecerunt, dictasque limites, terras, et possessiones submerserunt, et submergi fecerunt, seu saltem ad dictæ fossæ sive ripæ fractionem, aquæ deductionis injuriam, et submersionem faciendam consilium, auxilium, et favorem, dederunt et præstiterunt.

Nec his contenti, ecclesiæ Dei, et dicti monasterii præjudicialibus, sed possessiones, terras, et prædia præfati monasterii intrando, gramina, blada, et ligna ibidem crescentia, destruxerunt et diminuerunt, dictis religiosis mala malis accumulando, ita quod dicti religiosi, per hujusmodi facta tam perniciosa, grave depauperentur, et ad mediæ jacturam deducuntur in dictorum religiosorum præjudicium non modicum, et gravamen.

Ideoque memorati religiosi, et per dominum Papam privilegiati, quod omnes et singulæ possessiones dicto monasterio pertinentes, illicito modo, præter et contra voluntatem dictorum religiosorum intrantes et ingredientes,[1] et hujusmodi transgressores et invasores sunt excommunicati, nisi infra viginti dies, suos reatus recognoscentes, patronis, et dicti monasterii præposito, confiteantur, et ab ecclesia veniam obtinere mereantur, supplicarunt nobis,[2] ut super eisdem de remedio provideremus opportuno.

Nos idcirco supplicationibus suis annuentes, vobis igitur, conjunctim et divisim, in virtute obedientiæ, et sub pœna contemptus, committimus, et firmiter injungendo mandamus, quatinus prædictos malefactores, omnes et singulos, dictamque fossam sive ripam sic frangentes, et demollientes, eisdemque consilium, auxilium, vel favorem præstantes, ipsorumque conscios scientes, et fautores, diebus Dominicis, sive festivis, in ecclesiis vestris parochialibus intra missarum, matutinarum, seu vesperarum, solemnia, dum in eisdem ecclesiis affuerit major populi multitudo, quotiens et quando per partem dictorum religiosorum fuerit requisiti, seu aliquis vestrum fuerit requisitus, palam, publice, et in genere, moneatis, monerive faciatis, quibus etiam, tenore præsentium, sic monemus, quatinus infra quindecim dierum spatium a tempore hujusmodi monitionis, vestræ immo[3] verius nostræ continue

---

[1] *ingredientes*] ingradientes, MS.
[2] *nobis*] interlined in MS.
[3] *immo*] ymmo, MS.

numerandorum, quorum quindecim dierum quinque pro primo, quinque pro secundo, et reliquos quinque pro tertio ac peremptorio, terminis monitione, quod canonica assignamus, et per vos assignari volumus, et mandamus, ut reatus suos f. clxj. recognoscentes, et quilibet eorum recognoscens, præfatis Abbati et conventui veniant et accedant, et sic quilibet eorum veniat et accedat, ac præfatis religiosis viris, et ipsorum monasterio, de omni damno et injuria, molestatione, et inquietatione per ipsos malefactores, dictæ fossæ sive ripæ fractores, favorem, consilium, vel auxilium ipsis, sive alicui ipsorum, dantes, ipsorumque conscios et fautores, sive per aliquem ipsorum illatis, datis sive perpetratis, ut tenentur, satisfaciant, et emendant, et quilibet eorum satisfaciat, et emendat, infra dictorum quindecim dierum spatium, cum effectu, seu saltem emendari faciant competenter, sub pœna excommunicationis majoris, quam exnunc prout extunc, et extunc prout exnunc, ferimus et promulgamus [1] in his scriptis.

Alioquin, lapso [2] dictorum quindecim dierum spatio, omnes illos malefactores, et singulos dictas possessiones illicite intrantes, dictam fossam sive ripam effrangentes, gramina, blada et ligna ibidem crescentia destruentes, et submergentes, consentientes, consilium, auxilium, vel favorem illis, sive alicui ipsorum, præbentes; et de hujusmodi personis vel facti[s] scientes, et notitiam obtinentes; nisi præfatis viris religiosis revelant, ipsorumque culpa, mora et negligentia præsedentibus, publice, palam, et in genere, in ecclesiis vestrisque dictis, excommunicatos, et quemlibet eorum excommunicatum, canonica et trina monitione præmissa, auctoritate Romani Pontificis, ac auctoritate præsentium, denuncietis, denunciarive faciatis, indelate reclamantes, vero sive contradictores, si quos in hac parte inveneritis, citetis, seu citari faciatis, peremptorie, quod compareant, compareatve, coram nobis aut alio dicti cons[istorii] præsidente quocumque, in ecclesia Sancti Michaelis villæ Staunfordiæ, die Martis proximo post festum Sancti Germani Episcopi proximo jam [3] futurum, tam reclamationis sive contradictionis suæ hujusmodi in forma juris præposituri, facturi, ulteriusque et recepturi, quod justitia in hac parte suadebit.

Et quod feceritis in præmissis, dictis die et loco remissis præsentibus debite certificetis.

---

[1] *promulgamus*] pronulgamus, MS.

[2] There is an erasure in the MS. after this word.

[3] *jam*] interlined in MS.

Data sub sigillo nostri officii, ultimo die mensis Junii, anno Domini millesimo quadringentesimo octogesimo primo.

CCXC.

A.D. 1481 June 30. The same.

Thomas[1] Hutton, Decretorum [Doctor], Officialis Consistorii Lincolniensis, discreto viro, perpetuo vicario ecclesiæ parochialis in Burgo Sancti Petri, Lincolniensis diocesis, sive ipsius vices gerenti cuicunque, necnon omnibus et singulis rectoribus, vicariis, et ecclesiæ[2] curatis quibuscunque, per diocesim Lincolniensem ubilibet constitutis, salutem in omnium Salvatore.

Ex parte religiosorum et venerabilium virorum Abbatis et conventus monasterii Beatæ Mariæ [Virginis] et Sancti Bothulphi de Thornay, Eliensis diocesis, nobis extitit intimatum, non modica cum querela, quod quidam filii iniquitatis, animarum suarum salutis immemores, in Gehennæ voraginem cadere non formidantes, quorum nomina et personæ dictis venerabilibus et religiosis viris, ut asserunt, penitus ignorantur, fines, limites, terras, [et] possessiones dictorum religiosorum, præter et contra voluntates sive voluntatem earundem, intraverunt,[3] et quamdam fossam sive ripam, vulgariter nominatam et vocatam Knare diche, ibique fregerunt, diruperunt, ac demollierunt, grave onusque aquæ per dictam fossam sive ripam false, nequiter, et malitiose, ac animo et intentione injuriandi deduxerunt, et alieno alvo fluere fecerunt, dictosque limites, terras, et possessiones submerserunt, et submergi fecerunt, seu saltem ad dictæ fossæ sive ripæ fractionem aquæ deductionis injuriam, et submersionem faciendam consilium, auxilium, et favorem, dederunt et præstiterunt.

Nec his contenti, ecclesiæ Dei.[4]

CCXCI.

f. clxii. *Carta Roberti Episcopi Lincolniensis de ecclesia de Wardeb[oys].*

A.D. 1147–56. Grant by Robert Bishop of

Robertus,[5] Dei gratia Lincolniensis Episcopus, omnibus Catholicæ filiis Ecclesiæ, salutem.

---

[1] This it will be seen is a repetition, though only in part, of the preceding instrument.

[2] *ecclesiæ*] ecclesiarum in preceding document.

[3] *intraverunt*] intravit, MS.

[4] The scribe has here left off abruptly, and the remainder of this folio is blank.

[5] Robert de Chesney, Bishop of Lincoln, 1147–1168.

Lincoln to the almonry of Ramsey Abbey of Warboys church towards the support of the poor.

Cum justa religiosorum devotio apud nos effectum consequi debeat, dilecti filii nostri[1] Walteri Abbatis Rameseiæ et conventus sui, piæ annuentes postulationi, ecclesiam de Wardeboys, cum omnibus terris et pertinentiis suis, imperpetuum, Elemosinario Rameseiæ, ad pauperum sustentationem, concedimus, et præsentis scripti testimonio confirmamus, ita tamen quod Nicholaus de Sigillis[2] eandem, nomine elemosinariæ, quamdiu vixerit, nisi in episcopum promotus fuerit, vel habitum religionis suscepit, cum omnibus pertinentiis suis possidebit; reddendis singulis annis Elemosinario Rameseiæ duos aureos in festo Michaelis.

Cum vero prædictus Nicholaus possidere desierit, Ricardus Clericus de Wardeboys præfatam tenebit ecclesiam omnibus diebus vitæ suæ; reddendo annuatim Elemosinario prædicto sex marcas tantum.

Et post utriusque decessum, videlicet, Nicholai scilicet, et Ricardi, libere disponat Elemosinario Rameseiæ imperpetuum eidem ecclesiæ ad consolationem pauperum, salvo tamen jure Lincolniensis Ecclesiæ.

His testibus, Rogero[3] Precentore, et cæteris.

CCXCII.

Carta T[heobaldi] Cantuariensis Archiepiscopi.

A.D.1147–61. Confirmation of the same by Theobald Archbishop of Canterbury.

T[heobaldus], Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus, Anglorum Primas, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Quod a venerabilibus fratribus nostris coepiscopis canonice fieri dinoscitur, id nostri est officii, auctoritate nostra covivente, roborare, et scripti nostri testimonio stabilire.

Inde est, quod ecclesiam de Wardeboys, cum omnibus appendiciis suis, quam Walterus Abbas Ramesiensis, assentiente et confirmante venerabili fratre nostro Roberto Lincolniensi Episcopo, postquam Nicholaus de Sigillo et Ricardus Clericus de Wardeboys, qui eandem ecclesiam tenent, eam possidere desierint, dedit, assensu conventus elemosinariæ de Ramesia, in perpetuam possessionem, ad pauperum sustentationem, sicut carta donationis prædicti Abbatis, et carta confirmationis prædicti Episcopi testatur.

---

[1] *nostri . . . Abbatis*] vestri Walteri Abbati, MS. The words *nostri Walteri* are written in the margin of the MS., in a smaller hand, as a correction.

[2] Henry of Huntingdon was Archdeacon of Huntingdon about 1155.

[3] Roger de Derby, Precentor of Lincoln about 1148–1156.

Nos quoque, auctoritate præsentis scripti nostri, prædictæ elemosinariæ in perpetuam elemosinam confirmamus, et in perpetuam possessionem, ad sustentandos pauperes, post mortem prædictorum clericorum, perpetuo elemosinariæ remanendam corroboramus.

Salva tamen in omnibus diocesani Episcopi dignitate.

Prohibentes sub anathemate, ne quis tam justum, tam pium, tam religiosum factum, aliqua temeritate vel pravo consilio circumventus revocare vel inquietare præsumat.

Valete.

CCXCIII.

Carta Huberti Cantuariensis Archiepiscopi.

A.D. 1193–1205. Confirmation of the same by Hubert Archbishop of Canterbury.

Hubertus,[1] Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, omnibus Christi fidelibus ad quos præsens scriptum pervenerit, salutem in Domino.

Ea, quæ in pias causas canonice collata sunt, pastorali decet protectione muniri, ne ab his, quibus deputata sunt usibus, alicujus malignitate aut versutia possint temere convelli.

Ea propter, universitati vestræ notum facimus, nos scriptum autenticum piæ recordationis T[heobaldi], quondam Cantuariensis Archiepiscopi prædecessoris nostri, sub hac verborum continentia inspexisse.

T[heobaldus],[2] Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus, Anglorum Primas, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem.

Quod a venerabilibus fratribus nostris coepiscopis canonice fieri dinoscitur, id nostri est officii, auctoritate nostra connivente,[3] roborare, et scripti nostri testimonio stabilire.

Inde est, quod ecclesiam de Wardeboys, cum omnibus pertinentiis suis, quam Walterus Abbas Rameseiæ, assentiente et confirmante venerabili fratre nostro Roberto Lincolniensi Episcopo, postquam Nicholaus de Sigillo et Ricardus Clericus de Wardeboys, qui eandem ecclesiam tenent, eam possidere desierint, dedit, assensu conventus elemosinariæ de Rameseia, in perpetuam possessionem, ad pauperum sustentationem, sicut carta donationis prædicti Abbatis, et carta confirmationis prædicti Episcopi testatur.

---

[1] Archbishop of Canterbury, 1193–1205.

[2] A repetition of No. CCXCII.

[3] *connivente*] conivente, MS.

Nos quoque, auctoritate præsentis scripti nostri, prædictæ elemosinariæ in perpetuam elemosinam confirmamus, et in perpetuam possessionem, ad sustendandos pauperes, post mortem prædictorum clericorum, perpetuo elemosinariæ remanendam corroboramus.

Salva tamen in omnibus diocesani Episcopi dignitate.

Prohibentes sub anathemate, ne quis tam justum, tam pium, tam religiosum, factum aliqua temeritate vel pravo consilio circumventus revocare vel inquietare præsumat. f. clxii. b.

Nos itaque præfatam domum de Rameseia, quam in operibus caritatis copiosam esse cognovimus, læto favore amplectentes, necnon et prædecessoris nostri vestigiis pia consideratione inhærentes, ipsius confirmationem præscriptam, sicut rationabiliter facta est, ut tanto majori gaudeat firmitate in posterum, duximus præsentis scripti attestatione corroborare, et sigilli nostri appositione communire.

His testibus, Henrico,[1] Archidiacono Cantuariensi; Magistro Petro Blesensi, Archidiacono Bathoniensi; Ranulfo, Thesaurario Sarebiriensi; Magistro Simone de Siwell'; Magistro Willelmo de Sumercot'; Magistro Johanne de Thinemuthe; Magistro Andrea de Bedingham; Magistro Gervasio; Magistro Adam de Walsingham; Roberto de Bristowe; Ricardo de Ringstede.

CCXCIV.

Carta Nicholai Archidiaconi Huntingdoniensis.

Nicholaus[2], Archidiaconus Huntingdoniensis, omnibus ad quos litteræ istæ pervenerint, salutem in Domino. A.D. 1168-84. Of the same.

Noverit universitas vestra, quod ego recepi fratrem Alanum, Rameseiæ Elemosinarium, in ecclesiam de Wardeboys, et in corporalem possessionem misi, ut tam ipse, quam quicumque sit Elemosinarius post eum, eandem ecclesiam obtineat, sicut benæ memoriæ Walterus, quondam Abbas Rameseiæ, dominus fundi, et Robertus quondam Lincolniensis Episcopus, eandem ecclesiam Elemosinario Rameseiæ concesserunt, et suis cartis confirmaverunt. Et dominus Papa postmodum auctoritatis suæ privilegio, et dominus Theobaldus Cantuariensis Archiepiscopus eandem concessionem carta sua ad notitiam posterorum, et ad robur firmitatis munierunt.

---

[1] Henry of Castilion, or Henry de Sandford.

[2] Nicholas de Sigillo, Archdeacon, circa 1155–1184.

Hoc autem addere curavi, quod Adam, Clericus, de Amauri, nepos noster, qui eandem ecclesiam de Elemosinario Rameseiæ tenebit, reddet annuatim eidem Elemosinario quadraginta solidos, viginti ad festum Sancti Michaelis, et viginti ad Pascha.

Idem etiam Adam memoratam ecclesiam de omnibus rebus adversus Episcopum et episcopales ministros adquietabit.

Cum autem obierit, vel vitam mutaverit, eadem ecclesia ad dispositionem Elemosinarii Rameseiæ libere revertetur.

Hoc actum est in sinodo apud Huntingdoniam.

His testibus, Hunfrido Capellano, Magistro Simone de Hist', Magistro Hamone, Willelmo et Ricardo Clericis nostris, Radulpho de Tano, Magistro Jordano, Magistro Herberto de Rameseia, Rodberto Clerico, Magistro Alexandro, Waltero de Terfelde, Ivone de Bery.

CCXCV.

Carta Walteri Abbatis Rameseiæ.

A.D. 1147-60. Of the same.

Walterus, Dei gratia Ramesiensis monasterii, licet indigne, dictus Abbas, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, salutem.

Quoniam pii affectus et religiosi est pauperum et peregrinorum necessitatibus et tribulationibus subvenire, et pauperiem indigentium in quantum potest fraternæ dilectionis affectu relevare,[1] quam plurimum fratrum nostrorum consilio utile duximus elemosinariam nostram, quibus præsumus, rationabilibus modis ampliare et possessiones ejus, in quantum possumus, multiplicare.

Inde est, quod, omnium fratrum nostrorum voto unanimi et consensu, ecclesiam de Wardeboys, cum terris liberis, et decimis, et omnibus pertinentiis suis, eidem Elemosinario concessimus, et de cætero imperpetuum ei assignavimus, ad usum et sustentationem pauperum et peregrinorum, ita ut Elemosinarius, quisquis fuerit, ejusdem ecclesiæ personatus obtineat, et rebus ecclesiasticis, pro voluntate sua, libere disponat, prout utilius poterit ad elemosinariam sustentandum.

Hanc autem nostram donationem et concessionem dominus Robertus Lincolniensis Episcopus, in cujus territorio nostra fundata est abbatia, petitione nostra confirmavit, et carta sua imperpetuum valitura corroboravit.

[1] *relevare*] reservare, MS.

CCXCVI.

Carta T[heobaldi] Cantuariensis Archiepiscopi, de ecclesia de Schitl[ingdone].

A.D. 1147-61 Grant by Walter Abbot of Ramsey of Shitlington church to Roger de Almaria.

Theobaldus,[1] Dei gratia Cantuariensis Archiepiscopus, Anglorum Primas, et Apostolicæ Sedis Legatus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Noverint universi, quoniam Walterus Abbas Rameseiæ, et totus conventus, hoc tenore, concesserunt ecclesiam de Schitlingdone Rogero de Almaria, Præcentori ecclesiæ Lincolniensis, quamdiu vixerit, tenendam.

Reddendo singulis annis quinque solidos Elemosinario Rameseiæ ad pascendos pauperes. f. clxiij.

Ut postquam decesserit, vel ad religionem conversus fuerit, ipsa ecclesia imperpetuam revocetur possessionem Rameseiæ monasterii, et in dominium Elemosinarii ad pauperes sustentandos. *Nota.*

Salvis tamen justis diocesis Episcopi per omnia consuetudinibus et dignitatibus, ita ne ulterius ad aliquam aliam transferatur personam.

Hoc factum est assensu Abbatis Walteri et totius conventus in[2] præsentia venerabilium fratrum nostrorum, Nigelli[3] Eliensis, et W[illelmi][4] Norwicensis, et R[oberti][5] Lincolniensis Episcoporum.

CCXCVII.

Carta Roberti Lincolniensis Episcopi de ecclesia de Schitlingdone.

A.D. 1146-61. Confirmation of the same by Robert Bishop of Lincoln.

Robertus,[4] Dei gratia Lincolniensis Episcopus, universis Sanctæ Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Noverit universitas hominum, præsentis et futuri temporis, quoniam Abbas Walterus, et totus conventus Rameseiæ monasterii, hoc tenore, concesserunt ecclesiam de Schitlingdone Rogero de Almaria, Præcentori ecclesiæ Lincolniensis, quamdiu vixerit, tenendam.

Reddendo singulis annis quinque solidos Elemosinario Rameseiæ ad pascendos pauperes.

Ut postquam decesserit, vel ad religionem conversus fuerit, ipsa ecclesia in perpetuam revocetur possessionem Ramesiensis

---

[1] Theobald called himself Apostolicæ Sedis Legatus as early as 1150. (Hook's Lives of the Archbishops of Canterbury, Vol. II., p. 341.)

[2] *in*] repeated in MS.

[3] Bishop of Ely, 1133–69.

[4] Bishop of Norwich, 1146–75.

[5] Bishop of Lincoln, 1147–68.

monasterii, et in dominium Elemosinarii ad pauperes sustentandos.

alvis tamen justis diocesis Episcopi per omnia consuetudinibus et dignitatibus, ita ne ulterius ad aliquam aliam transferatur personam.

Hoc factum est assensu Abbatis Walteri et totius conventus, in præsentia domini T[heobaldi] Cantuariensis Archiepiscopi, Angliæ Primatis et Apostolicæ Sedis Legati,[1] et venerabilium fratrum nostrorum N[igelli] Eliensis, W[illelmi][2] Norwycensis Episcoporum, et nostra.

CCXCVIII.

Carta Hugonis[3] *Episcopi Lincolniensis de ecclesia de Schitlingdone.*

A.D. 1189-95. Grant by Hugh Bishop of Lincoln to Ramsey Abbey of tithe sheaves pertaining to Shitlingdon Church.

Omnibus[4] Christi fidelibus,[5] ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in Domino.

Notum sit universitati vestræ nos concessisse, et præsenti carta confirmasse, ecclesiæ de Rameseia, et monachis ibidem Deo servientibus, omnes gerbas[6] decimales pertinentes[7] ad ecclesiam de Schitlingdone,[8] in usus Celerarii perpetuo convertendas, ad ampliorem hospitum receptionem,[9] præter gerbas[6] quæ pertinent ad capellam de Cranehirst,[10] capellam[11] siquidem de Cranehirst,[10] cum omnibus pertinentiis suis, et alia annua ad præfatam ecclesiam de Schitlingdone[12] pertinentia, ad vicariam ejusdem ecclesiæ plene assignavimus,[13] cum[14] terris, pratis, pascuis, virgultis, piscariis, grangiis, domibus, cum omnibus ad domos[15] pertinentibus, redditibus, et altaragiis.

Si vero[16] controversia mota fuerit super capellam de Gravehirst' et aliquo casu alienata fuerit ab ecclesia de Schitlingdone,[12] monachi recompensabunt vicario æstimationem illius capellæ, in garbis decimalibus ad ecclesiam de Schitlingdone[12] pertinentibus, ad reparationem vero ecclesiæ, librorum, et ornamentorum ejus, tam monachi quam vicarius pro portioni-

---

[1] *Legati*] Legato, MS.
[2] Bishop of Norwich, 1146–75.
[3] Bishop of Lincoln, 1186–1200.
[4] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 39.
[5] *fidelibus*] supplied from Cott.
[6] *gerbas*] garbas, Cott.
[7] *pertinentes*] omit, Cott.
[8] *Schitlingdone*] Sutlingedone, Cott.
[9] *receptionem*]susceptionem,Cott.
[10] *Cranehirst*] Gravenhirst, Cott.
[11] *capellam*] capella, Cartul.
[12] *Schitlingdone*] Sutlingd', Cott.
[13] *assignavimus*]assignamus,Cott.
[14] *cum*] in, Cott.
[15] *domos*] domum, Cott.
[16] *vero*] forte, Cott.

bus suis respondebunt. Vicarius vero omnia onera[1] episcopalia sustinebit.

Quod, ut ratum et inconcussum permaneat, præsenti scripto, et sigilli nostri patrocinio, confirmavimus.

Salvis episcopalibus consuetudinibus, et[2] Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

Salvo etiam jure Stephani de Eketone, qui jam dictam ecclesiam[3] possidet, quamdiu vixerit.

His testibus, Hamundo,[4] Decano Lincolniensis ecclesiæ; Magistro[5] Rogero,[6] Archidiacono Leycestriæ; Magistro Hamone de Wintonia, et cæteris.

CCXCIX.

Carta domini Hugonis Lincolniensis Episcopi, de ecclesia de Hemingforde.

A.D. 1186–1200. Confirmation of Hemingford church by Hugh, Bishop of Lincoln, to the Priory of St. Ives.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in Domino.

Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire nos ratam habere, et præsenti carta confirmare, donationem, quam dilecti filii nostri, Robertus, Abbas de Rameseia, et ejusdem loci conventus, fecerunt dilectis in Christo filiis, Priori et monachis Sancti Ivonis, super ecclesia Sanctæ Margaretæ de Hemmingforde, quæ est de feudo monachorum Rameseiæ ipsis monachis Sancti Ivonis perpetuo possidenda.

Salva vicaria perpetua Magistri Aristotilis, et successorum ejus, qui de eadem ecclesia, nomine pensionis, annuatim solvent ecclesiæ Sancti Ivonis quadraginta solidos ad duos anni terminos, videlicet unam medietatem in Pascha, et alteram medietatem in festo Sancti Michaelis, de quibus viginti solidi cedent in usus hospitalitatis, et viginti solidi in usus sacristariæ convertentur.

Nota. f. clxiij. b.

Quod ut ratum habeatur et firmum, præsenti scripto et sigillo nostro duximus confirmandum.

Salvis episcopalibus consuetudinibus, et Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

---

[1] *onera episcopalia*] Episcopalia onera, Cott.

[2] *et*] omit, Cott.

[3] *ecclesiam possidet*] possidet ecclesiam, Cott.

[4] Dean of Lincoln, 1189–95.

[5] *Magistro . . . cæteris,*] et aliis, Cartul.

[6] Roger de Rolveston.

Testibus Willelmo Lincolniensis ecclesiæ Cancellario, Magistro Ricardo Swalewecl', Magistro Galfrido de Depingis, Reimundo, Gaufrido de Lichel', Petro de Hungr', canonicis.

CCC.

Carta Hugonis Lincolniensis Episcopi, de vicaria de Slepe.

A.D. 1234, April 11. Institution by Hugh, Bishop of Lincoln, of Richard de Houghton to Slepe church.

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, ad præsentationem dilectorum filiorum Abbatis et conventus Rameseiæ, patronorum ecclesiæ de Slepa, dilectum in Christo filium, Ricardum de Houghtone, Capellanum, ad perpetuam ipsius ecclesiæ vicariam admisisse, ipsumque in ea canonice vicarium perpetuum instituisse, cum onere ministrandi personaliter in eadem.

Consistit autem ipsa vicaria in omnibus minutis decimis, et obventionibus altarium, tam matricis ecclesiæ quam capellarum, et generaliter in omnibus dictas matricem ecclesiam et capellas jure parochiali contingentibus, exceptis terra ecclesiæ, et decimis garbarum et feni.

Nota. Et sustinebit vicarius omnia onera ordinaria, debita et consueta, dictas ecclesiam et capellas contingentia, præter hospitium Archidiaconi, quod patroni procurabunt de extraordinariis, cum contigerint, pro rata sua respondentes.

Solvet etiam vicarius Priori de Sancto Ivone, qui pro tempore fuerit,[1] centum solidos annuos in quatuor anni terminis, videlicet, in festo Sancti Michaelis viginti et quinque solidos, in festo Natalis Domini viginti et quinque solidos, in festo Paschæ viginti et quinque solidos, et in Nativitate Sancti Johannis Baptistæ viginti et quinque solidos.

Salvis in omnibus episcopalibus consuetudinibus, et Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

Quod ut perpetuam obtineat firmitatem, præsenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum.

His testibus, Waltero, Thesaurario Lincolniæ; Roberto de Bolesoure, Capellano; et aliis.

Data, per manum Guarini de Kirketone,[2] Capellani, Canonici Lincolniensis, apud Park' Stowe, tertio idus Aprilis, Pontificatus nostri anno vicesimo quinto.

---

[1] *fuerit*] fuerunt, MS.

[2] Does not appear in Le Neve's Fasti.

CCCI.

De ecclesia de Riptone.

A.D. 1183–1206. Institution by W., Bishop of Lincoln, of Bartholomew, Canon of Lincoln, to the vicarage of Ripton. *Nota.*

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, W.,[1] Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem.

Noverit universitas vestra, quod nos, ad petitionem et præsentationem Roberti[2] Abbatis Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, Bartholomæum, Lincolniensis ecclesiæ Canonicum, ad perpetuam vicariam ecclesiæ de Riptone, assensu Johannis de Const', ejusdem ecclesiæ personæ, recepimus, et eam in perpetuam elemosinam concessimus.

Salva pensione unius bisancii a prædicto Bartholomæo præfato Johanni, nomine personatus ejusdem ecclesiæ, singulis annis persolvendi.

Salva etiam Lincolniensis ecclesiæ dignitate, et episcopalibus, et debitis consuetudinibus.

Si vero dictus Johannes personatum prænominatæ ecclesiæ dimiserit, idem Bartholomæus pensionem illam bisancii prædictis monachis singulis annis persolvet.

Ut autem hæc nostra concessio rata et illibata perseveret, eam scripti præsentis munimine, et sigilli nostri appositione, roboravimus.

Testibus, Magistro Johanne Cornub', et aliis.

CCCII.

Carta Sancti Hugonis Episcopi Lincolniensis, de pensionibus.

A.D. 1189–95. Confirmation by Hugh, Bishop of Lincoln, of certain pensions to Ramsey Abbey. *Nota.*

Omnibus,[3] Christi[4] fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in[5] Domino.

Pastoralis curæ debitum nos credimus exercere, cum ecclesiarum beneficia religiosorum usibus justa moderatione deputamus.

Inde est, quod ad dilectorum filiorum nostrorum R[oberti][6] Abbatis Rameseiæ et ejusdem loci conventus, apud quos multa

---

[1] Either Walter de Constantiis, Bishop of Lincoln, 1183–4; or William of Blois, Bishop 1203–6.

[2] Either Robert Trianel, Abbot of Ramsey, 1180–1200, or Robert de Redinges, 1202–7.

[3] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 39. with the rubric title, Carta Sancti H. Linc' Episcopi de pension'.

[4] *Christi . . . pervenerit*] et cætera, Cartul.

[5] *in Domino*] supplied from Cott.

[6] Robert Trianel.

reperimus caritatis et religionis indicia, precibus inclinati, pensiones, quas in ecclesiis suis in diocesi nostra constitutis ante tempora nostra perceperunt, episcopali auctoritate eis dignum duximus roborare.

Concedimus igitur, et præsentis scripti patrocinio confirmamus, Abbati memorato, et fratribus, et[1] eorum[2] successoribus, imperpetuum, in ecclesia de Ailingtone,[3] quinque marcas singulis annis, in ecclesia de Therefelde quatuor marcas, in ecclesia de Craunfelde[4] viginti solidos, in ecclesia de Broughtone [5]unam marcam, in ecclesia Sancti Andreæ de Huntingdone[6] unam petram ceræ; ad instantiam quoque dilecti filii nostri Magistri Herberti[7] de Rameseia, in ecclesiis suis de[8] Houghtone et Wyttone, viginti solidos, in ecclesia de Bartone, viginti solidos.

Statuentes, ut ex his pensionibus, et aliis redditibus, ad hoc
f. clxiiij. constitutis, prædicto monasterio Sancti Benedicti in sarcistectis, et luminaribus, et aliis necessariis, sufficienter, sicut decet, et honorifice provideatur.

Infirmi quoque fratres, juxta dispositionem Abbatis, prout
Nota. opus fuerit, et eorum ægritudo postulaverit, aliquam exinde recipiant[9] consolationem.

Hanc autem eis fecimus indulgentiam, eo quod honesta conversatio, humilis et benigna devotio prædictorum Abbatis et fratrum, quasi odorem thuris et mirræ, cotidie nobis, magis et[10] magis representant, ita ut in eis spiritus noster specialiter et præcipue requiescat.

Hoc autem[11] actum est apud Bukedene,[12] anno Incarnationis Dominicæ millesimo centesimo octogesimo nono.

Testibus, Hamone,[13] Lincolniensis Ecclesiæ Decano; Magistro Stephano, Lincolniensis ecclesiæ Cancellario; Roberto,[14] Abbate de Parvo Nuthel;[15] Waltero Capellano; Magistro Rogero de Rolwestone; Magistro Herberto de Rameseia; Magistro Ricardo de Linchel'.

---

[1] *et*] interlined in Cartul., omit Cott.
[2] *eorum*] eorumque, Cott.
[3] *Ailingtone*] Aylintone, Cott.
[4] *Craunfelde*] Cranf', Cott.
[5] *Broughtone*] Brouct', Cott.
[6] *Huntingdone*] Hunted', Cott.
[7] *Herberti*] Hereberti, Cott.
[8] *de Houghtone*] Houct', Cott.
[9] *recipiant*] recipient, Cott.
[10] *et*] ac, Cott.
[11] *autem*] supplied from Cott.
[12] *Bukedene*] Buggedene, Cott.
[13] Dean from 1189 to 1195.
[14] *Roberto . . . Linchel'*] et cætera, Cartul.
[15] Nutley Priory in Buckinghamshire.

CCCIII.

Confirmatio Ricardi Episcopi Lincolniensis de pensionibus et decimis.

A.D. 1262. Dec. 22. Confirmation by Richard, Bishop of Lincoln, of all pensions and tithes to Ramsey Abbey. *Nota pro decimis.*

Omnibus Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis ad quos præsens scriptum pervenerit, Ricardus, miseratione divina Lincolniensis Episcopus, salutem in Domino.

Religiosam vitam eligentibus congrua nos decet considerationе prospicere, ut ea, quæ pro quiete religiosæ conversationis diutius obtenta sunt, nec oblivio negligere, ut quædam valeat præsumptio perturbare, scilicet, quod eis antiquitas tribuit nulla possit improbitate convelli, vel novitate mutari.

Cum itaque temporibus nostris, religiosorum tranquillitati et paci addi potius cupimus, quoniam ea, quæ dudum ipsius permissa sunt, varietate temporum inmutari, dilectis filiis in Christo, Abbati et monachis de Rameseia, ecclesias, et ecclesiasticas obventiones, pensiones ecclesiarum, quæ de suo sunt patronatu, et decimas dominicorum suorum, nostræ diocesis, in quarum pacifica possessione, a tempore quo non extat memoria, fuerunt hactenus, et adhuc esse dicuntur, religionis intuitu auctoritate pontificali concedimus et confirmamus.

In quibus hæc propriis duximus vocabulis exprimenda, videlicet:—

Ecclesiam Sancti Ivonis;
Ecclesiam[1] de Rameseia;
Et ecclesiam de Byri;
Cum omnibus earum capellis, juribus et pertinentiis.
Item de ecclesia de Ailingtone, quinque marcas;
De ecclesia de Terefelde, quatuor marcas;
De ecclesia de Craunfelde, viginti solidos;
De ecclesia de Brouchtone, unam marcam;
De ecclesia Sancti Andreæ de Huntingdone, unam petram ceræ;
De ecclesia de Houctone, viginti solidos;
De ecclesia de Bartone, viginti solidos;
De ecclesia de Hemmingforde, quadraginta solidos; *Nota.*
De ecclesia de Wardeboys, quadraginta solidos;
De ecclesia de Schitlingdone, decem marcas;
De ecclesia de Riptone, duos solidos;

---

[1] *Ecclesiam . . . pertinentiis*] underlined in MS., and a dagger drawn in the margin of the MS.

De capella[1] de Wystowe, dimidiam marcam;

Nomine pensionis et beneficii perpetui percipiendas.

Item decimas de dominicis suis de Hegeneye, de Upwode, Wystowe, Riptone Abbatis, Wardeboys, Brouctone, Houctone, Slepe, Haliwelle, Hemingforde, Ailingtone, Westone, Brinigtone, Bytherne, Giddinge, Elingtone, Terefelde, Schitlingdone, Bartone et Craunfelde, de duabus garbis de dominicis domini Berengarii le Moygne in Bernewelle.

Volumus igitur, et firmiter statuimus, ut prædicti Abbas et monachi omnia prænominata, ex nostra concessione et confirmatione, pacifice et quiete obtineant, ac perpetua sibi firmitate vallata consistant.

Salvis[2] in omnibus episcopalibus consuetudinibus, et Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

In cujus rei testimonium, præsens scriptum sigilli nostri appositione fecimus communiri.

Data apud Spaldwyk', undecimo Kalendas Januarii, anno Domini millesimo ducentesimo sexagesimo secundo, et Pontificatus nostri anno quinto.

His testibus, Domino Simone de Bartone, Magistro Alano de Eboraco, Johanne de Maidenestan, et aliis.

CCCIV.

Dimissio[3] *Walteri Archiepiscopi Cantuariensis, de pensionibus et decimis.*

A.D. 1319. January 19. Confirmation by Walter, Archbishop of Canterbury, of certain pensions and tithes to Ramsey Abbey.

Nota pro decimis.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Walterus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, quod cum religiosi viri, Abbas et Conventus de Rameseia, Lincolniensis diocesis, certis die et loco per nos assignatis eisdem, coram nobis ipsam diocesim, auctoritate metropolitica, visitantibus, sua privilegia et instrumenta, quorum jure, ut dicebant, fulciti, ecclesias Sancti Ivonis de Rameseia et de Byri, dictæ Lincolniensis diocesis, cum capellis suis eidem ecclesiæ de Byri annexis, ac suis cæteris juribus et pertinentiis universis, in proprios usus tenent, necnon et annuas pensiones quinque marcarum ab

---

[1] *capella . . . Wystowe*] underlined in MS.

[2] *Salvis . . . dignitate*] underlined in MS.

[3] *Dimissio*] The whole of this word, except the initial letter, is written upon an erasure in the MS.

ecclesia de Ailingtone, quatuor marcarum ab ecclesia de Therefelde; viginti solidorum ab ecclesia de Craunfelde; f. clxiiii. b.
unius marcæ ab ecclesia de Brouctone; unius petræ ceræ ab ecclesia Sancti Andreæ de Huntingdone; viginti solidorum ab ecclesia de Houchtone; viginti solidorum ab ecclesia de Bartone; quadraginta solidorum ab ecclesia de Hemmingforde; quadraginta solidorum ab ecclesia de Wardeboys; decem marcarum ab ecclesia de Schitlingdone; duorum solidorum ab *N[ota]*.
ecclesia de Riptone; et dimidiæ marcæ ab ecclesia de Wystowe, et earum rectoribus.

Insuper et portiones decimarum de terris suis dominicis in Hygeneye, Upwode, Wystowe, Riptone Abbatis, Wardeboys, Brouctone, Houctone, Slepe, Haliwelle, Hemmingforde, Ailingtone, Westone, Briningtone, Bitherne, Giddinge, Elingtone, Terefelde, Schitlingdone, Bartone et Craunfelde, et de duabus garbis dominicorum domini Berengeri le Moygne in Bernewelle, quas percipiunt, et debere percipere se prætendunt, exhibuissent, ac etiam ostendissent.

Nos, visis, examinatis, et diligenter ponderatis hujusmodi exhibitis et ostensis, quia per eadem dictos Abbatem et conventum invenimus memoratas ecclesias, pensiones, et portiones juste et canonice possidere ipsos, quia[1] super appropriatione licita et canonica dictarum ecclesiarum et cujuslibet earumdem, ac perceptione pensionum et portionum prædictarum, ac super exercitio jurisdictionis spiritualis archidiaconalis in subditos clericos et laicos villarum de Rameseia et de Byri, super quo possessionem obtentam longissimam per tempus, cujus contrarii memoria non existit, legitime coram nobis proposuerant, et probarunt, munitos esse sufficientibus titulis reputamus, et pronunciando sententialiter declaramus, ab examine nostri officii, quantum ad nos attinet, dimittimus absolutos, dictasque ecclesias, pensiones, portiones et jurisdictionem eisdem religiosis, auctoritate metropolitica, confirmamus.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Data apud Newenham, decimo quarto Kalendas Februarii, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

---

[1] *quia*] this word seems to have been first written *quos*, and then erased.

CCCV.

Carta R[oberti] Abbatis et conventus de Rameseia, de ecclesiis de Ellesworthe et Cnapwelle.

A.D. 1180–1200. Grant by Robert, Abbot of Ramsey, to the Priory of St. Ives of the churches of Elsworth and Knapwell.

R[obertus],[1] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, omnibus ad quos præsens scriptura pervenerit, salutem in Domino.

Universitati vestræ notum fieri volumus, nos, tam religionis quam pietatis intuitu, dedisse et concessisse monasterio Sancti Ivonis de Slepe, imperpetuum, ecclesiam de Elesw[orthe], cum omnibus pertinentiis suis, præter decimas dominii nostri, quas post obitum Magistri Herberti nobis retinemus, pro quibus prædictum monasterium octo decimales acras singulis annis de dominio nostro accipiet.

Concessimus etiam eidem monasterio ecclesiam de Cnapwelle, cum decimalibus acris, et omnibus aliis ad eam pertinentibus, ad caritatem ipsius domus ampliandam, et ad fratrum sustentationem.

Dedimus etiam, et concessimus, præfato monasterio mesuagium Mainfredi[2] Presbyteri, ad ejusdem presbyteri petitionem, quantum ad nos pertinet, liberum et quietum ab omni sæculari servitio.

Hoc autem fecimus modis omnibus procurare, volentes qualiter in præfato monasterio, Omnipotenti Deo fideliter et honeste serviatur, et in conventuali numero religionis et disciplinæ fervor ibidem observetur.

CCCVI.

Carta domini Johannis Elyensis Episcopi.

A.D. 1220–25. Grant by John, Bishop of Ely, of ten marks out of the church of Elsworth to the Priory of St. Ives.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes, Dei gratia Elyensis Episcopus, salutem in Domino.

Quoniam, ex cura nobis commissa, indigentiam pauperum, et maxime domesticorum fidei, et religiosorum virorum, paterna affectione, providere tenemur, nos, paupertatem et honestatem dilectorum in Christo filiorum, Prioris et monachorum Sancti Ivonis, attendentes, Dei causa, et caritatis intuitu, ad sustentationem hospitum ibidem convenientium,

---

[1] Robert Trianel, Abbot of Ramsey, 1180–1200.

[2] See p. 162.

decem marcas argenti in ecclesia de Elesworthe, de assensu et voluntate dilectorum nostrorum in Christo, Abbatis et conventus Rameseiæ, ad quos[1] jus patronatus ejusdem ecclesiæ pertinere denoscitur, nomine simplicis beneficii, eisdem in puram et perpetuam elemosinam concessimus et contulimus, a rectore ecclesiæ ejusdem, quicunque fuerit pro tempore, annuatim percipiendas, scilicet, ad festum Sancti Michaelis quinque marcas, et ad Pascha quinque marcas. f. clxv.

Ut igitur hæc nostra concessio et collatio perpetuum firmitatis robur obtineat, eam præsentis scripti munimine, et sigilli nostri appositione, confirmavimus.

His testibus, Laurentio,[2] Priore de Bernewelle; Magistro Roberto de Ywarbi, Johanne de Newentone, Magistro Stephano de Mammacestre, Stephano de Hedd', Rogero de Cantul', Willelmo de Wychintone, Willelmo Trenchefoil, Roberto Pavely; et Willelmo de Lund, Clericis; et multis aliis.

CCCVII.

Carta Prioris Rogeri, et conventus ecclesiæ Eliensis.

A.D. 1220–1229. Confirmation of the preceding by Roger, Prior of Ely.

Universis Christi fidelibus, Rogerus[3] Prior, et totus conventus Elyensis, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, nos ratam et gratam habere concessionem et collationem decem marcarum annuarum, quas venerabilis pater noster Johannes,[4] Episcopus Elyensis, ecclesiæ Sancti Ivonis, et Priori et monachis ibidem Deo servientibus, liberaliter, in puram et perpetuam elemosinam, de ecclesia de Elesworthe percipiendas, contulit et concessit.

Valete.

CCCVIII.

Carta domini Galfridi Episcopi Eliensis, de decem marcis.

A.D. 1225–28. Confirmation of the same by Geoffrey, Bishop of Ely.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Galfridus, Dei gratia Elyensis Episcopus, salutem in Domino.

---

[1] *quos*] quod, M.S.

[2] Laurence de Stanfield or Stanesfeld, Prior of Barnwell in Cambridgeshire.

[3] Roger died a few weeks after Geoffrey de Burgh, Bishop of Ely, who died Dec. 17, 1228.

[4] John de Fontibus became Bishop of Ely in 1220.

Cartam bonæ memoriæ Johannis, Episcopi, prædecessoris nostri, inspeximus, in hac forma:—

Universis[1] Christi fidelibus, ad quos præsens[2] scriptum pervenerit, Johannes, Dei gratia Elyensis Episcopus, salutem in Domino.

Quoniam, ex cura nobis commissa, indigentiæ pauperum, et maxime domesticorum fidei, et religiosorum virorum, paterna affectione, providere tenemur, nos, paupertatem et honestatem dilectorum in Christo filiorum Prioris et monachorum Sancti Ivonis attendentes, Dei causa, et caritatis intuitu, ad sustentationem hospitum ibidem convenientium, decem marcas argenti in ecclesia de Elesworthe, de assensu et voluntate dilectorum nostrorum in Christo, Abbatis et conventus Rameseiæ, ad quos jus patronatus illius ecclesiæ pertinere dinoscitur, nomine simplicis beneficii, eisdem in puram et perpetuam elemosinam concessimus et contulimus, a rectore ecclesiæ ejusdem, quicunque fuerit pro tempore, annuatim percipiendas, scilicet, ad festum Sancti Michaelis quinque marcas, et ad Pascha quinque marcas.

Huic igitur concessioni et collationi assensum præbentes, dictis Priori et monachis dictas decem marcas auctoritate diocesana confirmamus.

Salvo nobis et successoribus nostris jure pontificali et parochiali.

In cujus rei testimonium præsentem cartam fieri fecimus, et sigilli nostri appositione muniri.

His testibus, Magistro Petro de Derham; Magistro Willelmo de Baucis; Magistro Adam de Horning; Roberto; Roberto, Vicario de Someresham; Adam de Trigunt'; Willelmo de Straham, et multis aliis.

CCCIX.

Carta Hugonis Abbatis Rameseiæ, de pensione de Elesworthe.

A.D. 1220–25. Confirmation of the same by Hugh, Abbot of Ramsey.

Universis Christi fidelibus Hugo,[3] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos ratam et gratam habere concessionem et collationem decem marcarum annuarum, quas

[1] See No. CCCVI., p. 184.

[2] *præsens*] omit, MS.

[3] Hugh Foliot.

dominus Johannes, Elyensis Episcopus, ecclesiæ Sancti Ivonis, et Priori et monachis ibidem Deo servientibus, liberaliter, in puram et perpetuam elemosinam, de ecclesia de Elesworthe percipiendas, contulit et concessit.

Valete.

CCCX.

Hugo Episcopus Eliensis de capellis Abbatis.

A.D. 1254. Jan. 19. Licence granted by Hugh, Bishop of Ely, to the Abbot of Ramsey to build chapels at Over and elsewhere.

Universis, et cætera, Hugo, Dei gratia Eliensis Episcopus, salutem.

Noveritis nos concessisse venerabili viro domino Willelmo,[1] Abbati Rameseiæ, et successoribus suis, quod liceat eis capellas construere et habere infra septa curiarum suarum de Overe, Chateriz, Ellesworthe, Gravele, nostræ diocesis; in quibus sibi et familiæ divina faciant licite celebrari.

Salva indemnitate matricium ecclesiarum.

Nota.

In cujus rei testimonium has literas nostras Abbati concessimus patentes.

Data apud Someresham, in crastino Sancti Petri ad Cathedram, anno Domini millesimo ducentesimo quinquagesimo tertio.

CCCXI.

Carta Gaufridi, Episcopi Eliensis, de calceta de Alrich', de duobus solidis.

A.D. 1177-89. Release by Geoffrey, Bishop of Ely, of the men of Ramsey Abbey from certain works. f. clxv. b.

Universis[2] Sanctæ Matris Ecclesiæ[3] filiis, ad quos litteræ præsentes pervenerint, Gaufridus,[4] Dei gratia Eliensis[5] Episcopus, salutem in[6] Domino.

Noverit universitas, quod nos et conventus Eliensis[7] exegimus[8] ab hominibus Abbatis Rameseiæ in Chateriz, infra libertatem Sanctæ Etheldredæ[9] et nostram, et in hundredo nostro de Wicheforde[10] manentibus, operationem quandam ab[11]

---

[1] William Acolt. The royal assent to his election was given Oct. 10, 1253.

[2] Also in Cott. Vesp. E. II., f 36 b.

[3] *Ecclesiæ . . . pervenerint*] et cætera, Cartul.

[4] *Gaufridus . . . Eliensis*] Galfridus . . . Elyensis, Cott.

[5] Geoffrey Ridel, Bishop of Ely, 1173–1189.

[6] *in Domino*] supplied from Cott.

[7] *Eliensis*] Elyensis, Cott.

[8] *exegimus*] exigimus, Cartul.

[9] *Etheldredæ*] Etheldrethæ, Cott.

[10] *Wicheforde*] Wychforde, Cott.

[11] *ab*] *ex*, Cott. The words *ex eis* are also inserted in the margin in Cott., and referred to their proper place in the text by a mark.

eis ex antiquo debitam, in portione quæ eis competebat, in calceta de Alrehedam,[1] sicut homines nostri, procedentes, et testificantes operationem illam deberi a prædictis hominibus, dicebant.

Quorum quidam dicebant se vidisse, a[2] prædictis hominibus de Chateriz, operationem illam factam fuisse in[3] eadem calceta, et districtionem factam catallorum eorundem hominum de[4] Chateriz pro defectu illius operationis, et se hoc probaturos asserebant.

Hominibus Abbatis econtra[5] asserentibus, se nec fecisse, nec debere[6] facere operationem illam.

Propter quod nos, et memoratus Abbas convenientes, de verbo illo, mediantibus hominibus nostris, qui aderant, tractavimus, ita quod, propter illius exactionis gravamen et districtionem, quæ fiebat, de prædictis[7] catallis prædictorum hominum, pro operatione prædictâ, de consensu ejusdem Abbatis, et ejusdem loci conventus, iidem homines de Chateric, et successores eorum post ipsos,[8] ecclesiæ Eliensi,[9] et nobis, et successoribus nostris, solvent annuatim, ad Pascha, duos solidos, ad reparationem ejusdem calcetæ, et hoc faciendo, inperpetuum liberi et quieti erunt[10] a prædicta operatione.

Et sic[11] inter nos, et Abbatem, et prænominatos homines suos, pax facta est[12] de prædictâ exactione.

In testimonium autem pacis, prædicto modo factæ, præsenti scripto sigillum nostrum appendimus.[13]

Testibus.

CCCXII.

Carta de calceta de Alrich' de duobus solidis.

A.D. 1225-28. Confirmation of the same by Richard Prior of Ely.

Universis[14] Sanctæ[16] Matris Ecclesiæ filiis, ad quos liiteræ præsentes pervenerint, Ricardus,[15] Prior Eliensis[16] ecclesiæ, et totus conventus ejusdem loci,[17] salutem in[18] Domino.

---

[1] *Alrehedam*] Alderhedam, Cott.
quidam] quidem, Cartul.

[2] *prædictis . . . Chateriz*] supplied from Cott.

[3] *in . . calceta*] omit, Cott.

[4] *de Chateriz*] omit, Cott.

[5] *econtra*] contra, Cott.

[6] *debere facere*] facere debere, Cott.

[7] *prædictis*] supplied from Cott.

[8] *ipsos*] eos, Cott.

[9] *Eliensi*] E

[10] *erunt*] erint, Cartul.

[11] *sic*] si, Cott.

[12] *est*] omit, Cott.

[13] *appendimus*] apposuimus, Cott.

[15] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 37.

[16] *Sanctæ . . . pervenerint*] et cætera, Cott.

[15] Richard was Prior of Ely from 1177 to 1189.

[16] *Eliensis*] Elyensis, Cott.

[17] *loci*] ecclesiæ, Cott.

[18] *in Domino*] supplied from Cott.

Noverit universitas vestra dominum nostrum Gaufridum, Dei gratia Eliensem[1] Episcopum, exegisse[2] ab hominibus Abbatis de[3] Rameseia, manentibus in Chateriz, videlicet infra libertatem Sanctæ Etheldredæ[4] in hundredo de Wicheforde,[5] operationem quandam ab eis ex antiquo debitam, in portione quæ eis competebat, in calceta de Alreheda,[6] sicut homines de hundredo, procedentes, et testificantes operationem illam deberi a prædictis hominibus, dicebant.

Quorum quidam dicebant se vidisse operationem illam a[7] prædictis hominibus de Chateriz factam fuisse, et districtionem factam catallorum eorundem hominum pro defectu illius operationis, et hoc[8] se probaturos asserebant.

Hominibus Abbatis econtra asserentibus, se nec fecisse, nec facere debere illam operationem.

Propter quod dominus Episcopus et memoratus Abbas convenientes, de verbo illo, mediantibus[9] hominibus utriusque partis, qui aderant, tractaverunt, ita quod, propter illius exactionis[10] gravamen et districtionem, quæ fiebat, de catallis prædictorum hominum, pro operatione[11] prædicta, de consensu Abbatis de[12] Rameseia et ejusdem loci conventus, iidem homines de Chateriz, et successores eorum post eos, ecclesiæ Eliensi,[13] et domino Episcopo, et successoribus suis, solvent annuatim, ad Pascha, duos solidos, ad reparationem prædictæ calcetæ, et hoc faciendo, inperpetuum, liberi et quieti erunt a prædicta operatione.

Quam quidem transactionem, inter dominum Eliensem[14] et Abbatem Rameseiæ prædicto modo factam, concedimus, et ratam habemus, et ad eandem corroborandam præsenti cartæ sigillum nostrum appendimus.

Testibus, Waltero filio Hugonis, et[15] aliis.

---

[1] *Eliensem*] Elyensem, Cott.

[2] *exegisse*] exigisse, Cartul.

[3] *de*] omit, Cott.

[4] *Etheldredæ*] Atheldreth', Cott.

[5] *Wicheforde*] Wycheforde, Cott.

[6] *Alreheda*] Alderhed, Cott.

[7] *a prædictis hominibus*] et hominibus prædictis, Cott.

[8] *hoc se*] se hoc, Cott.

[9] *mediantibus*] repeated in Cott.

[10] *exactionis*] omit, Cott.

[11] *operatione prædicta*] prædicta operatione, Cott.

[12] *de*] omit, Cott.

[13] *Eliensi*] Elyensi, Cott.

[14] *Eliensem*] Elyensem, Cott.

[15] *et aliis*] et cæteris, Cott.

CCCXIII.

De heremitorio in Dunham.

A.D. 1180–1207. Agreement between Aillet and Brother the parson of Downham concerning the hermitage of Downham.

Hæc est conventio inter fratrem Ailletum, qui tenet heremitorium de Dunham, et Willelmum, Personam ecclesiæ de Dunham, quod ipse Ailetus, pro omnibus decimis et obventionibus ejusdem loci, annuatim reddet ecclesiæ de Dunham duodecim denarios ad Pascha.

In festo autem Sancti Andreæ Capellanus de Dunham missam celebrabit in capella heremitorii de Dunham, et medietas oblationum cedet Personæ ecclesiæ de Dunham, et alia medietas fratribus ejusdem loci.

Nullus autem conversus perpetuus, præter illos tres qui modo ibi sunt, videlicet, Sigherus, Staumerus, et Thurstanus, nec aliquis capellanus perpetuus vel annalis recipietur ibi, nisi per ecclesiam Rameseiæ, cum assensu personæ ecclesiæ de Dunham.

Qui capellanus fidelitatem præstabit, quod in nullo diminuet jus parrochialis ecclesiæ de Dunham.

Conversi, qui ibi fuerint, spiritualia percipient ab ecclesia Rameseiæ, ad quam, si pervenire non poterint, eandem percipient ab ecclesia de Dunham, et non ab alia.

Sæculares autem viri, si qui ibi fuerint, pertinebunt ad ecclesiam de Dunham, tanquam parochiani.

Si vero Abbas illuc aliquem de monachis suis mittere voluerit quem placuerit, ibi remanebit.

f. clxvi. Ista conventio facta est apud Rameseiam, in præsentia domini Roberti[1] Abbatis, et ejus auctentico sigillo roborata, utrumque fide præstita.

His testibus, W. Priore, et cæteris.

CCCXIV.

Carta Hugonis Abbatis, de Capella de Reche.

A.D. 1216–1231. Confirmation by Hugh, Abbot of Ramsey, of the chapel of Reche.

Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, omnibus et cætera, salutem.

Noverit universitas vestra, nos ratam et gratam habere concessionem et confirmationem, quam Magister Willelmus de Bodesham,[2] Archidiaconus Notinghamiæ, rector ecclesiæ

[1] Most probably either Robert Trianel, Abbot 1180–1200, or Robert de Redinges, 1202–7.

[2] Held office in 1224.

Sanctæ Mariæ de Borewelle, quæ ad nostram spectat donationem, fecit parochianis suis de Reche, videlicet, quod ipsi habeant unam capellam, in villa de Reche sitam, in parochia memoratæ ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Borewelle, in qua persona, vel vicarius perpetuus, qui pro tempore fuerit, faciat ministrari per capellanum matricis ecclesiæ præfatæ, ter in hebdomada, salva in omnibus indemnitate matricis ecclesiæ, scilicet ab antiquis consuetudinibus, tam in oblationibus, quam ceragiis, et pane benedicto, et legationibus, et omnibus aliis obventionibus debitis et consuetis.

Præfati vero parochiani de Reche annuatim solvent unam marcam argenti vicario perpetuo matricis ecclesiæ, si ibi fuerit, vel rectori ejusdem, qui pro tempore fuerit, ad sustentationem capellani in prædicta villa ministrantis,[1] ut prædictum est, ad duos terminos Paschæ et Michaelis.

Si vero in aliquo terminorum cessaverint a solutione, vel in aliquo contra prædicta in præjudicium matricis ecclesiæ venire præsumpserint, prædicta capella cessabit a celebratione divinorum, quousque matrici ecclesiæ prædicti parochiani satisfecerunt competenter.

Ad hoc autem fideliter observandum, obligaverunt se Alanus de Reche et alii parochiani, pro se et successoribus suis, præstito juramento corporali.

Ut autem hæc nostra rati et grati habitio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsenti scripto signa nostra dignum duximus apponere.

CCCXV.

Confirmatio Johannis Episcopi Norwicensis, de Hulmo.

A.D.1175-90. Confirmation by John, Bishop of Norwich, of the advowson of Holm church. *Nota pro pensione in Hulme, et cætera.*

Omnibus[2] Christi[3] fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Johannes,[4] Norwicensis[5] Episcopus, salutem in[6] Domino.

Universis notum esse volumus, quod cum controversia verteretur inter venerabilem virum R[obertum] Abbatem et conventum Rameseiæ,[7] et nobilem virum Johannem Extraneum, super advocatione ecclesiæ de Hulmo, nos, ex officii nostri debito, pacem inter illos reformare volentes, pietatis intuitu,

---

[1] *ministrantis*] minístrat', MS.

[2] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 40 b.

[3] *Christi . . . . pervenerit*] et cætera, Cartul.

[4] John of Oxford, Bishop of Norwich, 1175–1200.

[5] *Norwicensis*] Norwyc', Cott.

[6] *in Domino*] supplied from Cott.

[7] *Rameseiæ*] de Rameseia, Cott.

ipso Johanni, ejusdem ecclesiæ patrono, assensum præbente concessimus, ut jam [1] dictus Abbas et conventus unam marcam argenti imperpetuum de eadem annuatim percipiant ecclesia, quam clericus, quicunque fuerit in ipsa ecclesia, ad præsentationem præfati Johannis, vel heredum suorum, ab Episcopo persona institutus, eidem Abbati et conventui annuatim, de prædicta persolvet ecclesia, ipse autem Abbas et conventus nihil amplius in ipsa sibi poterunt ecclesia vendicare.

Memoratus vero Johannes et heredes sui ad ecclesiam illam, cum ipsam vacare contigerit, Episcopo clericum præsentabunt.

Et ut hæc nostra concessio perpetuam habeat firmitatem, eam præsenti scripto et sigilli nostri appositione confirmamus.

Testibus, Godefrido de Luci,[2] Radulpho[3] Herefordiæ, et Radulpho[4] Colecestriæ, et Willelmo Totenes',[5] Archidiaconis, Gaufrido Capellano, Magistro Lamberto, Magistro Waltero de Calva.

CCCXVI.

De ecclesia de Depedale.

A.D. 1163-77. Confirmation by Gilbert Foliot, Bishop of London, of the advowson of Depedale church to Ramsey Abbey.

Nota.

Gilbertus, Dei gratia Lundoniensis Episcopus, omnibus et cætera, salutem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod causam, quæ vertebatur inter dominum Willelmum [6] Abbatem Rameseiæ et Godefridum Presbiterum, super ecclesia de Depedale, a Domino Papa nobis delegatam, mediante concordia, hoc modo terminavimus, partibus in præsentia nostra constitutis, miles quidam, Walterus de Grisiomonte, quem dictus presbiter suæ præsentationis laudavit auctorem, publice cognovit, quod jus patronatus illius ecclesiæ ad Ramesiense monasterium pertineret, et si quid juris ad eum, vel ad fundum ejus, super ea re pertinebat, in manu nostra resignavit, et Ramesiensi monasterio concessit, fide data promittens, quod nunquam de cætero,

---

[1] A hand is drawn here in the margin in Cartul.

[2] *Luci . . . Calva*] Lacu et cæteris, Cartul.

[3] Ralph Foliot, Archdeacon of Hereford. He died 1195.

[4] Ralph was Archdeacon of Colchester in 1186. He died 1190.

[5] There is no William Archdeacon of Totness in Le Neve's list.

[6] William ceased to be Abbot of Ramsey in 1177.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

per se, vel per alium, adversus eos super hoc querelam moveret.

Quo facto, memoratus presbiter, procedens in medium, publice confessus est, quod personatum illius ecclesiæ, per injustam possessionem, fuisset adeptus, et eandem in manu nostra liberam, spontanea voluntate, resignavit.

Nos igitur, jus Ramesiensis monasterii ex confessione partium plenius cognoscentes, tam jus advocationis quam ipsam ecclesiam, quantum ad nos pertinebat, Apostolica freti auctoritate domino Abbati, et per eum Ramesiensi monasterio, assignavimus perpetuo possidendam, et præsenti scripto confirmavimus. f. clxvi. b.

Hoc autem factum est Londoniæ, apud Sanctum Paulum, sub præsentia nostra, et meliorum capituli nostri, et sub his testibus, Radulpho de Disci,[1] et Ricardo Foliot,[2] et cætera.

CCCXVII.

De capella de Burewelle.

A.D. 1246. Sept. 29. Licence from Walter, Bishop of Norwich, to Ramsey Abbey to construct an oratory in Burwell.

Omnibus Christi fidelibus has literas visuris vel audituris, Walterus,[3] Dei gratia Norwicensis Episcopus, salutem in Domino.

Attendentes religiosos, præcipue cum divinis debeant interesse officiis, a strepitu laicali penitus fore segregandos, quibus in ecclesiis parochialibus, populari multitudine multotiens concurrente, non minus tediose quam periculose intenderent.

Volentes singulorum honestati prospicere, in quantum possumus, viro venerabili et discreto, Abbati de Rameseia, construendi oratorium in manerio suo de Burewelle, nostræ diocesis, in quo liceat sibi, vel monacho suo, cum ibidem venerint, ad opus suum et familiæ suæ, divina celebrare, rectoris ecclesiæ de Burewelle interveniente consensu, jure et indemnitate ecclesiæ prælibatæ salvis in omnibus, ex gratia speciali liberam concedimus facultatem.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum.

Data apud Suthelingham, tertio Kalendas Octobris, Pontificatus nostri anno secundo.

CCCXVIII.

Dimissio in diocesi Norwicensi, sede vacante.

A.D. 1325. August 20. Dismission by John de Gadesley,

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsentes literæ pervenerint, Johannes de Gadesley, Officialis et custos

[1] Ralph de Diceto.
[2] Archdeacon of Colchester.
[3] Walter de Suthfeld, Bishop of Norwich, 1245–57.

official of the diocese of Norwich, (sede vacante) of Ramsey Abbey concerning certain pensions.

spiritualitatis civitatis et diocesis Norwicensis, sede vacante, per venerabilem patrem, dominum Walterum, Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum, totius Angliæ Primatem, deputatus, salutem et pacem in Domino sempiternam.[1]

Nota pro pensione de Hulme, et cætera.

Noverit universitas vestra, quod cum Abbas et conventus de Rameseia, Lincolniensis diocesis, coram nobis dictam diocesim Norwicensem nuper visitantibus, ad proponendum et ostendendum, pro termino peremptorio, jus suum super perceptione pensionum subscriptarum, videlicet, de ecclesiis de Brauncestre unam marcam, de Walsokne quadraginta solidos, de Laushulle duas marcas, Sancti Petri de Welle duas marcas, de Helingheye viginti solidos, Sancti Alberti de Brunham unam marcam, de Dounham quatuor solidos, de Burewelle tres marcas, de Depedale tres marcas, de Magna Ringstede[1] unam marcam, et de Holm unam marcam, fuissent evocati; pars dictorum Abbatis et conventus, juxta vocationem hujusmodi coram nobis comparens, super perceptione pensionum prædictarum, omnium et singularum, exhibuit et docuit sufficienter.

Unde nos, juxta juris exigentiam procedentes, præfatos religiosos, super perceptione pensionum prædictarum, tanquam sufficienter munitos, ab officio nostro totaliter duximus dimittendos.

In cujus rei testimonium sigillum officialitatis Sanctæ Trinitatis Norwici, quo in officio modo usi sumus, præsentibus est appensum.

Data apud Lennam, decimo tertio Kalendas Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

CCCXIX.

Dimissio Walteri Archiepiscopi.

A.D. 1325. Nov. 22. Confirmation of the same by Walter, Archbishop of Canterbury. *Pro Hulme.*

Universis[2] præsentes literas inspecturis, Walterus, permissione divina Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, salutem, et sinceram in Domino caritatem.

Noveritis nos factum sive processum Magistri Johannis de Gaddesle, Clerici nostri, infra scriptum, inspexisse, et diligenter examinasse, formam continens infra scriptam:—

Universis Sanctæ Matris, et cætera; *ut supra.*[3]

Et nos Walterus Archiepiscopus supradictus totum processum prædictum, tanquam rite et legitime habitum, ex certa nostra scientia, confirmamus et approbamus per præsentes.

---

[1] A hand is drawn here in the margin.

[2] A hand is drawn in the margin to call attention to this document.

[3] See preceding document.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum.

Data apud Lamthuthe, decimo Kalendas Decembris, anno Domini supradicto.

CCCXX.

Carta Hugonis de[1] *Welles, Lincolniensis Episcopi, de celeraria Rameseiæ.*

A.D. 1222. April 5. Confirmation by Hugh, Bishop of Lincoln of the celerarship of Ramsey Abbey.

Omnibus[2] Christi[3] fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, salutem in[4] Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum vacante abbatia Rameseiæ, et in manu domini[5] Johannis, quondam illustris Regis Angliæ, existente, tempore quo fuimus electi in episcopum, monachi ejusdem domus celeraria sua, per custodes ibi ab eodem domino Rege deputatos, fuissent destituti.

Nos tandem, penes eundem dominum Regem, tempore vacationis, obtinentes, exigente justitia, procurantes, quod eadem ipsis monachis fuerat restituta, tamquam obedientia[6] ad ipsos pertinens specialiter.

Volentes igitur eorundem monachorum indemnitati, quantum in nobis est, super his in posterum provideri, ad instantiam f. clxvii. eorum, et de[7] assensu et voluntate dilecti in[8] Christo filii, Hugonis, ejusdem loci Abbatis,[9] celeriariam[10] prædictam, sicut eam habuerunt ab antiquo, et ut eis, sicut prædictum est, fuerat restituta, episcopali auctoritate eisdem confirmamus, statuentes ne quis ipsis molestiam inferat, aut gravamen.

Salva in omnibus Lincolniensis ecclesiæ dignitate.

Et in hujus rei testimonium præsenti scripto, sigillum nostrum, una cum sigillis, tam prædicti Abbatis, quam conventus memorati, duximus apponendum.

Data per manum Thomæ de Fiskitone,[11] Capellani Canonici Lincolniæ, apud Bukedene,[12] Nonas Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio decimo.

---

[1] *de Welles*] interlined in a smaller and different hand in Cartul.

[2] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 38 b. with this rubric title, *Carta H. 'Linc' Episcopi de celeraria Rames'.*

[3] *Christi . . . pervenerit*] et cætera, Cartul.

[4] *in Domino*] supplied from Cott.

[5] *domini*] supplied from Cott.

[6] *obedientia*] obedientiam, Cartul.

[7] *de*] supplied from Cott.

[8] *in Christo*] repeated in Cott. after filii.

[9] *Abbatis*] Abbati, Cartul.

[10] *celeriariam . . . est*] this passage is written in the margin in Cott., and referred to its proper place in the text by a mark.

[11] *Fiskitone*] Fisketone, Cott.

[12] *Bukedene*] Buggedene, Cott.

CCCXXI.

Carta[1] *prædicti Hugonis de*[2] *Welles, Lincolniensis Episcopi.*

A.D.1222-35. Of the same.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ, filiis præsentibus et futuris. Notum esse volumus, quod ego Hugo, Dei gratia Lincolniensis Episcopus, quondam Johannis Regis Cancellarius, post reversionem domini Stephani Archiepiscopi et nostram ab exilio in Angliam, confecta prius pacis concordia inter ipsum Regem Johannem et dominum Stephanum, Cantuariensem Archiepiscopum, durante adhuc interdicto, habere fecimus dilectis filiis nostris, monachis Rameseiæ, non sine gravi nostri corporis dispendio, plenam et integram seisinam et dispositionem celerariæ suæ, quam idem Rex in manu sua, tunc temporis vacante abbatia, aliquamdiu tenuerat, de qua ipsos monachos, causa interdicti, disseisaverat.

In hujus rei testimonium, ut nostri semper memoriam habeant jam dicti monachi in orationibus et beneficiis suis, hoc scriptum illis, sub sigilli nostri attestatione, in posterum munimen contulimus.

Prædicti vero loci Abbas, quæ de manibus Celerarii monachorum solebat antiquitus de jure percipere, nec per se, nec per aliquem suorum, sed per manus Celerarii sui, propter emergentia, obsequentium mala recipiet.

Inhibemus ergo, ex parte Dei, et nostra, ne Celerarium prædictorum monachorum, attrectari, vel de rebus Celerarii, illis invitis, disponere præsumat.

Quod si quis, contra hanc nostram prohibitionem venire attemptaverit, maledictionem Omnipotentis Dei et nostram se noverit incursurum.

CCCXXII.

Carta Gaufridi de Magna Villa, de redditu centum solidorum.

A.D. 1163. April 6. Grant by Geoffrey de Mandeville, Earl of Essex, of a rent of 100 shillings to Ramsey Abbey.

Gaufridus[3] de Magna Villa, Comes Essexiæ, omnibus amicis suis et hominibus, et universis Sanctæ Ecclesiæ filiis, salutem.

Satis notum est, quanta damna pater meus Comes Gaufridus, tempore guerrarum, monasterio de Rameseia irrogaverit.

Et quia tanta noxia[4] publico dinoscitur indigere remedio, ego, tam pro eo quam pro suis satisfacere volens, consilio Sanctæ Ecclesiæ cum Willelmo Abbate, monachisque suprascripti cenobii, in hanc formam composui, anno ab Incarnatione

---

[1] This document is written at the foot of the page.

[2] *de Welles*] interlined in MS.

[3] Geoffrey de Mandeville, second Earl of Essex.

[4] *noxia*] noxa, MS.

Domini millesimo centesimo sexagesimo tertio, primo Sabbato post octavam Paschæ, apud Wyndesore, præsente domino Rege Henrico, assentienteque domino Thoma, Archiepiscopo Cantuariensi, et Hilario Cicestrensi Episcopo.

Triennio primo solvam monachis prætaxatis annuos centum solidos, medietatem in festo Sancti Michaelis, medietatem in Pascha, et priusquam compleatur triennium illud, assignabo eis redditum centum solidorum in ecclesiis, vel in terris, loco utili et idoneo, et id me facturum, sub fidei religione, in manu domini Cantuariensis promisi.

Et quia constat sæpedictum patrem meum in irrogatione damnorum memoratæ ecclesiæ bona thesauri in cappis, et textis, et hujusmodi plurimum delapidasse, ad eorundem reparationem, ad ecclesiæ ornatum, dignum duxi redditum istum assignari.

Sicque et quo scriptum est modo, super altare ecclesiæ de Rameseia obtuli, redditum illum, et præsenti pagina communivi, coram universo conventu, præsenti Hasch' Capellano, et aliis.

CCCXXIII.

Carta Thomæ Cantuariensis Archiepiscopi,[1] *pro Gaufrido de Maundeville.*

A.D. 1163. Notification of the same by Thomas Archbishop of Canterbury.

Thomas, Dei gratia Cantuariensis ecclesiæ Minister humilis, universis Sanctæ Matris Ecclesiæ fidelibus, salutem.

Publice notum est, Gaufridum de Maundeville multa damna monasterio de Rameseia, tempore hostilitatis, irrogasse.

Quapropter Comes Gaufridus filius ejus, pro patre suo satisfacere desiderans, cum Willelmo Abbate, monachisque cenobii de Rameseia, in hunc modum composuit, triennio isto solvet præfatus Comes monachis annuos centum solidos, medietatem ad festum Sancti Michaelis, medietatem ad Pascha.

Et antequam compleatur hoc triennium assignabit Comes Gaufridus cenobio de Rameseia redditum centum solidorum, loco opportuno et commodo, in terris vel in ecclesiis, quod se facturum, se fidei religione in nostra manu promisit.

Præsente venerabili fratre nostro, Hilario, Cicestrensi Episcopo; et assidentibus nobis clericis nostris, Roberto[2] Archidiacono de Oxonia, et aliis.

---

[1] *Archiepiscopi*] Archiepiscopo, MS.

[2] Robert Foliot, afterwards Bishop of Hereford.

CCCXXIV.

Carta[1] *Huberti Archiepiscopi Cantuariensis.*

A.D. 1193–1205. Constitutions of Hubert Archbishop of Canterbury concerning the governance of Ramsey Abbey.

Plures servientes, quam antiquitus esse solebant.

Thesaurarii accipiant denarios de camera Abbatis, undecunque pervenerint, et consilio Prioris sociorumque ejus expendant in sustentatione domus, et quietantiis debitorum; et compotum reddant per quatuor quarteria anni.

Unus monachus eligatur de communi consilio, qui ferat sigillum Abbatis, et nullas literas faciat patentes sine communi consilio.

vacat'.

Nullus firmariorum de camera Abbatis reddat firmam suam, nisi thesaurariis; et si aliis redidderint, non eis computabitur, nec in tallia ponetur.

Nullum corrodeum de cætero donetur, nisi de communi consilio.

Magister operum habeat custodiam ferri et aceri, secundum antiquam consuetudinem.

Nullum manerium, neque de celario, neque de camera Abbatis, cum vacaverit ad firmam tradatur, nisi de communi consensu et consilio.

Nulla terra detur, neque sartum concedatur, nec terra consuetudinaria libera efficiatur, nisi de communi consilio.

Auxilium non ponatur per Abbatiam, nisi de communi consilio.

Nulla ecclesia vacans detur, nisi de communi consilio.

vacat'.

Nullus mittatur ad ordines, nisi accepta licentia et benedictione conventus in capitulo.

f. clxvii. b.

vacat'.

Pannus elemosinæ ematur singulis annis de camera Abbatis decem marcis, secundum antiquam consuetudinem.

Nullus puer minoris ætatis suscipiatur in religione.

Unusquisque obedientiarius, cum socio suo, expensas officii sui faciet, et computet.

Omnia alia emendenda de communi consilio emendentur.

Hæc autem omnia provisa sunt, ut salva sit in omnibus dignitas Abbatis, et reverentia ei debita.

---

[1] This title is partially erased in the MS., and the document itself, which is merely a fragment of No. CCCXXVIII. (p. 206), is struck through lightly with the pen.

CCCXXV.

Propositio pro decimis et capellis Rameseiæ in dyocesi Lincolniensi.

In Dei nomine, Amen.

A.D. 1328. December 9. A propounding of the right of Ramsey Abbey to certain tithes and chapels in the diocese of Lincoln.

In questione, re, seu negotio, coram venerabili patre, domino Henrico, Dei gratia Lincolniensi Episcopo, ejusve Commissario, super ecclesiis Sancti Ivonis de Rameseia, et de Byri, Lincolniensis dyocesis, cum capellis suis et eisdem annexis, ac cæteris juribus et pertinentiis universis, quas et quæ religiosi viri, Abbas et conventus Rameseiæ, in usus proprios tenuerunt et tenent, ac super annuis pensionibus et portionibus decimarum, ac jurisdictione Archidiaconi, et ejus exercitio, de quibus objicitur in hac parte, ego, Procurator ipsorum religiosorum, contra vos, officiumque vestrum, et omnia objecta, in hac parte, vim et effectum eorundem dico, et excipiendo propono, quod ante quamcunque visitationem, seu processum aliqualem, per dictum patrem Lincolniensem, vel ejus auctoritate factum, habitum, seu inchoatum, in hac parte, omnis eadem res et questio, totumque negotium prædictum a diu fuit, et est notorie, per bonæ memoriæ dominum Walterum, Dei gratia Cantuariensem Archiepiscopum, totius Angliæ Primatem, dictam diocesim jure metropolitico visitantem, vestrum superiorem in hac parte judicem competentem, et ejus auctoritate etiam causa cognita judicialiter finita, finaliter judicata, et terminata, finitum, judicatum, et terminatum, pro dictis religiosis.

Idemque pater, visis et examinatis, et diligenter ponderatis, eorum exhibitis, et ostensis, quia per eadem dictos Abbatem et conventum invenit memoratas ecclesias, pensiones, et portiones, juste et canonice possidere, ipsosque super appropriatione licita et canonica dictarum ecclesiarum, et cujuslibet earundem, ac perceptione pensionum et portionum prædictarum, ac exercitio jurisdictionis spiritualis Archidiaconi in subditos clericos et laicos villarum de Rameseia et de Byri, super quo possessionem obtentam longissimam per tempus, cujus contrarii memoria non existit, legitime, coram dicto domino Archiepiscopo, proposuerant et probarunt, munitos esse sufficientibus titulis reputavit, et pronunciando sententialiter declaravit, ipsos religiosos dimittens super his penitus absolutos, dictasque ecclesias, pensiones, portiones, et jurisdictionem, eisdem religiosis, auctoritate metropolitica, confirmavit, quæ quidem in auctoritatem rei judicatæ transierunt et finitæ, propter quæ super eisdem conveniri, vexari, vel im-

pediri[1] de jure non poterunt, nec debebunt, sed in hac parte sunt in pace merito dimittendi, quod fieri peto cum effectu.

Præmissa conjunctim seu divisim propono, et officio me legitime probaturum juris beneficio semper salvo.

Ad hæc quatenus expediri poterit ipsis dominis meis absque præjudicio eorundem, dico et propono, quod ipsi, ac prædecessores et prædecessores eorundem, ac monasterium ipsorum semper, a cujus contrarii memoria non existit, notorie sunt et fuerunt in possessione, vel quasi jure percipiendo et obtinendo quascunque decimas, quas percipiunt in alienis parrochiis, si quæ fuerint, et de quibus objicitur in hac parte; ac etiam jurisdictionis quæ dicitur Archidiaconalis, et exercitii ejusdem; ac ecclesiæ de Byri, quam possident per Elemosinarium suum; et ecclesiæ de Rameseia, quam possident per Sacristam suum; et ecclesiæ Sancti Ivonis, quam per Priorem Sancti Ivonis et socios suos monachos possident; necnon oratoriorum et capellarum in maneriis suis existentium, in quibus faciunt et fecerunt celebrari, ac in possessione juris ita celebrandi, toto tempore prædicto, de quibus objicitur in hac parte.

Quæ me offero legitime probaturum, quatenus et si approbationis onere non debeam relevari, propter quæ, super his facta fide, pars ipsorum religiosorum et ipsi domini mei sunt in hac parte merito dimittendi, quod fieri peto cum effectu juris beneficio semper salvo.

Proposita apud Riptone Abbatis, die Veneris proxima post festum Sancti Nicholai, videlicet nono die mensis Decembris, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo octavo, indictione duodecima, secundum cursum Ecclesiæ Anglicanæ.

Per Hemesby, Notarium Episcopi Lincolniensis.

CCCXXVI.

Literæ Regi directæ.

A.D. 1319. September 5. f. clxviii. Letter of the Abbot of Ramsey to the King concerning the poverty of the Abbey.

Excellentissimo Principi, et Domino suo Reverendo, domino Edwardo, Dei gratia Regi Angliæ illustri, Domino Hiberniæ, et Duci Aquitaniæ, ejusque[2] consilio ad Scaccarium apud Westmonasterium residenti, sui, si placet, capellani humiles, frater

[1] *impediri*] impeti, MS., but dots of subpunction are placed under the *ti*; and *impediri* is written in full in the margin in a smaller and different hand.

[2] *ejusque . . . residenti*] underlined in MS., and *nota bene* written in the margin in a very much later hand.

Simon, ejusdem permissione Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, salutem, et, cum devotis orationibus, promptum ad obsequia famulatum. *Nota bene.*

Cum homines, paris conditionis existentes, lex sinceræ dilectionis in tantum astringat, ut alter alterius commoda, quantum poterit, prosequatur, et indigentiam, si incurrerit, totis conatibus debeat relevare, multo fortius nos, qui devotos subditos vestros nos agnoscimus, vobis ad eadem facienda, pro posse nostro, ut reverendo et ligio domino nostro reputare debemus, immo veraciter nos reputamus astrictos.

Ea propter, Serenissime Domine, licet, retroactis temporibus, plus solito per diversas exactiones decimarum, procurationum cardinalium, et aliarum, quæ præsentibus non oportet inserere, cum volentibus eas advertere satis se ostendant, fuerimus, et adhuc simus oppressi, propter quod vivere non valentes, de propriis proventibus, multo tempore transacto, pecunia caruimus, et caremus in presenti, et ad mutuum æris alieni accipiendum coacti diversis creditoribus onerose nimis simus obligati, tamen advertentes discrimina guerrarum, quæ patimini nobiscum, quia et si non in corpore, in anima tum patientes credebamus de bonis et fructibus, quæ Deus in anno præsenti nobis ministraret, vobis succurrisse de aliqua parte mutui, quod petistis ipsa bona et fructus venditioni exponendo.

Et ecce, Reverende Domine, occulto quo nescimus Dei judicio faciente, et malitia hominum cooperante, qui antiquos meatus aquarum in partibus nostris obturarunt prata, pascua, mariscos nostros, aquæ hoc anno adeo inundaverunt, quod, ad instar diluvii dudum precata priorum hominum ulciscentis, ita graviter sævit in partibus nostris, ut omnia commoda, quæ ex eis provenire debuerunt, sint consumpta, ac deinde subita pestilentia in animalia nostra irruente, in tanta multitudine mortua sunt, quod aer ex fetore cadaverum infectus sit, et de pestilentia hominum postmodum verisimiliter timeatur.

Adeo namque sævit ista pestis in partibus nostris, et adhuc sævire non desistit, quod unde terras nostras colere possimus non habemus, regiam idcirco excellentiam vestram pronis mentibus humiliter exoramus, quatinus, periculis et dispendiis nostris hujusmodi regia benignitate compatientes, ex eo quod pecuniam juxta tenorem brevis vestri ad Scaccarium vestrum non transmittimus, impotentia nos artante, erga nos in aliquo, si placet, non turbetur quia ad omnia subsidia quæ poterit paternitas nostra, et ad ea, quæ nobis grata esse poterunt, parati semper erimus, meliori fortuna nobis arridente, et concedente Domino, ut speramus.

Valeat feliciter Excellentia vestra Regia, et prosperetur per tempora diuturna.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, quinto die mensis Septembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo nono.

CCCXXVII.

Ecclesiæ spectantes ad patronatum Rameseiæ, et taxatio earum, cum pensionibus.

In episcopatu Lincolniensi.

List of churches belonging to Ramsey Abbey.

Sacristæ.	Ecclesia de Schitlingdone, Omnium Sanctorum.	Taxatio, sexaginta marcæ.	Pensio, decem marcæ.
	Houghtone et Wittone, Sancti Petri.	Taxatio, sexaginta marcæ.	Pensio, viginti solidi.
	Aillingtone, Omnium Sanctorum.	Taxatio, quadraginta marcæ.	Pensio, quinque marcæ.
	Therefelde, Sanctæ Mariæ.	Taxatio, quinquaginta marcæ.	Pensio, quatuor marcæ.
	Riptone Abbatis, Sancti Andreæ.	Taxatio, triginta quinque marcæ.	Pensio, duo solidi.
	Wystowe, Sancti Petri.	Taxatio, octo marcæ.	Pensio, dimidia marca.
	Huntingdone, Sancti Andreæ.	Non taxatur propter debilitatem.	Pensio, duo solidi.
Præcentoris.	Craunfelde, Sancti Petri.	Taxatio, triginta marcæ.	Pensio, viginti solidi.
	Elingtone, Omnium Sanctorum.	Taxatio, triginta marcæ.	Pensio, quatuor solidi.
Elemosinarii.	Wardeboys, Sanctæ Mariæ.	Taxatio, triginta marcæ.	Pensio, quadraginta solidi.
	Bartone, Sancti Nicholai.	Taxatio, octodecim marcæ.	Pensio, viginti solidi.

Prioris et Sacristæ Sancti Ivonis.	Hemingforde, Sanctæ Margaretæ.	Taxatio, viginti et quinque marcæ.	Pensio, quadraginta solidi.
	Sancti Ivonis, Omnium Sanctorum, et vicaria.	Taxatio, centum solidi.	Pensio, centum solidi.
	Broughtone, Omnium Sanctorum.	Taxatio, viginti marcæ.	Pensio, una marca.
	Bryngtone, Omnium Sanctorum.	Taxatio, quinquaginta marcæ.	f. clxviii. b.
Prioris Sancti Ivonis. Celerarii.	Haliwelle, Johannis Baptistæ.	Taxatio, viginti marcæ.	
	Stivecle, Sancti Martini.	Taxatio, sexdecim marcæ.	
	Bernewelle, Sancti Andreæ.	Taxatio, quindecim marcæ.	
	Waltone, Sancti Andreæ.	Taxatio, decem marcæ.	
	Prioratus Sancti Ivonis, cum ecclesia.	Taxatio, viginti et septem marcæ.	
	Giddinge, Sancti Andreæ.	Taxatio, novem marcæ.	

In episcopatu Eliensi.

Sacristæ. Prioris Sancti Ivo[nis].	Overe, Sanctæ Mariæ.	Taxatio, quinquaginta et duæ marcæ, dimidia.	Pensio, una marca.
	Ellesworthe, Sanctæ Trinitatis.	Taxatio, quadraginta et quinque marcæ.	Pensio, decem marcæ.
	Grittone, Sancti Andreæ.	Taxatio, quinquaginta et quinque marcæ.	
	Gravele, Sancti Botulphi.	Taxatio, quindecim marcæ.	
	Cnapwelle, Omnium Sanctorum.	Taxatio, quindecim marcæ.	

In episcopatu Norwicensi.

Sacristæ.	Burwelle, Sanctæ Mariæ.	Taxatio quater viginti marcæ.	Pensio, quadraginta solidi.
	Laushille, Omnium Sanctorum.	Taxatio triginta et quinque marcæ.	Pensio, duæ marcæ.
	Brunham, Sancti Alberti.	Taxatio decem marcæ.	Pensio, una marca.
	Brauncestre, Sanctæ Mariæ.	Taxatio viginti et sex marcæ.	Pensio, una marca.
	Ringstede, Sancti Petri.	Taxatio viginti et duæ marcæ.	Pensio, una marca.
	Dounham, Sancti Edmundi.	Taxatio novem marcæ.	Pensio, quatuor solidi.
	Helingeye, Omnium Sanctorum.	Taxatio duodecim marcæ.	Pensio, viginti solidi.
	Welle, Sancti Petri.	Taxatio quadraginta solidi.	Pensio, duæ marcæ.
Sacristæ et Pietantiarii.	Walsokne, Omnium Sanctorum.	Taxatio quadraginta marcæ.	Pensio, quadraginta solidi.
	Depedale, Sanctæ Mariæ.	Taxatio decem marcæ.	

CCCXXVIII.

Carta domini Huberti Archiepiscopi [Cantuariensis].

A.D. 1193-1205. Constitutions of Hubert, Archbishop of Canterbury concerning the governance of Ramsey Abbey.

Notum sit omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, quod Dominica prima Quadragesimæ, hoc modo ordinatum est et provisum, apud Rameseiam, de auctoritate domini Cantuariensis, et Lincoliensis; et de consilio Burgi, de Crulande, de Thorneye, Abbatum; de Theforde, et de Dunstaple, Priorum; et majoris et sanioris partis conventus de Rameseia, super statu ejusdem monasterii.

Quod Abbas habeat secum duos monachos capellanos, qui erunt testes, coadjutores, et consiliarii ejus, in omnibus agendis suis.

Et alter dictorum monachorum de Rameseia deferet sigillum suum, qui nullas literas patentes, nisi de consilio sanioris partis conventus, sigillabit.

Duo monachi, et Senescallus domus, disponent de omnibus negotiis forinsecis, et quæ per eos non poterunt commode expediri, referentur ad audientiam Abbatis, ut per consilium ejus expediantur.

Omnis vero pecunia ad cameram Abbatis pertinens, undecunque proveniens, sive ex mutuo sive ex redditibus, sive ex casibus fortuitis sive aliunde, per præceptum et testimonium dictorum monachorum et Senescalli, tribus Thesaurariis monasterii tradetur, per eos reservanda, qui tres Thesaurarii constituti sunt ad recipiendum et reservandum omnem pecuniam prædictam ad usus necessarios, quod ideo institutum est, ut cum redditus conventus ei non sufficient, defectus de redditibus cameræ Abbatis per Thesaurarium suppleatur.

Abbas alienationes rerum immobilium, quas fecit consilio prædictorum, pro viribus suis studeat revocare.

A firmariis etiam sufficiens cautio recipiatur, quod firmam terminis statutis persolvent, et quod homines monasterii sibi subjectos injuste non gravabunt, et quod in nemoribus et aliis dominicis non facient vastum, nec sustinebunt fieri de redditus spectantibus ad Camerarium et Elemosinarium.

Provisum est, ut ipsi Camerarius et Elemosinarius recipiant suos redditus per manus firmariorum terminis statutis, sicut fieri solebat tempore Roberti Abbatis. f. clxix.

Adhuc provisum est, quod quia prædictum monasterium excellenter ab antiquo dotatum est, tam conventui quam hospitibus, in pane, et cervisia, et ferculis, et candela, et præbenda sufficienter prospicietur, secundam antiquam et laudabilem consuetudinem domus.

Si vero necessitas temporis, quod absit, diminutionem antiquæ consuetudinis inducat, non solum hospitibus sed etiam conventui, secundum ordinationem conventus detrahetur; super elemosinar' vero largitione ita affluenter providebitur, quod domus propter hoc a Deo et ab hominibus merito debet commendari.

Prior, absente Abbate, liberam habeat potestatem, secundum antiquam consuetudinem.

Nullus monachorum mittatur foras ad manendum alicubi extra ecclesiam suam, nisi de communi consilio.

Nullus monachus excommunicetur, nec in sententia ponatur, nisi in capitulo, et justa de causa.

Prior, et Subprior, et quinque Obedientiarii, scilicet, Celerarius, Camerarius, Elemosinarius, Sacrista, Prior de Sancto

Ivone, non ponantur, neque deponantur, sine consilio conventus, et in capitulo; et illi Obedientiarii, qui constituti fuerint sine consilio conventus, amoti sint.

Prior de Sancto Ivone non habeat sigillum ad terras dandas, vel ecclesiam ad firmam tradendam.

Duo monachi, qui constituti fuerint de communi consilio, eant cum Senescallo ad omnia negotia forinseca.

Unus monachus habeat custodiam pistrini, bracini, præbendæ, feni, candelæ, et vivarii Abbatis, et habeat famulos in ipsis officiis, consilio conventus.

Unus monachus habeat custodiam panis, cervisiæ, et vini, salva potestate Celerarii in omnibus.

Portarius habeat custodiam portæ, cum famulis suis, quos ipse voluerit habere, assensu Celerarii.

In omnibus officinis curiæ non sint plures[1] servientes, quam antiquitus esse solebant.

Thesaurarii accipiant denarios de camera Abbatis, undecunque pervenerint; et consilio Prioris sociorumque ejus expendant in sustentatione domus et quietantiis debitorum;[2] et compotum reddant per quatuor quarteria anni.

Unus monachus eligatur de communi consilio, qui ferat sigillum Abbatis, et nullas literas faciat patentes sine communi consilio.

Nullus firmariorum de camera Abbatis reddat firmam suam nisi Thesaurariis; et si aliis reddiderint, non eis computabitur, nec in tallia ponetur.

Nullum corrodeum decætero donetur, nisi de communi consilio.

Magister operum habeat custodiam ferri et aceri, secundum antiquam consuetudinem.

Nullum manerium, neque de Celerario, neque de camera Abbatis, cum vacaverint, ad firmam tradatur, nisi de communi consensu et consilio.

Nulla terra detur, neque sartum concedatur,[3] nec terra consuetudinaria libera efficiatur, nisi de communi consilio.

Auxilium non ponatur per Abbatiam, nisi de communi consilio.

Nulla ecclesia vacans detur, nisi de communi consilio.

---

[1] See No. CCCXXIV., p. 198.

[2] The words *et compotorum* occur in the MS. after debitorum, but have been struck through.

[3] *concedatur*] originally written *consedatur*, but afterwards altered.

Nullus mittatur ad ordines, nisi accepta licentia, et benedictione conventus in capitulo.

Pannus elemosinæ ematur singulis annis de camera Abbatis decem marcis, secundum antiquam consuetudinem.

Nullus puer minoris ætatis suscipiatur in religione.

Unusquisque obedientiarius, cum socio suo, expensas officii sui faciet, et computet.

Omnia alia emendenda de communi consilio emendentur.

Hæc autem omnia provisa sunt, ut salva sit in omnibus dignitas Abbatis et reverentia ei debita.

CCCXXIX.

Propositio.

In Dei nomine, Amen.

A.D. 1362–96. A propounding of the rights and possessions of Ramsey Abbey before the Bishop of Lincoln.

Coram vobis, venerabili in Christo patre, et domino suo, domino Johanne,[1] Dei gratia Lincolniensi Episcopo, Archidiaconatum Huntingdoniæ, vestræ Lincolniensis diocesis, ecclesias parochiales, et quæcunque ecclesiastica beneficia, necnon clerum et populum ejusdem, canonice visitantibus, vestrisve commissario, aut commissariis, sive locum vestrum tenente quocunque in ea parte, pars religiosorum virorum, Abbatis et conventus monasterii de Rameseye, vestræ diocesis, pro se ac dicto suo monasterio, ac etiam pro ecclesiis suis parochialibus de Rameseye, Bury, Sancti Ivonis, cum capellis suis eisdem annexis, cæterisque juribus et pertinentiis universis; item pro pensionibus annuis, videlicet, quinque marcarum de ecclesia de Ayllyngtone, et quatuor marcarum de ecclesia de Therfelde, viginti solidorum de ecclesia de Craunfelde, unius marcæ de ecclesia de Broughtone, viginti solidorum de ecclesia de Houghtone, viginti solidorum de ecclesia de Bartone, quadraginta solidorum de ecclesia de Hemmyngforde, quadraginta solidorum de ecclesia de Wardeboys, decem marcarum de ecclesia de Shitlingdone, duorum solidorum de ecclesia de Riptone, dimidiæ marcæ de capella de Wystowe, unius petræ ceræ de ecclesia Sancti Andreæ de Huntingdone; item pro decimis de dominicis suis de Higeneye, de Upwode, de Wystowe, de Riptone Abbatis, de Wardeboys, de Broughtone, de Houghtone, de Slepe, de Haliwelle, de Hemmyngforde, de Ayllyngtone, de Westone, Bringtone, Bitherne, de Giddinge, de Elingtone, de Therfelde, de Shitlingdone, de Bartone, et de Craunfelde; et pro decimis duarum garbarum de terris dominicis, quæ fuerunt domini Berengeri le Moygne in villa de Bernewelle,

f. clxix. b.[1]

[1] John de Bokingham.

provenientibus eisdem religiosis viris, et dicto suo monasterio, pro sustentatione sua, et subportatione onerum sibi incumbentium, ab olim sibi canonice appropriatis, annexis et unitis, contra vos, officiumque vestrum, ac processum quemcunque per vos, seu auctoritate vestra, in hac parte[1] factum et faciendum, ad omnem effectum juris, qui exinde sequi poterit, et de jure debebitur, præservatis et salvis primitus sibi et dicto monasterio, exceptionibus, defensionibus, et remediis juris et facti quibuscunque, etiam ex quacunque causa, competentibus et competituris eisdem, quibus pro aliqua dicenda, facienda, seu proponenda coram vobis, in hac parte, renuntiare non intendit excipiendo, allegando et competentiori modo, quo poterit, dicit, allegat, et in jure proponit, quod ecclesiæ parochiales et capellæ, cum suis juribus et pertinentiis universis, et pensiones annuæ, necnon portiones decimarum omnes et singulæ suprascriptæ Abbati et conventui dicti monasterii, et etiam eidem monasterio, ad sustentationem ipsorum, et subportationem omnium sibi incumbentium, conquerentibus omnibus et singulis, quæ de jure et consuetudine in ea parte requirebantur, fuerunt antiquitus, etiam a tempore, et per tempus, cujus contrarii memoria hominum non existit, titulo et auctoritate sufficientibus canonice appropriatæ, annexæ, et unitæ, et pro sic appropriatis, annexis, et unitis, fuerunt publice habitæ et reputatæ, et ad eos, et eorum monasterium, titulis sufficientibus rite et legitime pertinuerunt, et ab omni tempore supradicto, et canonice, pertinent in præsenti.

Abbasque et conventus ejusdem monasterii, omnes et singuli, qui pro tempore fuerant, suis temporibus successivis, nomine suo et ejusdem monasterii, præfatas ecclesias parochiales, et capellas, cum suis juribus et pertinentiis universis, necnon pensiones et portiones decimarum singulas supradictas, fuerunt canonice assecuti, ut præfertur, ac eas, et earum quamlibet, obtinuerunt et possederunt pacifice et quiete.

Fructusque et proventus quoscunque, de eisdem, et earum qualibet, provenientes, integraliter et libere, per se et suos servientes et ministros, perceperunt, habuerunt, et eosdem in usus suos, et dicti monasterii, converterunt, pro suæ libito voluntatis, absque contradictione seu molestatione quacunque, toto et omni tempore supradicto.

Scientibus, tolerantibus, et ea approbantibus, ex certa scientia, tam tacite quam expresse, nulloque modo contradicentibus omnibus et singulis episcopis et archidiaconis ecclesiæ Cathedralis Lincolniensis, necnon archiepiscopis Cantuarien-

[1] *parte*] interlined in MS.

sibus, præfata ecclesia Lincolniensi vacante, et aliis quorum interest, ac quibuscunque singulis temporibus successivis, toto et omni tempore supradicto habent, possident, et percipiunt Abbas et conventus dicti monasterii, qui nunc sunt, de illisque libere ac pacifice et quiete disponunt in præsenti. Quæ omnia et singula adeo sunt publica, ac notoria, et famosa in diocesi Lincolniensi, et præcipue in archidiaconatu prædicto, quod ibidem vix ab aliquo poterunt probabiliter ignorari.

Item, ut evidentius paternitati vestræ pateat veritas præmissorum, pars Abbatis[1] et conventus prædictorum dicit, allegat, et in jure proponit, quod etiam a centum et pluribus annis elapsis, quidam bonæ memoriæ Ricardus,[2] Lincolniensis Episcopus, hujusmodi visitationis officium debite exercens in archidiaconatu prædicto, contra Abbatem et conventum monasterii prælibati, super occupatione et possessione ecclesiarum et capellarum, necnon pensionum et portionum decimarum, omnium et singularum prædictarum, et super titulis suis in eisdem, in hujusmodi visitatione sua judicialiter inquisivit, et tandem inspectis titulis, et aliis exhibitis et allegatis pro parte Abbatis et conventus prædictorum coram ipso in præmissis, idem pater reputavit, pronunciavit, et præmissa ex certa scientia approbando decrevit, Abbatem et conventum dicti monasterii, qui pro tempore fuerant, ac prædecessores, et prædecessores ipsorum, in eodem, omnes et singulos, in jure et possessione ecclesiarum et capellarum, juriumque et pertinentiarum earundem, necnon pensionum et portionum decimarum omnium et singularum prædictarum, justis titulis et auctoritatibus sufficientibus fuisse et esse munitos, easque et earum quamlibet tanquam sibi et dicto suo monasterio canonice appropriatas, annexas, et unitas, appropriatam, annexam, et unitam, ipsarumque, et cujuslibet earundem, canonicam possessionem fuisse et esse canonice assecutos, easque, et earum qualibet, a tempore, et per tempus, cujus contrarii memoria hominum tunc non extabat, legitime possedisse et præscripsisse. f. clxx.

Item postea quidam Walterus[3], bonæ memoriæ Cantuariensis Archiepiscopus, totius Angliæ Primas, Lincolniensem diocesim et prædictum monasterium visitans, jure suo metropolitico, Abbatem et conventum dicti monasterii, super jure et possessione ecclesiarum et capellarum, atque pensionum et portionum omnium et singularum prædictarum, impetivit, et tandem, consideratis, exhibitis et probatis legitime coram ipso,

[1] *Abbatis*] Abbas, MS.

[2] Richard de Gravesende, Bishop of Lincoln, 1258–79.

[3] Walter Reynolds, Archbishop of Canterbury, 1314–27.

pro parte Abbatis et conventus prædictorum, reputavit et pronunciavit ipsos Abbatem et conventum in præmissis omnibus et singulis sufficienter fuisse et esse munitos, prout hæc patentes literæ utriusque patris plenius attestantur.

Quorum quidem patrum etiam reputationes, pronunciationes et decreta hujusmodi omnia et singula, nulla appellatione suspensa, in rem transierant indicatam.

Quibus etiam reverendis patribus singuli episcopi Lincolnienses, sequaces eorum, ante tamen tempus vestrum, qui citra dictum monasterium visitarunt, debite inhibentes, præfatos Abbatem et conventum in præmissis, et quolibet eorundem, sufficientibus titulis fuisse et esse munitos, et canonicos possessores legitime reputantes, eosdem ab impetitione officii sui, in hac parte, sine difficultate quacunque, dimiserunt.

Igitur, cum tantorum documenta patrum, et jura temporum antiquorum, præfatos Abbatem et conventum, et eorum monasterium, in prædictis ecclesiis, parochiis, et capellis earum, cum suis juribus et pertinentiis universis, necnon in pensionibus annuis et portionibus decimarum omnibus et singulis superius expressis, justum titulum et sufficientem ac canonicam, et longissimam possessionem a temporibus etiam adeo diutius legitime introductis, usitatam et obtentam hactenus pacifice et quiete, habuisse et habere affirment, satis evidenter infertur, quod hujusmodi longissima possessio eorundem in præmissis, pro jure constituto, debeat haberi, et per vos merito reputari, in tantum quod secundum leges aut canones a nemine probabiliter decætero valeat impugnari.

Quæ omnia et singula saltim in facto consistentia in archidiaconatu prædicto, et locis eidem convicinis, sunt publica, notoria, et famosa.

Et propterea, paternitati vestræ reverendæ supplicat humiliter et devote, pars Abbatis et conventus prædictorum, quatinus illius imitantes exemplum,[1] qui querelas populi tabernaculum ingressus, ad Dominum referebat, ut secundum ejus imperium judicaret eisdem, pio et paterno compatientes affectu, pro ipsis in hac parte tali uti provisione, si placet, ut in præmissis aut eorum aliquo contra sententias et decreta patrum prædictorum, aut tenores eorundem, amplius non vexentur, sed quod ab impetitione officii vestri penitus dimittantur, præmissa allegans, proponens, et petens, conjunctim et divisim, ad ea probanda, quæ sibi sufficere poterunt in hac parte solomodo se artando, jure beneficio in omnibus semper salvo.

---

[1] Exod. xxxiii., 8.

CCCXXX.

A.D. 1400. May 4. Dismission by Henry, Bishop of Lincoln, of Ramsey Abbey concerning St. Ives, and other churches.

Universis ad quos præsentes literæ pervenerint, Henricus,[1] permissione divina, Lincolniensis Episcopus, salutem in Omnium Salvatore.

Noverit universitas vestra, quod cum religiosi viri Abbas et conventus monasterii Rameseye, nostræ diocesis, certis die et loco per nos assignatis eisdem, coram nobis diocesim nostram, auctoritate nostra ordinaria, actualiter visitantibus, sua privilegia et instrumenta, quorum jure, ut dicebant, fulciti, ecclesias parochiales Sancti Ivonis, cum capellis, juribus, et pertinentiis universis, de Ramesey, cum suis juribus et pertinentiis universis, et de Bury, cum suis capellis et pertinentiis universis, dictæ nostræ diocesis, in proprios usus tenent; necnon annuas pensiones quinque marcarum ab ecclesia de Ayllyngtone, quatuor marcarum ab ecclesia de Therfelde, viginti solidorum ab ecclesia de Craunfelde, unius marcæ ab ecclesia de Broghtone, f. clxx. b. unius petræ ceræ ab ecclesia Sancti Andreæ de Huntyngdone, viginti solidorum ab ecclesia de Houghtone, viginti solidorum ab ecclesia de Bartone, quadraginta solidorum ab ecclesia de Hemyngforde, quadraginta solidorum ab ecclesia de Wardeboys, decem marcarum ab ecclesia de Shitlingdone, duorum solidorum ab ecclesia de Riptone, et dimidiæ marcæ ab ecclesia de Wistowe, et earum rectoribus.

Insuper et portiones decimarum de terris suis dominicis in Higneye, Upwode, Wistowe, Riptone Abbatis, Wardeboys, Broughtone, Houghtone, Slepe, Halywelle, Hemyngforde, Aillyngtone, Westone, Bryngtone, Bytherne, Gyddynge, Elyngtone, Therefelde, Shitlingdone, Bartone, Craunfelde; et duabus garbis dominicorum domini Berengery le Moygne in Bernewelle, quas percipiunt, et debere percipere se prætendunt, exhibuissent, ac etiam ostendissent.

Nos ad hoc, vocatis vocandis, visis, examinatis et diligenter ponderatis hujusmodi exhibitis et ostensis, quia per eadem invenimus dictos Abbatem et conventum memoratas ecclesias cum capellis suis, juribus et pertinentiis universis, pensiones et portiones, juste et canonice possidere, ipsosque super appropriatione et unione licitis et canonicis dictarum ecclesiarum, cum suis capellis, et cujuslibet earundem, ac perceptione pensionum et portionum prædictarum, ac super exercitio

[1] Henry Beaufort.

jurisdictionis spiritualis archidiaconalis in subditos clericos et laicos villarum de Rameseye et de Bury, super quo possessionem obtentam longissimam per tempus, cujus contrarii memoria non existit, legitime coram nobis proposuerunt et probarunt, munitos fuisse, et esse, sufficientibus titulis prædictas ecclesias, cum suis capellis, juribus et pertinentiis universis, pensiones, portiones decimarum, et jurisdictionem archidiaconalem in subditos clericos et laicos villarum de Ramesey et de Bury, ad dictos religiosos pertinere, et pertinere debere, pronuntiamus, et pronunciando sententialiter et diffinitive in his scriptis declaramus, ab examine nostri officii, quantum ad nos attinet, absolvimus per decretum, et dimittimus absolutos, dictasque ecclesias cum capellis suis, juribus et pertinentiis, pensiones et portiones, ac jurisdictionem prædictam eisdem religiosis, auctoritate nostra confirmamus per præsentes.

In cujus rei testimonium sigillum nostrum præsentibus est appensum.

Data Staunfordiæ, quarto die mensis Maii, anno Domini millesimo quadringentesimo, et nostræ consecrationis secundo.

CCCXXXI.

f. clxxiii.[1] *Nota.*

Carta Roberti[2] *de Redinge.*

A.D. 1205–1207. Constitutions of Abbot Robert de Redinge concerning the governance of Ramsey Abbey.

Notum sit omnibus, ad quorum audientiam præsens scriptum pervenerit, quod ita provisum est, et ordinatum, de communi consilio Abbatis et conventus Rameseiæ :—

Inprimis,[3] ut scriptum domini Huberti[4] Archiepiscopi in omnibus, et per omnia, teneatur.

Prior, absente Abbate, liberam habeat potestatem, secundum antiquam consuetudinem.

Nullus monachorum mittatur foras ad manendum alicubi extra ecclesiam suam, nisi de communi consilio.

Nullus monachorum excommunicetur, nec in sententia ponatur, nisi in capitulo, et justa de causa.

---

[1] There is no folio clxxi., and folio clxxii. is entirely blank.

[2] Became Abbot of Ramsey in 1202, and resigned after five years.

[3] Constitutions supplementary to No. CCCXXVIII. p. 204, which was probably made not long before Archbishop Hubert's death.

[4] Hubert Walter, Archbishop of Canterbury, died 13th July 1205. (Le Neve, Fasti. Ecc. Angl., I. 10).

Prior, et Subprior, et quinque[1] principales Obedientiarii, scilicet, Celerarius, Camerarius, Elemosinarius, Sacrista, et Prior de Sancto Ivone, non ponantur, neque deponantur, sine consilio conventus, et in capitulo; et illi Obedientiarii, qui post decessum piæ memoriæ domini Huberti, Archiepiscopi Cantuariensis constituti sunt sine consilio conventus, sint amoti.

Prior de Sancto Ivone non habeat sigillum ad terram dandam, vel ecclesiam ad firmam tradendam.

Duo monachi, qui constituti fuerint de communi consilio conventus, eant cum Senescallo ad omnia negotia forinseca.

Unus monachus habeat custodiam pistrini, bracini, præbendæ, feni, candelæ, et vivarii Abbatis, et habeat famulos in ipsis officiis, consilio conventus.

Unus monachus habeat custodiam panis, et cervisiæ, et vini, salva potestate Celerarii in omnibus.

Portarius habeat custodiam portæ, cum famulis suis, quos voluerit habere, assensu Celerarii.

In omnibus officinis curiæ non sint plures servientes, quam antiquitus esse solebant.

Thesaurarii accipiant denarios de camera Abbatis, undecumque pervenerint; et consilio Prioris sociorumque ejus, expendant in sustentatione domus, et quietantiis debitorum; et compotum reddant per quatuor quarteria anni.

Unus monachus per conventum eligatur, qui sigillum Abbatis ferat, et nullas patentes literas sine consilio conventus faciat.

Nullus firmariorum de camera Abbatis reddat firmam suam nisi Thesaurariis; et si aliis reddiderint, non eis computabitur, nec in tallia ponetur.

Nullum corodium decætero donetur, nisi de communi consilio.

Magister operum habeat custodiam ferri et aceri, secundum antiquam consuetudinem.

Nullum manerium, neque de celario, neque de camera Abbatis, cum vacaverit, ad firmam tradatur, nisi de communi consilio.

Auxilium non ponatur per abbatiam, nisi de communi consilio. *Nota.*

Nulla ecclesia vacans detur, nisi de communi consilio.

Nulla terra detur, nec sartum concedatur, nec terra consuetudinaria libera efficiatur, nisi de communi consilio.

---

[1] *quinque*] originally written *quatuor*, but afterwards altered.

Nullus mittatur ad ordines, nisi accepta licentia, et benedictione conventus in capitulo.

Pannus elemosinæ ematur singulis annis decem marcis, secundum antiquam consuetudinem.

Nullus puer minoris ætatis suscipiatur ad religionem.

Unusquisque obedientiarius, cum socii sui consilio, expensas officii sui expendat, et computet.

Omnia alia emendenda de communi consilio, emendentur.

Hæc autem provisa sunt, ut salva sit dignitas Abbatis, et reverentia ei debita, quæ per hanc provisionem potius videtur adjuta.

CCCXXXII.

Donationes[1] *ad Prioratum Sancti Ivonis per Abbatem Bernardum.*

Gifts to the Priory of St. Ives by Abbot Bernard.

Hoc donum datum fuit Sancto Ivoni, in villa Slepe, tempore Bernardi[2] Abbatis.

Primum ipse Abbas dedit decem acras de dominio ipsius villæ, plenius vero viginti sex agros.[3]

Sewinus aucipitrarius, tres virgatas terræ in Nidingworthe, et unam virgatam[4] in Slepe, et unam casatam.

Nota. Et Alwan, uxor ipsius Sewini, dedit duos aureos.

Et Alwoldus de Stantune dedit pratum, super quod pons construitur, et quantum est ab ipso ponte usque ad exitum vadi.

Postea Aldwinus[5] Abbas dedit vaccariam super collem Acle, et quicquid terræ Leofwinus monachus extirpavit, et fructectis[6] mundavit, vel etiam quicquid adhuc extirpari poterit de eadem terra.

Unam vero hidam in Hirst dedit;

Et in Slepe pratum, quod dicitur Magnus Holmus;

Et duos agros,[3] quos Maigna lignarius possiderat;

Et homines, qui sedent in foro, a domo Godrici Plumberre, usque ad ecclesiam.

Et in Haliwelle, dimidiam hidam de terra superflua.

---

[1] *Donationes*] This word is written upon an erasure, and the following word *ad* is interlined.

[2] Bernard, Abbot of Ramsey from 1102 to 1107.

[3] *agros*] acros, MS.

[4] *virgatam*] originally written *virgam*, and the *ta* interlined in a smaller and different hand.

[5] Aldwin was restored as Abbot on the death of Bernard in 1107, and remained Abbot until his death in 1113.

[6] *fructectis*] fructibus, MS.

Et piscariam quæ Flete dicitur. f. clxxiii. b.
Et in palude quantum valet per annum duos solidos.
Et in Houctone campo unum agrum juxta viam. *Nota una acra.*
Et de fructectis ejusdem campi, quantum potest extirpari.

CCCXXXIII.

Anniversarium Roberti Abbatis Trianel.

A.D. 1216-31. Anniversary of Robert Trianel, Abbot of Ramsey

Universis[1] Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis hoc scriptum visuris vel audituris, Hugo,[2] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra, quod cum bonæ memoriæ Robertus de Trianel,[3] quondam Abbas noster, de marisco de Winebodesham, quod adquisierat, quadraginta solidos annuatim attornaverit ad anniversarium suum faciendum.

Quia ipse mariscus aliquando deficiebat in prædicto redditu, nos, de communi consilio, providimus, quod dictus mariscus integre pertineat ad cameram domini Abbatis inperpetuum.

Et quadraginta solidos, quos dominus Abbas solebat percipere annuatim[4] de manerio de Riptone Abbatis, attornentur inperpetuum ad dictum[5] anniversarium faciendum.

In cujus[6] rei testimonium, de communi consensu, huic scripto sigilla nostra apposuimus, in pleno capitulo, inperpetuum testimonium.

CCCXXXIV.

Anniversarium Roberti Abbatis.

A.D. 1180-1200. The same.

Sciant omnes, ad quos præsens scriptum pervenerit, quod ego Robertus,[7] Dei gratia Abbas Rameseiæ, assignavi, communi consensu capituli nostri, Celerario nostro, ad anniversarium meum singulis annis faciendum, duas marcas de questu meo in marisco, qui est inter Stapelwere et heremitorium de Duneham, de quo diu placitum fuit inter me et Willelmum de Warenna in curia domini Regis, donec tandem, Deo volente, in curia domini Regis super jam dicto marisco concordiam fecimus, et cirographum in ipsa curia factum est inter nos.

---

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 30 b, with this rubric title, *Carta Hugonis Abbatis de anniversario Roberti Trianel Abbatis.*

[2] Hugh Foliot, Abbot from 1216 to 1231.

[3] *Trianel*] Triannel, Cott.

[4] *annuatim*] supplied from Cott.

[5] *dictum*] prædictum, Cott.

[6] *cujus*] hujus, Cott.

[7] Robert Trianel.

Volo ergo, quod fratres nostri habeant, singulis annis, ad anniversarium meum faciendum, duas marcas, et quicquid amplius super duas marcas Celerarius de ipso marisco adquirere poterit, cedat in usus Celerarii.

Ut autem apud posteros hoc ratum habeatur, hanc ei cartam *Staplewere.* sigilli mei impressione feci roborari.

His testibus, Waltero[1] Priore Norhamptoniæ, Waltero Seneschallo, et aliis.

CCCXXXV.

Carta de marisco de Stapelwere.

A.D. 1196, Septem. 29. Grant by Robert, Abbot of Ramsey, of the marsh of Staplewere to Ralph the Clerk.

Omnibus, ad quos scriptum præsens pervenerit, Robertus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et totus ejusdem loci conventus, salutem.

Sciatis nos concessisse Radulpho clerico nostro mariscum nostrum juxta Stapelwere, illum videlicet mariscum, unde placitum fuit inter nos et Willelmum de Warenna in curia domini Regis, et quem disrationavimus in eadem curia; istum siquidem mariscum concessimus jam dicto Radulpho, tenendum de nobis usque ad exitum duodecim annorum, pro quatuor libris, quas reddet annuatim ad quatuor terminos, id est viginti solidi ad festum Sancti Michaelis, et viginti solidi ad festum Sancti Andreæ, et viginti solidi ad Pascha, et viginti solidi ad festum Sancti Johannis Baptistæ.

Et illos viginti solidos, quos reddet ad festum Sancti Michaelis, et illos viginti solidos, quos reddet ad festum Sancti Andreæ, accipiet Celerarius noster, quicunque fuerit, ad faciendum anniversarium Abbatis, et illos viginti solidos, quos reddet ad Pascha, et illos viginti solidos, quos reddet ad festum Sancti Johannis Baptistæ, accipiet Sacrista noster, quicumque fuerit, ad faciendum unum cereum ante altare Sanctæ Mariæ, quem cereum ibi perpetuo ardendum statuimus, ob reverentiam ejusdem Dei Genitricis Mariæ.

Finitis autem annis duodecim, reddet Radulphus nobis prædictum mariscum quiete, cum omni emendatione quam in ipso marisco fecerit.

Et si forte illum mariscum per aliquam calumniam amiserimus, nullum escambium ei dabimus.

---

[1] Became Prior of St. Andrew's, Northampton, in the year 1180, when Robert Trianel his predecessor became abbot of Ramsey. Walter occurs again as Prior in 1200 (Mon. Angl. V. 187.)

Juravit etiam prædictus Radulphus, quod fidem ecclesiæ Rameseye de prædicto marisco portabit, et redditum prædictum ad terminos statutos fideliter persolvet.

Et si ipsum Radulphum infra prædictum terminum mortis debitum solvere contigerit, nullo[1] alio jam dictum mariscum, nisi ecclesiæ Rameseiæ, cum emendationibus suis, in testamento relinquet.

Hunc autem mariscum accepit Radulphus ad festum Sancti Michaelis, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo nonagesimo sexto.

His testibus, Rogero de Stratesete, Osberto filio suo, Roberto de Braunccstre, Magistro Willelmo de Dunham, Johanne Le Moine, Magistro Johanne de Wyrmingham, Ivone Clerico, Simone Camerario, Gaufrido de Wyncestre, Radulpho Passelewe, et multis aliis.

CCCXXXVI.

Carta Ricardi Abbatis, de assignatione de Stivecle.

A.D. 1214–1216. f. clxxiiii. Assignment by Abbot Richard of the manor of Stukeley towards the fabric and the infirmary of Ramsey Abbey.

Omnibus[2] has literas inspecturis vel audituris, Ricardus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod nos, Deo cooperante, promotioni ecclesiæ nostræ providentes, communi fratrum nostrorum assensu et consilio, in pleno capitulo, assignavimus operi ecclesiæ nostræ, et usui fratrum infirmorum, manerium nostrum de Stivecle cum omnibus pertinentiis.

Ita videlicet,[3] quod Magister[4] operis habeat custodiam ejusdem villæ et exitus, in excambium[5] molendini et decimarum de Elesworthe,[6] quæ ad relevationem firmæ et dimidiæ ad emendationem celarii attornavimus; et solvat inde centum solidos annuos[7] Infirmario, in usus infirmorum fratrum expendendos, et tres marcas eidem Infirmario ad faciendum anniversarium nostrum; et viginti solidos ad faciendum anniversarium patris et matris, parentum et benefactorum nostrorum; et viginti solidos ad faciendum anniversaria monachorum ecclesiæ nostræ, et omnium parentum ipsorum, tam præcedentium quam subsequentium; in escambium molendini de Wystowe,[8] quod prius ad idem fuit attornatum, quod similiter ad emendationem celarii firmæ de Wystowe[8] assignavimus.

---

[1] *nullo alio*] nulli alii, MS.

[2] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 30. with this rubric title *Carta Ricardi Abbatis, de Stivecle.*

[3] *videlicet*] supplied from Cott.

[4] *Magister . . . . custodiam*] Magistri operis habeant custodiam, Cott.

[5] *excambium*] escambium, Cott.

[6] *Elesworthe*] Eleswrthe, Cott.

[7] annuos] omit, Cartul.

[8] *Wystowe*] Wistowe, Cott.

Ita quod quolibet die istorum trium anniversariorum suprascriptorum,[1] debet Celerarius noster pascere centum pauperes fratres, de prædictis molendinis et decimis.[2]

Assignavimus etiam Camerario nostro, quicquid habuimus in villa de Grittone, excepta donatione ecclesiæ ejusdem villæ, pro viginti libris, quas solebat annuatim recipere de camera Abbatis, ad vestimenta monachorum.

Et ut hoc nostrum statutum ratum et stabile permaneat, quantum ad nos pertinet, Omnipotentis Dei offensam, et Sancti Benedicti patroni nostri, incurrat, qui hoc violare[3] attemptaverit.

Et ad hoc idem confirmandum, tam sigillum capituli nostri, quam nostrum proprium signum, præsenti[4] scripto est appensum.[5]

CCCXXXVII.

Nota. *Carta Hugonis Foliot, de tallagiis.*

A.D. 1216-31. Grant by Abbot Hugh Foliot of certain tallages to the Cellarer of Ramsey Abbey.

Universis[6] Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, æternam in Domino salutem.

Universitati vestræ notum fieri volumus, quod cum statum Celerariæ domus[7] nostræ diligentius inquisissemus, invenimus eam redditu in denariis adeo destitutam, quod ipsa sibi nullatenus potuit sufficere.

Tanto igitur defectui, hominumque nostrorum gravaminibus in posterum evitandis, providere curantes, de communi consilio et consensu totius capituli nostri, concessimus eidem Celerariæ annua et consueta tallagia, quæ de omnibus firmis, et manerio de Overe, ad Celerariam pertinentibus percipere solebamus.

Ita scilicet[8] quod Celerarius, qui pro tempore fuerit, percipiat singulis annis, nomine tallagiæ[9]: —

De Burewelle, sex libras argenti[10]:

De Therefelde, quatuor libras:

De Elesworthe[11] et[12] de Gravele, firma et dimidia, sex libras:

---

[1] *suprascriptorum*] subscriptorum, Cartul.

[2] *decimis*] aliis, Cartul.

[3] *violare*] supplied from Cott.

[4] *præsenti scripto*] omit, Cartul.

[5] *appensum*] appositum, Cott.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 30 b, with this rubric title *Carta H. Abbatis Rameseiæ, de Tallagio.*

[7] *domus*] omit, Cott.

[8] *scilicet*] omit, Cott.

[9] *tallagiæ*] tallagii, Cott.

[10] *argenti*] omit, Cott.

[11] *Elesworthe*] Elesworthe, Cott.

[12] *et de Gravele*] et Gravele et, Cott.

De Slepe et de[1] Haliwelle, firma et dimidia, sex libras:
De Houctone, centum solidos:
De Wardeboys, quatuor libras:
De Wystowe[2] et de Upwode, firma et dimidia, sex libras:
De Riptone Abbatis, quatuor libras:
De Ailingtone,[3] centum solidos:
De Westone,[4] centum solidos:
De Overe, tres marcas:

Super[5] quam summam, nullus[6] de prædictis firmis et manerio de Overe aliquid, nomine tallagiæ,[7] poterit exigere.

Hoc autem fecimus, tam ad recompensationem decem et septem marcarum et dimidiæ, quas idem[8] Celerarius de camera nostra et antecessorum nostrorum annuatim percipere consuevit; a quarum solutione, tam nos, quam successores nostri inperpetuum erimus[9] absoluti; quam ad[10] exhibitionem octo monachorum in victualibus, quos in conventu nostro accrevimus, statuentes, ut præter monachos in ecclesia Sancti Ivonis[11] apud Slepe Deo servientes, in conventu Rameseiæ a quatervigintí monachis debitum et devotum Deo præstetur obsequium; unanimi etiam voto, et pari consensu ejusdem capituli nostri, ad vestitum eorundem octo monachorum, quorum numerum accrevimus in conventu, concessimus Camerario conventus, quod percipiat inperpetuum annua et consueta tallagia, quæ de maneriis ad cameram conventus pertinentibus percipere consuevimus, videlicet de Laushille[12] quinque marcas, et de Grittone[13] tres marcas. *Nota.*

Relaxamus etiam[14] inperpetuum eidem Camerario hospitia nostra annua de eisdem maneriis per duas noctes, computata ad valentiam quatuor librarum, tam in cibariis quam in donariis.[15]

Et ne nos, vel successores nostri, prædicta tallagia repetere,[16] vel aliquo modo nobis appropriare possimus, aut huic nostræ concessioni contraire, tam nos, quam memoratus conventus noster, præsenti paginæ sigilla nostra auctentica[17] apposuimus. f. clxxiiii. b.

---

[1] *de*] omit, Cott.
[2] *Wystowe . . . Upwode*] Wistowe et Upwde, Cott.
[3] *Ailingtone*] Ayllintone, Cott.
[4] *Westone*] Wanz, Cott.
[5] *Super*] supra, Cott.
[6] *nullus*] repeated in Cartul., but struck through.
[7] *tallagiæ*] tallagii, Cott.
[8] *idem*] eadem, Cartul. and Cott.
[9] *erimus*] quieti erimus, Cott.
[10] *ad*] in, Cott.
[11] *Ivonis*] Yvonis, Cott.
[12] *Laushille*] Laushulle, Cott.
[13] *Grittone*] Grettone, Cott.
[14] *etiam*] supplied from Cott.
[15] *donariis*] denariis, Cott.
[16] *repetere*] repente, Cott.
[17] *auctentica*] autentica, Cott.

CCCXXXVIII.

Carta Hugonis Foliot, de Higeney.

A.D. 1216-31. Grant by the same of the island of Higney to the Sacristan of Ramsey Abbey.

Omnibus[1] Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, æternam in Domino salutem.

Ad universitatis vestræ notitiam volumus pervenire, quod cum sacristia de Rameseia destituta sit proventibus et redditibus, et tam exilis, quod nullo modo sibi sufficere possit, nos, divinæ pietatis intuitu, de communi consilio et assensu fratrum nostrorum, assignavimus eidem sacristiæ nostræ, inperpetuum, de conquestu nostro, insulam de Higgeneye, cum terris, pratis, et[2] pascuis, mariscis, et[2] piscariis, et omnibus aliis pertinentiis, et medietatem bosci de Waltone, cum rifflетis, et aliis pertinentiis, et quatuor homines nostros super ripam sedentes versus Higgeneye,[3] cum toto tenemento eorum, et omni sequela sua.

Et omnia quæ disrationavimus versus dominum Michaelem militem de Waltone in curia domini Regis, sicut in cyrographo inter nos inde confecto plenius continetur.

Præterea dedimus eidem sacristiæ totum stauramentum nostrum, quod ibidem habuimus.

Et ut ista concessio et assignatio, quam fecimus unanimi assensu fratrum nostrorum, inposterum rata perseveret, hoc præsens scriptum, tam sigilli nostri, quam conventus, munimine duximus roborandum.

His testibus, Willelmo de Wychintone,[4] et cæteris.

CCCXXXIX.

Carta Hugonis Foliot, de Bodesheye.

A.D. 1216-31. Grant by the same of Bodesheye to the Pitancer of Ramsey Abbey.

Universis[5] Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo, Dei gratia[6] Abbas Rameseiæ, æternam in Domino salutem.

Noveritis universi nos concessisse, dedisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, conventui nostro, hermitagium[7] de

---

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 30, with this rubric title *Carta H. Abbatis Rameseiæ, de Higgenheye.*

[2] *et*] omit, Cott.

[3] *Higgeneye*] Higgenheye, Cott.

[4] *Wychintone*] Wychentone, Cott.

[5] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 35. b, with this rubric title *Carta H. Abbatis, de Bodesh'.*

[6] *gratia*] miseratione, Cott.

[7] *hermitagium*] heremitagium, Cott.

Bodesheye, cum omnibus pertinentiis suis, in usus suos convertendum, per manum Pietantiarii,[1] qui pro tempore fuerit, ita scilicet, quod ipse Pietantiarius[2] singulis annis faciet inde anniversarium patris mei et matris meæ, et meum, in omnibus, videlicet in vino, in fladonibus,[3] et in tribus ferculis de pisce.

Et ut hæc[4] nostra donatio et confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsenti scripto sigillum nostrum apposuimus.

CCCXL.

Carta Hugonis Foliot, Abbatis, et Conventus, de Waltone.

A.D. 1219–1229. Grant by Abbot Hugh Foliot of land in Walton to Michael son of Michael de Walton.

Hugo,[5] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, omnibus et cætera, salutem.

Noverit universitas vestra, nos dedisse et concessisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, Michaeli filio Michaelis de Waltone, totum residuum tenementum de duabus carucatis terræ, cum pertinentiis, in villa de Waltone; unde placitum fuit inter nos in curia domini Regis, præter illa, quæ in dominico nostro retinuimus, sicut in cyrographo inter nos in curia domini Regis continetur.

Habendum et tenendum, sibi et heredibus suis, de nobis et successoribus nostris, per servitium militare in communa totius ab[b]atiæ.

Et sciendum, quod prædictus Michael de prædicto tenemento, a die cyrographi inter nos et ipsum facti in curia domini Regis, de cætero nihil alicui vendet, vel invadiabit, nisi abbatiæ Rameseiæ, per rationabile pretium, quantum aliquis alius rationabiliter obtulerit.

Nec dabit alicui aliquid de prædicto tenemento, nisi forte alicui parentum suorum, vel servientium fidelium suorum, et tunc ille, cui aliquid datum fuerit, exinde sacramentum præstabit, et securitatem faciet, quod illud nec dabit, nec vendet, nec invadiabit, nisi ecclesiæ Rameseiæ, ut prædictum est.

Et in hujus rei testimonium hoc scriptum, cyrographi modo confectum, sigilli nostri impressione roboratum, ipsi

---

[1] *Pietantiarii*] Pitantiarii, Cott.

[2] *Pietantiarius*] Pitantiarius, Cott.

[3] *fladonibus*] flavonibus, Cott.

[4] *hæc*] supplied from Cott.

[5] A repetition of No. CIII., Vol. I. p. 169.

Michaeli dedimus, et reliquæ parti scripti, quam penes nos retinuimus, ipse Michael sigillum suum apposuit.

His testibus, Magistro Gaufrido, Decano[1] de Leen, et cæteris.

CCCXLI.

Carta Hugonis Foliot, de una marca cameræ assignata.

A.D.1216-31. Grant by Abbot Hugh Foliot of a silver mark yearly to the Chamberlain of Ramsey Abbey.

Universis[2] Christi[3] fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, æternam[4] in Domino salutem.

Noveritis universi nos concessisse, dedisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, conventui nostro, ad cameræ eorum ampliationem, unam marcam argenti annuam de conquestu nostro, in usus suos vertendam per manum Camerarii, qui pro tempore fuerit.

Hanc autem marcam adquisivimus de Roberto de Beauvile[5] in curia domini Regis, sicut in finali concordia,[6] inter nos confecta, plenius continetur, quam concessimus et dedimus eisdem, singulis annis recipiendam de præfato Roberto ad duos terminos anni, videlicet ad Pascha dimidiam marcam, et ad festum Sancti Michaelis dimidiam marcam.

f. clxxv. Et ut hæc nostra donatio et confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineant, præsenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum, et ad majorem hujus rei roborationem, sigillo conventus nostri illud fecimus signari.

CCCXLII.

Anniversarium Ranulphi Abbatis.

A.D.1231-53. Anniversary of Ranulph, Abbot of Ramsey.

Omnibus Christi fidelibus, hoc scriptum visuris vel audituris, Ranulphus, Dei gratia Abbas de Rameseia, salutem in Domino.

Nota. Noverit universitas vestra nos, unanimi assensu et consensu conventus nostri, assignasse manerium nostrum de Giddingg' cum pertinentiis, salvis domino Abbati, qui pro tempore

---

[1] *Decano*] Decani, MS.

[2] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 32 b, with this rubric title *Carta Hugonis Abbatis, de una marca, quam concessit Conventui de Rameseia.*

[3] *Christi . . . audituris*] et cætera, Cartul.

[4] *æternam in Domino*] supplied from Cott.

[5] *Beauvile*] Bainville, Cott.

[6] *concordia*] supplied from Cott.

fuerit, annuo talliagio, auxilio vicecomitis, visu franci plegii, et wardpeni, ad festum translationis Sancti Edwardi solenniter in cappis celebrandum.

Et ad anniversarium nostrum competenter faciendum, scilicet dicto festo Beati Edwardi, ad pietantiam[1] conventus quadraginta solidos Celerario, qui pro tempore fuerit,[2] solvendos.

Et die anniversarii nostri, undecim marcas annuas, ad ornamentum ecclesiasticum annuatim providendum, secundum dispositionem Prioris et conventus.

Et custodi capellæ Beatæ Mariæ, qui pro tempore fuerit, sexaginta solidos, ad inveniendum unum cereum continue ardentem in dicta capella coram altari.

Et dimidiam marcam Sacristæ, qui pro tempore fuerit, pro classico solenniter faciendo, et pro luminari solenni inveniendo dicto die anniversarii nostri.

Et ad pietantiam conventus in refectorio, in cibariis, et vino, sex marcas annuas.

Et ad sotulares emendendas, ad opus centum pauperum, sexaginta solidos.

Et ad cumpanagium eorundem dimidiam marcam.

Et singuli dictorum pauperum percipient de celario communi unum panem militis, et potum sufficientem, et fabas vel pisas, de coquina monachorum.

Et nos, in dicti manerii recompensationem, plures terras et redditus, quos perquisivimus in diversis locis, sicut in quodam scripto, sigillo nostro signato, super hoc conventui confecto, continetur, concessimus imperpetuum.

Omnes autem illos, qui contra prædicta aliter disponendo venire præsumpserint, vel redditus prædictos in alios usus converterint, de communi consensu capituli nostri, sententia excommunicationis innodamus. *Nota excommunicationem.*

In cujus rei testimonium sigillum nostrum, una cum sigillo conventus, præsenti scripto apponi fecimus.

CCCXLIII.

Perquisitio Ranulphi Abbatis, præter Gidding', in maneriis.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ranulphus, Abbas Rameseiæ, unanimi consensu conventus nostri, dedimus et A.D. 1247. September. Assignment by Abbot

[1] *pietantiam*] originally written *pietantiarium*, but dots of subpunction are placed under the last three letters.

[2] *fuerit*] interlined in MS. in a different hand.

Ranulph of certain possessions to the Chamberlain of Ramsey Abbey.

assignavimus cameræ Abbatis Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, omnia perquisita nostra, in quibuscunque locis eadem perquisivimus, nomine recompensationis faciendæ pro manerio de Giddingg', quod, assensu prænominati conventus, assignavimus ad divina celebranda, et ornamenta ecclesiæ emenda, prout in carta specialiter de assignatione manerii confecta de Gidding' continetur.

Videlicet:—de essarto de Riptone, sex libras, per manum cujuscunque custodis firmæ ejusdem villæ solvendas ad tres terminos anni, scilicet ad festum Sancti Michaelis quadraginta solidos, ad festum Sancti Andreæ quadraginta solidos, et ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ quadraginta solidos.

De essarto de Wystowe quadraginta [1] solidos, solvendos annuatim ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ.

De manerio de Elesworthe, pro terra quæ fuit Simonis de Seynt Liz, et pro terra quæ fuit Warini de Hemmingforde, quas quidem terras de eisdem comparavimus, sexaginta [2] solidos, ad tres terminos suprascriptos æqualiter solvendos.

Assignamus etiam manerio de Brouctone, quod ad cameram Abbatis pertinet, totam terram quam emimus, cum pertinentiis, in villa de Wdhurst, de Willelmo de Stowe, quæ est æstimationis sexaginta solidorum per annum, duo etiam mesuagia in villa Sancti Ivonis, quæ fuerunt Tancredi de Houghtone, cum incremento duarum domorum in eadem villa, scilicet domus lapideæ, et siberthi, quæ sunt æstimationis sexaginta solidorum. Et totam terram, quæ fuit Willelmi de la Rode, in villa de Craunfeld, cum pertinentiis suis, quæ est æstimationis sexaginta solidorum, prædicto manerio de Craunfelde assignavimus.

Si quid autem in aliquo locorum prænominatorum, scilicet Riptone, Wistowe et Ellesworthe, prædicto redditu annuo soluto, fuerit residuum, penes custodem firmarum, et ad utilitatem earum remaneat.

Ut autem hæc omnia præmissa rata et inconcussa in posterum permaneant, nos et conventus noster huic scripto sigilla nostra apponi fecimus.

Data apud Rameseiam, anno gratiæ millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, mense Septembris.

---

[1] *quadraginta*] written upon an erasure.

[2] *sexaginta*] written upon an erasure.

CCCXLIV.

Carta ejusdem Abbatis, pro albis reparandis. f. clxxv. b.

A.D. 1231-53. Grant by Abbot Ranulph of twenty shillings yearly for the purchase and keeping in repair of the albs.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum visuris vel audituris, Ranulphus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, de communi consensu conventus nostri, assignasse custodi albarum monasterii Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, viginti solidos, de manerio nostro de Elesworthe, ad emendum et sustinendum paruras albarum ad sex altaria ex utraque parte chori sita, et omnes paruras ministrorum majoris altaris, exceptis ministris candelabra deferentibus, solvendos annuatim dicto custodi, per quemcunque custodiam manerii de Ellesworthe habentem, infra octabas Paschæ, apud Rameseiam.

Hoc autem concessimus, ut prædictum est, in recompensatione pannorum,[1] quos conventus Rameseiæ percipere consuevit de manerio de Therefeld, cum idem manerium insufficiens sit oneri sibi imposito.

Et ut præmissa rata in posterum permaneant, huic scripto sigillum nostrum, una cum sigillo conventus nostri, fecimus apponi.

CCCXLV.

Carta[2] *ejusdem Abbatis Ranulphi, de molendino apud Sanctum Ivonem.*

A.D. 1231-53. Grant by the same of a windmill at St. Ives to the Priory of St. Ives.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis et audituris, Ranulphus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod cum ex cura nobis commissa, indigentiæ pauperum, et maxime domesticorum fidei,[3] paterna affectione providere teneamur, paupertatem et honestatem dilectorum in Christo filiorum Prioris et monachorum Sancti Ivonis attendentes, ipsorum bona intuitu caritatis ampliare volentes, molendinum ad ventum extra villam Sancti Ivonis, cum situ ipsius et proventu, quod molendinum Willelmus de Timeworthe nobis vendidit, fratri Benedicto, Priori[4] Sancti Ivonis, et successoribus suis, prioribus ejusdem loci, et

---

[1] *pannorum*] pannum, MS.

[2] This title is written in a smaller and different hand.

[3] Galat. vi., 10.

[4] Benedict is not mentioned in Dugdale's list of Priors.

monachis ibidem Deo servientibus, de consensu et bona voluntate conventus nostri, concessimus, dedimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus.

Tenendum et habendum sibi et successoribus suis, liberum et quietum, et sine contradictione, in perpetuum.

In cujus rei testimonium, præsens scriptum tam sigillo nostro, quam sigillo conventus nostri, confirmari fecimus.

CCCXLVI.

Anniversarium Willelmi Acholde, Abbatis Rameseiæ.

A.D. 1253-4. Anniversary of William Acolt, Abbot of Ramsey.

Omnibus Christi fidelibus, et cætera, Willelmus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Nota.

Noverit universitas vestra,[1] quod nos, de assensu et voluntate conventus nostri, ordinavimus et concessimus, quod terra, cum pertinentiis, quam emimus de domino Willelmo de Wichentone in villa de Bitherne, jungatur et assignetur manerio nostro dictæ villæ in perpetuum.

Ita vero, quod quicunque dictum manerium, cum dicta terra, tenuerit, persolvet annuatim, ad opus conventus Rameseiæ, Subpriori, et Infirmario ejusdem loci, qui pro tempore fuerint, pro dicta terra, et suis pertinentiis, undecim marcas argenti in perpetuum; videlicet, ad Pascha Domini sex marcas, ad ornamenta ecclesiastica Rameseiæ ecclesiæ emenda; et quinque marcas per unum mensem, ante diem anniversarii nostri celebrandi, ad pietantiam dicti conventus similiter imperpetuum persolvet.

Nota.

Adjunximus etiam et concessimus, de assensu et voluntate ejusdem conventus nostri, sex marcas annuas de manerio de Giddinge Abbatis, ad festum Sancti Johannis Baptistæ, imperpetuum, ad prædicta ornamenta ecclesiastica emenda et melioranda percipiendas.

Et dictæ quinque marcæ, ad pitantiam assignatæ, in tota vita nostra persolventur dictis Subpriori et Infirmario per unum mensem ante festum Sancti Michaelis, ad celebrandum anniversarium patris et matris nostri, et patrum et matrum omnium et singulorum monachorum dicti conventus.

Post mortem vero nostram, sæpedictæ quinque marcæ persolventur eisdem Subpriori et Infirmario per unum mensem ante diem anniversarii nostri, sicut prius dictum est, ad celebrandum anniversarium nostrum, et anniversaria patrum et

[1] *vestra*] interlined in MS. in another hand.

matrum omnium et singulorum dicti conventus, sicut antea prætactum est.

Quæ quidem pecunia, ad ornamenta dictæ ecclesiæ emenda assignata, per manus eorundem Subprioris et Infirmarii, tradetur certis personis, ad dicta ornamenta emenda, secundum quod dictus conventus providerit et voluerit.

Et præfatæ quinque marcæ per manus eorumdem tradentur, tempore congruo, Celerario Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, ad providentiam faciendam in cibariis, et aliis dicto anniversario necessariis.

Nos autem, et dictus conventus noster, excommunicamus omnes illos, qui dictam pecuniam fraudulenter detinebunt, vel eandem in alios usus convertere præsument, nisi monasterium Rameseiæ aliquo casu, quod Deus avertat, combustionem vel devastationem patiatur. *f.* clxxvi. *Nota excommunicationem.*

In cujus rei testimonium, prædicti dominus Abbas et conventus præsenti scripto sigilla sua apponi fecerunt. *Nota.*

CCCXLVII.

Anniversarium Hugonis Abbatis de Sulgrave.

Universis Christi fidelibus præsentem cartam inspecturis vel audituris, Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino. A.D. 1259. Nov. 7. Anniversary of Hugh de Sulgrave, Abbot of Ramsey.

Noveritis nos concessisse, assignasse, et voluntate totius conventus nostri Rameseiæ, hac præsenti carta nostra, pro nobis et successoribus nostris, confirmasse, conventui nostro Rameseiæ, molendinum nostrum aquaticum de Burewelle, cum piscariis, et aliis pertinentiis suis.

Quod quidem molendinum, cum piscaria, et aliis pertinentiis suis, emimus de Fabiano del Nees de Burewelle. *Nota.*

Et aliud molendinum nostrum ventericium, quod apud Burewelle levare fecimus, cum sequelis, et omnibus aliis prædictis molendinis pertinentibus.

Ita scilicet, quod imperpetuum medietas totius proficui, vel commodi, de dictis molendinis, sequelis, et piscaria, et omnibus pertinentiis suis, die anniversarii nostri, cedat conventui nostro Rameseiæ, in pietantiam, per aliquem de fratribus dicti conventus ad hoc assignatum, bene et fideliter procuratam.

Et alia medietas dicti proficui, vel commodi, cedat in elemosinam pauperibus, eodem die singulis annis fideliter erogandum.

In cujus rei testimonium præsenti cartæ nostræ, pro nobis et successoribus nostris, signum nostrum, una cum signo conventus nostri, fecimus apponi.

Data in capitulo Rameseiæ, anno gratiæ millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, anno nostro quinto, in crastino Sancti Leonardi Abbatis.

CCCXLVIII.

Carta Hugonis Abbatis de Sulgrave, de perquisitione sua assignata feretro Sancti Ivonis.

A.D.1254–67. Grant of certain rents towards the custody of the shrine of St. Ives.

Universis Christi fidelibus, et cætera, Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domiño sempiternam.

Noverit universitas vestra nos, unanimi assensu et voluntate totius conventus nostri, assignasse totum conquestum nostrum ad augmentationem maneriorum, in quibus aliquid adquisivimus.

Videlicet, manerio de Schitlingdone quatuor acras terræ, quas emimus de Radulpho de Tyville;

Et quindecim solidos et tres capones, quos emimus de Thoma filii Mathæi de Staundone;

Et quadraginta solidos, quos percipere consuevimus de Willelmo le Waleys, pro terra quam emimus de Willelmo le Coynte;

Et viginti sex denarios annui redditus, quos emimus de dicto Willelmo le Coynte;

Manerio de Bartone totum tenementum, cum redditu; et medietate molendini, quod emimus de Roberto Peverel;

Manerio de Craunfelde, totam terram, cum bosco, quam emimus de Roberto cum Barba;

Manerio de Therefelde, septem acras terræ arabilis, et tres acras prati, quas emimus de Simone Starlinge;

Manerio de Gravele quaterviginti acras terræ cum uno mesuagio in Pappeworthe, quas emimus de domino Roberto de Conyngtone;

Manerio de Aylingtone, triginta quinque solidos, octo denarios, quos, cum duobus caponibus, percipere consuevimus de terra, quondam Clack', quam emimus de domino Waltero de Wassingle; et tres solidos, quos etiam percipere consuevimus de le Mulnepyhte, quam emimus de Henrico Tynnepanne;

Manerio de Burewelle, totum molendinum del Nees, cum sequela, et sexdecim acras terræ, cum duodecim denariis an-

nui redditus, quos emimus de Fabiano del Nees. Et unum aliud molendinum ventericium, quod construi fecimus;

Manerio de Sancto Ivone, quatuor acras prati, quas habuimus de Radulpho de Wyntonia;

Manerio de Houghtone, viginti solidos annui redditus, quos percipere consuevimus de terra quondam Tancreti;

Manerio de Hemmingforde, decem solidos annui redditus, quos percipere consuevimus de tenemento, quod emimus de Ricardo le Messager;

Et manerio de Walsokne, totam terram cum redditu, quam emimus de Roberto Mautalent, Ranulpho de Waltone, Eborardo de Stowe, Petro filio Mathæi, et aliis de eadem villa;

Manerio de Westone, duos solidos annui redditus, quos emimus de Andrea de Bitherne;

Cum omnibus pertinentiis, proficuis, et eysiamentis suis.

Ita tamen, quod propter assignationem omnium supradictorum, servientes vel præpositi subscriptorum maneriorum f. clxxvi. b
solvant, singulis annis, custodi feretri Sancti Ivonis, qui pro tempore fuerit, subscriptum redditum ad duos anni terminos, in singulis æqualiter, de Schitlingdone quadraginta solidos; de Bartone triginta quinque solidos; de Therefelde tresdecim solidos, quatuor denarios; de Gravele sexaginta sex solidos, octo denarios; de Burwelle sexaginta solidos; de Houghtone viginti solidos; de Aylingtone triginta duos solidos, octo denarios; de Hemingforde decem solidos. De quibus denariis nos, pro nobis et successoribus nostris, singulis annis, die anniversarii nostri, quadraginta solidos ad pietantiam conventus assignavimus.

Si autem servientes vel præpositi dictorum maneriorum in solutione prædictæ pecuniæ, quam sic assignavimus, cessaverint aliquo tempore, et Abbas Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, super hoc requisitus, prædictam pecuniam statutis terminis solvere noluerit, liceat dictis Priori et conventui Rameseiæ totum prædictum conquestum nostrum, cum consensu Abbatis, alicui fideli assignare, qui de exitibus totalis conquestus nostri custodi prædicti feretri Sancti Ivonis ad eadem, quæ superius assignavimus, facienda[1] plenarie respondeat.

Assignavimus etiam custodi capellæ Beatæ Virginis, qui pro tempore fuerit, ad unum cereum sustentandum cotidie, dum in eadem capella divina celebrantur, accensum quadraginta

---

[1] *facienda*] interlined in MS. in a different hand.

denariorum, quos consuevimus percipere de Rogero Clere, et sex denarios, quos percepimus de domo Johannis le Lymis, et unum denarium, quem recepimus de Margeria le Porter, cum omnibus proficuis, quæ de dictis domibus et tenementis poterunt pervenire.

In cujus rei testimonium signum nostrum, una cum signo dicti conventus nostri, apponi fecimus.

Excommunicatio.

Et omnes contra istam assignationem et concessionem nostram temere venientes, de consensu conventus nostri, sententia excommunicationis innodamus.

Et alios quadraginta solidos eodem die in pauperum procuratione[1] erogandos, et totum residuum dictorum denariorum ad duos cereos, continue ardentes circa feretrum Sancti Ivonis, sustentandos, et ad opera dicti feretri necessaria facienda, pro nobis et successoribus nostris, funditus assignavimus.

Si autem, et cætera.

CCCXLIX.

Carta Hugonis Abbatis de Sulgrave, pro cœnis monachorum apud Sanctum Ivonem.

A.D. 1263. January 16. Grant by Abbot Hugh de Sulgrave, towards the suppers of the monks at St. Ives.

Universis Christi fidelibus, præsens scriptum inspecturis vel audituris, Hugo de Sulgrave, Dei gratia Abbas Rameseiæ, quondam Prior de Sancto Ivone, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra nos, unanimi assensu et voluntate totius conventus nostri, divinæ caritatis intuitu, dedisse, concessisse, assignasse, et hoc præsenti scripto nostro, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, pro nobis et successoribus nostris, confirmasse, prioratui Sancti Ivonis, ad panis augmentationem et emendationem, et majoris et uberioris hospitalitatis sustentationem, totum tenementum nostrum in Wodehirst, cum ædificiis, redditibus, homagiis, releviis, eschaetis, et omnimodis servitiis et pertinentiis suis, quæ habuimus in villa, campis, et boscis de Wodehurst, quæ quidem quondam fuerunt Willelmi filii Gilberti de Stowe, cum suis pertinentiis.

Ita scilicet, quod panis, coram monachis et liberis hospitibus singulis, omni tempore anni, tam ad prandium quam ad cœnam apponendus, sit imperpetuum de pondere michæ illius loci antiquo.

Qui quidem panis ab antiquo ponderavit, et imperpetuum ex consuetudine ponderabit, quadraginta et septem solidos, et quatuor denarios sterlingorum. De quibus vero panibus quilibet monachus, et etiam quilibet de liberis hospitibus, habebit,

[1] *procuratione*] procreatione, MS.

quolibet die anni, unum panem de dicto pondere ad prandium; et tempore cœnandi, bini et bini, ad cœnam, unam panem ejusdem ponderis habebunt imperpetuum.

Dedimus etiam, concessimus, assignavimus, pro nobis et successoribus nostris, præsenti scripto, confirmavimus dicto prioratui, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, unam croftam in Sancto Ivone, juxta grangiam Johannis Ballarde, quæ fuit quondam Reginaldi Wlmer, quam vero croftam, cum suis pertinentiis, assignavimus ad anniversarium nostrum, inter dictos monachos ibi commorantes, annuatim per Priorem loci illius de valore quinque solidorum faciendum imperpetuum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto, pro nobis et successoribus nostris, signum nostrum, una cum sigillo conventus nostri, hoc gratanter concedentes, fecimus apponi. f. clxxvii.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, anno gratiæ millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, et anno nostro decimo, in crastino Sancti Mauri Abbatis.

Valete semper in Domino.

CCCL.

Carta Hugonis de Sulgrave, Abbatis Rameseiæ.

A.D. 1254–67. Grant, by Abbot Hugh de Sulgrave, of the custody of certain manors belonging to Ramsey Abbey.

Omnibus Christi fidelibus, et cætera, Hugo, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem.

Noverit universitas vestra, quod cum nos, de mera voluntate nostra, ad eximendas curas et solicitudines rerum temporalium, ut liberius et commodius contemplationi vacare possimus, de consilio Prioris et conventus nostri, sic de domo nostra disposuimus.

Concessimus, quod Prior noster, cum consilio nostro et conventus, disponat de omnibus interioribus, et de omnibus aliis, quæ ad celerariam, et ad curiam pertinent, et ad alias obedientias.

Uni autem fratrum nostrorum, quem de communi consilio elegerimus, et uni clericorum nostrorum, concessimus custodiam omnium maneriorum ad cameram nostram pertinentium, præter illa, quæ de assensu capituli nostri tradidimus ad firmam, ut ipsi de prædictis maneriis, et omnibus sibi pertinentibus, habeant dispositionem in omnibus, per consilium nostrum, ad commodum et profectum ecclesiæ nostræ, et ad acquietantiam omnium debitorum nostrorum.

De perquisitis autem et receptis respondeant[1] dicto Priori,

[1] *respondeant*] respondeat, MS.

et uni fratrum quem elegerit conventus, et uni capellanorum nostrorum, quem ad hoc attornabimus; qui de omnibus receptis et expensis, in præsentia nostra, et domini Prioris, et quorundam discretorum de conventu nostro, respondebunt.

Et in hujus rei testimonium huic scripto[1] sigillum nostrum apposuimus.

CCCLI.

Anniversarium Willelmi Abbatis, de Gomecestre.

Nota.

A.D. 1284. Anniversary of William de Gomecestre, Abbot of Ramsey.

Universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, præsens scriptum visuris vel audituris, Willelmus de Gomecestre, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod nos, de assensu et voluntate totius conventus nostri, ordinavimus, concessimus, et præsenti carta nostra confirmavimus, quod manerium nostrum de Nidingworthe cum Haliwelle, quod quondam emimus de dōmino Berengario le Moyne milite, tradatur custodiæ Celerarii Rameseiæ, et successorum suorum omnium, cum omnimodis pertinentiis et commoditatibus suis, infra villam et extra, sicut in carta dicti domini Berengarii, de feoffamento nobis inde confecta, plenius continetur, sine aliquo retenemento cujuslibet subsequentis.

Ita videlicet, quod Celerarius, qui pro tempore fuerit, faciet solenniter celebrare divina, die anniversarii nostri, singulis annis imperpetuum, pro anima nostra, et pro animabus patris et matris nostri, ac patrum et matrum omnium et singulorum monachorum dicti conventus, fratrum, sororum, parentum, amicorum, benefactorum et omnium fidelium defunctorum.

Et quod quilibet monachus de conventu prædicto habeat plenarie, die celebrationis anniversarii prædicti, tria fercula peroptima, et dimidiam lagenam vini.

Et quod Sacrista, qui pro tempore fuerit, singulis annis, dicto die anniversarii nostri, de prædicto Celerario sumat, pro sonitu, dimidiam marcam.

Quicquid autem residuum fuerit de proficuo dicti manerii, completo dicto anniversario modo prædicto, secundum dispositionem et voluntatem dicti conventus nostri, ad augmentationem celerariæ convertatur.

Nota excommunicationem.

Nos autem, et dictus conventus noster, excommunicamus omnes illos, qui prædictum manerium in alios usus convertere

---

[1] *scripto*] repeated in MS.

præsumant, vel ordinationem præscriptam mutaverint, seu minuerint, vel aliquid detinuerint, nisi monasterium Rameseiæ in aliquo casu, quod Deus avertat, combustionem vel devastationem patiatur.

In cujus rei testimonium præsenti scripto signum nostrum, una cum sigillo capituli nostri, apponi fecimus.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, anno gratiæ millesimo ducentesimo octogesimo quarto.

CCCLII.

Carta Willelmi de Gomecestre, Abbatis, de perquisitione sua in maneriis.

A.D. 1267-85. Grant by Abbot William de Gomecestre to the Almoner of Ramsey, of an increase of allowance, &c.

Omnibus Christi fidelibus, et cætera, Willelmus de Gomecestre, permissione divina Abbas Rameseiæ, salutem in Domino sempiternam.

Noveritis nos, unanimi assensu et voluntate totius conventus nostri, assignasse totum conquestum nostrum ad augmentationem maneriorum subscriptorum, in quibus aliquid adquisivimus, sicut continetur in cartis conventui liberatis, videlicet:

Manerio de Aylingtone, terras ibidem a nobis particulariter emptas, de quibus percipere consuevimus annuatim quatuor libras, duodecim solidos, et quatuor denarios. f. clxxvii. b.

Manerio de Westone, cotlandas quondam emptas de Emma de Waldis, de quibus percipere consuevimus sexaginta octo solidos, et octo denarios.

Manerio de Elingtone, assartum, de quo percipere consuevimus sexaginta solidos.

Manerio de Hemmingforde, totum tenementum, quod Reginaldus de Aylingtone et alii nobis ibidem vendiderunt, de quo percipere consuevimus sexaginta octo solidos.

Manerio de Schitlingdone, unum mesuagium, et quatuor virgatas terræ, quondam Henrici de Meperteshale, de quibus recepimus annuatim quatuor libras.

Et septem acras terræ arabilis, quas emimus de Willelmo de Narforde, Alexandro de Caunvile.

Manerio de Bartone, terram emptam de Waltero de la Haye, Ricardo de Caudesdone et Sibilla uxore ejus, cum tertia parte unius molendini.

Manerio de Therefelde, totum tenementum, quod de Lucia Paen, Simone Starlinge, Johanne de Gledesheye, Emma Paen, Benedicta Paen, Ricardo Oliver, Mabilia Paen, Ricardo de Hildrichesham, sex sororibus Luciæ Paen, Simone le Porter,

et Alicia uxore ejus, Thoma de Brauncestre, Willelmo de Schepwike, Rogero le Fermer, Roberto Alwine, et Amiana uxore ejus, cum duobus denariis annui redditus de Willelmo le White, perquisivimus;

Manerio de Cnapwelle, de terris emptis de Abbate de Tiletey, Philippo de Senclou, et aliis, viginti novem solidos, tres denarios, obolum.

Manerio de Burewelle, pratum et terras, quas emimus de Elena vidua.

Manerio de Brauncestre, pasturam de Estmeles, cum domibus superædificatis, et omnes terras, quas Adam filius Johannis militis, et alii, nobis vendiderunt.

Manerio de Ringstede, sextam partem terræ quondam Huberti de Welles, et quadraginta acras terræ, cum septem denariis, et uno quadrante, annui redditus, et uno faldagio.

Manerio de Walsokne, quadraginta quinque acras, unam rodam, septem perticatas et dimidiam, et quatuor pedes terræ et prati, quas emimus de domino Rogero de Colevile, et Desiderata uxore ejus, Alexandro filio Mathæi et aliis.

Manerio de Chateriz, quinque solidos de domibus et terra quondam Katerinæ de Coveneye.

Manerio de Slepe, omnes domos et rengias, quas nostro tempore de diversis perquisivimus.

Manerio de Wystowe, decem solidos annui redditus, quos consuevimus percipere de uno mesuagio et terra in eadem villa.

Ita tamen quod, propter assignationem omnium supradictorum, servientes vel præpositi subscriptorum maneriorum solvant, singulis annis, Elemosinario Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, subscriptum redditum, ad tres anni terminos, in singulis æqualiter;

De Aylingtone, quatuor libras sterlingorum.
De manerio de Westone, sexaginta solidos.
De Elingtone, quinquaginta solidos.
De Hemingforde, sexaginta solidos.
De Therefeld, sexaginta solidos.
De Cnapwelle, viginti sex solidos octo denarios.
De Schitlingdone, quatuor libras.
De Slepe, quadraginta solidos.
De Wardeboys, sexdecim solidos, octo denarios.
De Wystowe, quinque solidos.
De Bartone, sexdecim solidos, octo denarios.
De Brauncestre, decem solidos.
De Walsokne, quinque solidos.
De quibus denariis, pro nobis, conventui nostro, et pro

anima nostra, et pro animabus patris et matris nostri, patrum et matrum[1] omnium et singulorum monachorum dicti conventus, fratrum, sororum, parentum, amicorum, benefactorum et omnium fidelium defunctorum, assignavimus unum sacerdotem idoneum et honestum divina celebraturum; et tresdecim pauperes sustentari, imperpetuum.

Videlicet, quicunque futuris temporibus fuerit sacerdos, per priorem et conventum electus, percipiat singulis annis, per manum Elemosinarii, quinque marcas ad duos terminos.

Et unusquisque pauperum prædictorum percipiat cotidie unum panem et dimidium, ad quantitatem panis militis, de puro frumento, sicut cadit de gerba, sine mixtura alterius bladi.

Dimidiam lagenam cervisiæ, potagium, et dimidium ferculum ad prandium.

Die carnis dimidium ferculum carnis.

Et die piscium tria allecia, aut dimidium ferculum alterius piscis.

Et ad cœnam unum allec, aut unam portionem casei.

Unam tunicam singulis annis ad festum Omnium Sanctorum, aut tres ulnas panni lanei.

Et unum par sotularium, aut quatuor denarios.

Si autem servientes vel præpositi dictorum maneriorum, in solutione dictæ pecuniæ, quam sic assignavimus, cessaverint aliquo tempore, et Abbas Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, super hoc requisitus, prædictam pecuniam, statutis terminis, f. clxxviii. solvere noluerit,[2] licet prædictis Priori et conventui Rameseiæ totum conquestum nostrum prædictum, cum consensu Abbatis, alicui fideli assignare, qui de exitibus totalis conquestus nostri Elemosinario prædicto, ad eadem, quæ superius assignavimus, facienda, plenarie respondeat; nec subtrahatur aliquid de elemosina ab antecessoribus nostris prius ordinata, propter hanc nostram ordinationem.

Præterea assignavimus, ad ornamentum magni altaris in conventuali ecclesia nostra, undecim solidos annui redditus, quos de tenemento Simonis Chascede in villa de Rameseia percipere consuevimus.

In cujus rei testimonium signum nostrum, una cum signo conventus nostri, apponi fecimus.

---

[1] *et matrum*] repeated in MS. | [2] *noluerit*] noluerint, MS.

CCCLIII.

Nota. *Assignatio manerii de Bernewelle per dictum Willelmum Abbatem.*

A.D. 1267-85. Assignment by the same to the Prior of Ramsey of the manor of Barnwell.

Omnibus Christi fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, Willelmus de Gomecestre, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noveritis nos, unanimi assensu et voluntate totius conventus nostri, assignasse, pro nobis et successoribus nostris, dilectis nobis in Christo fratribus et filiis, Priori Rameseye, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, totum manerium nostrum de Bernewelle cum Crowethorpe, quod quondam emimus de domino Berengario le Moyne milite.

Tenendum et habendum dictis Priori et conventui, et eorum successoribus, imperpetuum, cum omnibus pertinentiis et commoditatibus suis, et quicquid nos in prædictis villis habuimus, vel quocunque modo habere potuimus, in dominicis, homagiis, servitiis, redditibus, wardis, releviis, auxiliis, eschaetis, villanis, sectis, terris, pratis, pascuis, pasturis, piscariis, edificiis, muris, fossatis, hayis, viis, semitis, gardinis, vineis, vivariis, stangnis, molendinis, et omnibus aliis aysiamentis et libertatibus suis, nominatis et non nominatis, ad prædictum manerium pertinentibus, sine aliquo retenemento nostri, vel successorum nostrorum, prout in carta dicti[1] domini[2] Berengarii de feoffamento nobis inde confecta, quam eisdem Abbati[3] et conventui tradidimus, plenius continetur.

Ita videlicet quod Sacrista Rameseiæ, qui pro tempore fuerit, dicti manerii, cum omnibus pertinentiis suis, custodiam obtineat.

Reddendo inde annuatim dictis Priori et conventui sexaginta libras sterlingorum, ad tres anni terminos, videlicet infra quindenam post festum Sancti Michaelis viginti libras, et infra quindenam Paschæ viginti libras, et infra quindenam post festum Translationis Sancti Benedicti viginti libras.

De quibus denariis provideantur conventui, singulis annis, octo dolea vini optimi ad annuam pietantiam conferenda.

Nota. Et sexaginta solidi ad unum cereum, coram cruce in magna ecclesia continue ardentem sustinendum.

---

[1] *dicti*] interlined in MS.

[2] *domini*] repeated in MS., but the redundant word has been struck through.

[3] *Abbati et conventui*] interlined in MS.

Et residuum in usus ecclesiæ necessarios, secundum dispositionem Prioris et conventus, convertatur.

Quicquid autem de proficuo totius manerii, cum suis pertinentiis, ultra prædictas sexaginta libras superfuerit, Sacrista in opere conventualis ecclesiæ Rameseiæ, per visum et consensum conventus expendat.

CCCLIV.

Carta Willelmi de Gomecestre, Abbatis, et confirmatio per Ricardum Episcopum Lincolniensem.

A.D. 1275. Novem. 20. Charter of William de Gomecestre, Abbot of Ramsey, and confirmation by Richard, Bishop of Lincoln.

Pateat universis per præsentes, quod, cum Reverendus pater, dominus Ricardus,[1] Dei gratia Lincolniensis Episcopus, in festo Beati Edmundi Regis et Martyris, anno Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quinto, Pontificatus ipsius Episcopi decimo octavo, ad domum nostram Rameseiæ, causa visitationis faciendæ declinasset, ac[2] nonnulli confratrum nostrorum ibidem, adveniente domino Episcopo, cum instantia, petivissent quorundam maneriorum ad celerariam dicti domus spectantium, quæ firmæ vulgariter[3] nuncupantur, sibi et conventui per nos Willelmum dicti loci Abbatem, qui hujusmodi maneria in præsentiarum tenemur fieri plenam restitutionem, secundum formam contentam in quibusdam instrumentis quorumdam episcoporum et abbatum, quæ penes dictum conventum dicuntur residere.

Nota.

Nos advertentes inter cætera, quod licet hoc aliquo tempore provisum extiterat, quia cum sicut in penultima visitatione domini acceptum fuerat, quidam Abbas Ranulphus, prædecessor noster, pro eo quod hujusmodi maneria seu firmæ, dum sic in manibus infirmariorum per Abbatem et conventum extiterant, multipliciter fuerant collapsa, ad devotam supplicationem præfati conventus, prædicta maneria seu firmas in manu sua benigne suscepit custodienda, et ea utiliter custodivit, ac duo abbates immediate subsequentes, videlicet piæ memoriæ fratres Willelmus Acolt et Hugo de Sulgrave, necnon postmodum nos ipsi, toto tempore nostro, sub quorum omnium regimine, prout etiam in eadem visitatione manifestius est acceptum, hujusmodi maneria seu firmæ sunt prospere conservata, et non mediocriter meliorata, et sic prædictus conventus, ab

f. clxxviii. b.

---

[1] Richard de Gravesende, chosen bishop of Lincoln, 30 Sept. 1258, died 18 Dec. 1279.

[2] *ac*] at, MS.

[3] *vulgariter*] wlgariter, MS.

hujusmodi provisione in præfatis instrumentis contenta, pro majoris et ipsius ecclesiæ utilitate, ut apparet, per præscripta spontanee recedens per prædictos abbates, et nos ipsa sustinuit hactenus custodiri.

Conspicientes etiam,quod, tam ipsorum maneriorum quam cæterorum omnium bonorum ecclesiæ nostræ prædictæ de Rameseia, tam per dominum nostrum illustrem Regem Angliæ, quam reverendum virum, dominum Octobonum, tunc in regno Angliæ Sedis Apostolicæ Legatum, et postmodum per venerabilem patrem nostrum, Ricardum, Lincolniensem Episcopum, nobis totalis administratio commissa fuerat, quod quia ab hac via seu modo, per tot abbatum et temporum curricula, ut ipsa rei evidentia plenius manifestat, feliciter observatis sine nostra culpa et evidentiori ecclesiæ utilitate, non sit faciliter recedendum, considerantes etiam, quod si postulata concederentur his, qui totaliter quieti religionis se manciparunt, pronior evagandi causa ac manifestior dissolutionis materia præberetur, quæ tenemur non mediocriter formidare, cum prædictorum confratrum nostrorum sanguis de manibus nostris requiretur.

Nonnullas insuper validas rationes et motivas, quas, causa brevitatis, ad præsens inserere omittimus, quas, favente Domino, si opus fuerit, coram quocunque judice seu superiore nostro opportuno tempore proponi faciemus, in nostræ considerationis examine efficacius ponderantes, sincerum conscientiæ nostræ in hac parte sequentes, his, quæ per suprascriptos confratres a præfato Episcopo per nos sibi fieri, circa firmas seu maneria supradicta postulantur ad præsens non duximus annuenda.

Verum licet nos ad id juris necessitas, seu rationis efficacia, non artaverit, ad sedandum tamen rancores cordium, et tumultus, et ad confovendum inter omnes quietis et pacis pulcritudinem, quæ est præcipuum vinculum caritatis, utque præsumptionibus et iniquis conceptionibus quorumcunque manifestius obviemus, et quod opera nostra in hac parte in lucem meridianam prodire valeant, coram præfato Episcopo, et clericis suis, in præsentia confratrum nostrorum, obtulimus, et adhuc coram ipso, et quocunque alio superiore nostro, offerimus reverenter, quod unus vel duo de conventu, per nos de consilio fratrum assumantur, qui frumentum, grutum, brasium, avenam, carnes, caseum, et omnia alia, quæ pertinent ad celerariam, nomine conventus, percipiant, et quæ utilia viderint acceptent, et quæ inutilia renuant et remittantur.

Nota.

Quodque de omnibus prædictis ita integre et plenarie ipsi Celerario, per visum ipsorum satisfiat, et sibi ac conventui, de dictis maneriis seu firmis, adeo plene, sicuti de ipsis unquam fieri consueverat, per visum et considerationem prædictorum,

et capellani nostri, qui potius equitator vocatur pro tempore existentis, qui de voluntate nostra, et conventus consilio, tam dictorum maneriorum, quam aliorum bonorum ecclesiæ, curam et sollicitudinem habet, et habuit ab antiquo, omnia plenius exsolvantur.

Ita videlicet, quod si[1] prædicta certa et antiqua commode non sufficiant, ex residuo dictorum maneriorum seu firmarum præfato Celerario, et per ipsum conventui, per visum et considerationem prædictorum, de voluntate nostra competenter satisfiat.

Et si residuum non remanserit ipsis per nos, de bonis seu proventibus aliis ecclesiæ, habita consideratione debita ad onera, quæ nobis incumbunt circa defensionem juris et libertatum ecclesiæ ipsius, et alia negotia ipsius, tam exterius quam interius, utiliter peragenda, satisfacere curabimus curialiter et benigne.

Volumus etiam, quod prædictæ personæ ratiociniis præpositorum interfuit maneriorum supradictorum, ut si qua fuerint residua, ultra perceptiones consuetas, de eisdem ipsis plenius innotescant, ut de his, prout visum fuerit expedire, postea disponatur. f. clxxix. *Nota.*

Volentes nihilominus, et tenore præsentium, bona fide promittentes, quod quo ad hospitalitatem, et elemosinam, et alias laudabiles consuetudines, prout commode fieri poterit, redintegrandas, diligentem sollicitudinem, et operam efficacem, quantum ad nos pertinet, impendemus, et ab aliis impendi faciemus, salvo in omnibus statu nostro.

Cartas etiam, instrumenta episcoporum et abbatum, de quibus superius mentio habetur, in omnibus et singulis articulis in ipsis contentis, illæsa et illibata optamus conservari.

Ita tamen, quod occasione eorum, seu quorumcunque contentorum in ipsis, nobis in his, quæ in præsentiarum possidemus seu tenemus, nullum nostris temporibus præjudicium gravetur, seu turbetur interim nostra possessio quoquo modo.

Offerimus etiam, quod injunctiones seu correptiones dicti patris nostri, nunc et alias apud nos editas, humiliter et reverenter suscipiemus, et eas faciemus, pro viribus nostris, quantum ad nos pertinet, observari.

Et ut omnium præmissorum memoria recentior habeatur, sigillum nostrum præsentibus apposuimus, et sigillum dicti domini Episcopi procuravimus apponi.

Data in capitulo nostro, apud Rameseiam, die et anno supradictis.

---

[1] *si*] interlined in MS.

CCCLV.

Carta Johannis Abbatis.

A.D. 1285–1316. Inspeximus of the same by John de Sautre, Abbot of Ramsey.

Omnibus Christi fidelibus, ad quorum notitiam præsentes literæ pervenerint, Johannes, miseratione divina, Abbas Rameseiæ, salutem in Domino sempiternam.

Inter cæteras sollicitudines officii nostri, ad conservandam tranquillitatem gregis nobis commissi, et omnem inquietudinis materiam amputandam, nobis, quasi cura præcipua et pervigil esse debet, ad actus quippe tam utiles et salubres constitutiones multæ patrum et prædecessorum nostrorum noscuntur institutæ, inter quas inspeximus litteram piæ memoriæ Willelmi Abbatis, prædecessoris nostri, quæ penes conventum nostrum residere dinoscitur, super quadam ordinatione venerabilis patris domini Ricardi, Dei gratia Lincolniensis Episcopi, ac prædicti prædecessoris nostri et conventus confectam in hæc verba :—

Pateat universis, et cætera ; sicut in carta Willelmi Abbatis præcedente continetur.

CCCLVI.

Assignatio de Hemingtone, per Johannem Abbatem Rameseiæ.

A.D. 1293. May 27. Assignment by the same of the manor of Hemington to the Cellarer of Ramsey Abbey.

Omnibus Christi fidelibus, et cætera, Johannes de Sautre, Abbas Rameseiæ, salutem, et cætera.

Noveritis nos, consilio et unanimi assensu totius conventus nostri, assignasse, concessisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, Celerario nostro, qui pro tempore fuerit, totum manerium nostrum de Hemingtone, cum omnibus pertinentiis suis, ad augmentationem et promotionem celeriariæ nostræ Rameseiæ.

Nota pro franco plegio tenendo apud Hemyngtone.

Habendum et tenendum, in usus Celeriariæ nostræ prædictæ, totum manerium prædictum, cum omnibus pertinentiis suis, videlicet, terris, redditibus, pratis, pascuis, pasturis, vivariis, molendinis, et omnibus aliis commoditatibus suis et aysiamentis, in villa et extra villam, ad prædictum manerium spectantibus, libere, quiete, integre, pacifice, imperpetuum.

Reddendo inde annuatim nobis, et successoribus nostris, Abbatibus Rameseiæ, illos centum solidos, quos prædecessores nostri, Abbates Rameseiæ, percipere consueverunt de[1] manerio de Bernewelle, videlicet, quinquaginta solidos ad festum

[1] *de manerio*] repeated in MS., but the redundant words have been struck through.

Sancti Michaelis, et quinquaginta solidos ad Pascha, pro omnibus servitiis, consuetudinibus et demandis, salvis nobis, et successoribus nostris, wardis, releviis, maritagiis, et eschaetis liberorum et amerciamentis, visibus[1] franciplegii, et omnibus aliis libertatibus ad regalitatem spectantibus.

In cujus rei testimonium, præsenti cartæ sigillum nostrum, una cum sigillo capituli nostri, fecimus apponi.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, sexto kalendas Junii, anno Domini millesimo ducentesimo nonagesimo tertio.

CCCLVII.

Anniversarium Johannis de Sautre, Abbatis prædicti.

A.D. 1316. October 19. Anniversary of Abbot John de Sautre.

Universis ad quos præsentes literæ pervenerint, Johannes, permissione divina Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noveritis nos, unanimi assensu et voluntate totius capituli nostri, ordinasse et assignasse tredecim libras, sex solidos, octo denarios, in villa de Houghtone.

f. clxxix. b.

Et viginti octo libras, sex solidos et octo denarios, in villa Sancti Ivonis.

Et quadraginta solidos in villa de Ailingtone.

De nostris adquisitis in eisdem villis, ad anniversarium nostrum.

Et quædam alia facienda in forma quæ sequitur, videlicet.

De Houghtone, pro anniversario nostro, Sacristiæ, qui pro tempore fuerit, quinque marcas ad tria fercula invenienda cum vino.

Et pro luminari ejusdem anniversarii, et festi Sancti Johannis Baptistæ unam marcam.

Et pauperibus, die anniversarii nostri, in villa Rameseiæ, decem solidos.

Et in maneriis per abbatiam quadraginta unum solidos, octo denarios, per manus fratris custodis maneriorum erogandos, prout competentius, secundum Deum, viderit ordinari.

Et pro sex cereis inveniendis in capella Beatæ Virginis, quindecim solidos.

Et capellano domini Rogeri de Nortone, septuaginta solidos.

Et pro anniversario ejusdem Rogeri in conventu faciendo, quadraginta solidos.

---

[1] *visibus*] visus, MS.

Et pro pauperibus, die anniversarii sui, in Rameseia et Houghtone, decem solidos.

Item viginti octo libras, sex solidos, octo denarios, Sancti Ivonis conventui nostro, ad augmentationem indumentorum annuatim, decem libras.

Et Celerario, qui pro tempore fuerit, pro festo Sancti Johannis Baptistæ, quod quondam fuerat duplex, de cætero principaliter celebrando, quadraginta solidos.

Et cameræ domini Abbatis, pro vino ejusdem festi, viginti solidos.

Et præcentori, pro emendatione librorum, viginti solidos.

Et Infirmario similiter, ad cistam, viginti solidos.

Et certo fratri, per Priorem et conventum ad hoc specialiter deputato, viginti marcas in novo opere ecclesiæ quolibet anno exponendas, et de eisdem ratiocinia annuatim reddenda.

Ita tamen, quod dictæ viginti marcæ nobis remaneant in dispositione nostra, dum vixerimus, unacum aliis, et residuum quod fuerit de adquisitis nostris in istis non prænominatis.

Et cum humanitus de nobis contigerit, post mortem nostram, dictæ viginti marcæ remaneant ad nova opera ecclesiæ facienda, in forma prætaxata.

Et residuum, quod fuerit de adquisitis nostris, ad cameram Abbatis pertineat imperpetuum.

Item custodi capellæ Beatæ Virginis Mariæ, in recompensatione redditus Rameseiæ cameræ Abbatis appropriati,[1] de villa de Aylingtone, quadraginta solidos.

Et hæc singula prædicta, in forma præordinata, singuli recipiant per manus præpositorum, capellano Rogeri de Nortone excepto, qui accipiet per manus fratris custodis maneriorum, qui quidem frater faciet præpositos levare, et respondere terminis debitis, videlicet, ad festum Sancti Michaelis et Pascha, tam pro anniversario quam pro aliis prætactis, et compotum inde audiat in cursu cum aliis ratiociniis maneriorum, sicut viderit expedire.

Et ut hæc omnia præmissa rata permaneant in posterum et inconcussa, nos, et conventus nostri, præsentibus sigilla nostra apposuimus.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, decimo quarto kalendas Novembris, anno Domini millesimo trecentesimo decimo sexto.

---

[1] *appropriati*] appriati, M.S.

CCCLVIII.

Obligatio[1] *ad cantariam Rogeri de Northone.*

A.D. 1307. Nov. 30. Grant and obligation by Abbot John de Sautre concerning the chantry founded in Ramsey Abbey Church for Roger de Norton.

Sciant[2] præsentes et futuri, quod nos Johannes, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, concessimus et obligamus nos, et ecclesiam nostram, et successores nostros, Rogero de Northone, pro uno mesuagio, centum sexaginta et decem acris terræ, et decem et octo acris prati, quæ idem Rogerus dedit nobis in Houghtone et Wythone, per licentiam domini Regis, et per cartam suam de feoffamento, quod nos et successores nostri inveniemus unum capellanum divina, singulis diebus in ecclesia Sancti Benedicti de Rameseia, pro anima ipsius Rogeri, et animabus patris, et matris, et antecessorum suorum, celebraturum, imperpetuum, ad altare Sancti Nicholai.

Similiter obligamus nos, et successores nostros, ad solvendum annuatim eidem cappellano, et successoribus suis, sexaginta et decem solidos sterlingorum, pro servitio suo, ad duos anni terminos, scilicet ad festum Sancti Michaelis triginta quinque solidos, et ad Pascha triginta quinque solidos.

Et ad omnia ista fideliter facienda, obligamus nos et successores nostros districtioni et cohercioni Episcopi Lincolniensis, qui pro tempore fuerit, si in aliquo conventionis prædictæ defecerimus, quod absit, quod ipse nos et successores nostros possit compellere per censuram ecclesiasticam ad omnia prædicta facienda et observanda.

In cujus rei testimonium huic præsenti scripto sigilla nostra apposuimus.

Data in capitulo nostro, die Jovis in festo Sanctæ Andreæ Apostoli, anno Domini millesimo trecentesimo septimo.

CCCLIX.

Hygeneye; metæ et bundæ. f. c.iiii^{xx}.

A.D. 1316-42. Metes and bounds of Higney.

Metæ et bundæ marisci de Hygeneye, perditi per Robertum Bevyle, et Willelmum atte Halle, et recuperati per dominum Simonem, Abbatem Rameseyæ.

Incipit mariscus ad Calverwodegate, et ita directe ad Munkeslade, et a Munkeslade directe ad Hokeslade, descendens versus

---

[1] A hand is drawn here in the margin to call attention to this document.

[2] This charter is a repetition, with some verbal variations, of No. CCXIII. (Vol. I. p. 374), but is dated on the following day.

Glattone, et sic per Hokeslade usque ad Brichmerpoles, et a Brichmerpoles usque ad Waltone Eldlode, et de Waltone Eldlode directe usque Bricheholt, et de Bricheholt usque ad terram siccam de Hygeneye in angulo de Bricheholt, et ibi per terram siccam usque ad Northwelew, et inde usque ad Calverwodegate.

Et sciendum quod mariscus prædictus continet mille acras.

Et memorandum quod Johannes Ravele et Nicholaus Styvecle recuperarunt communam suam, et non plures.

Quere totum processum in libro de dereslethir,[1] in folio centesimo quinquagesimo tertio.

CCCLX.

A.D. 1279–1280. Grant by Abbot William to the men of Hemingford of the manor of Hemingford in fee farm for seven years, commencing Michaelmas 1280.

Omnibus Christi fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, Willelmus,[2] Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Sciatis nos tradidisse hominibus nostris de Hemyngforde manerium nostrum de Hemyngforde ad firmam, a festo Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici octavo, incipiente nono, usque ad exitum septem annorum proximo sequentium, pro quadraginta libris sterlingorum, nobis inde solvendis annuatim ad quatuor terminos, scilicet, ad festum Sancti Michaelis decem libris, ad festum Sancti Andreæ decem libris, in Annunciatione Beatæ Mariæ Virginis decem libris, et in Nativitate Sancti Johannis Baptistæ decem libris.

Tenebunt itaque prædicti homines nostri prædictum manerium, cum omnibus pertinentiis suis, præter donationem ecclesiæ, cum illam vacare contigerit, et præter piscariam nostram, et molendinum, quæ in manu nostra retinuimus.

Habebunt etiam omnes proventus ipsius villæ, præter talliagia nostra, et præter auxilium vicecomitis, hundredi, et præter wardpenys, et scutagium domini Regis, et præter exitum causarum illarum, quæ sine nobis vel ballivis nostris

---

[1] This points to some other Register or Cartulary, which, as far as the Editors have been able to ascertain, does not now appear to exist.

[2] William de Gomecestre, who became Abbot of Ramsey in 1267.

terminari non poterunt, de quarum exitu habebunt medietatem, et præter visum franciplegii, et præter acram mandati, et acras Præpositi Rameseiæ.

Et sciendum, quod si aliquis custumarius sine herede de progenie sua exeunte decesserit, nos tradamus terram suam, et mesuagium suum, cuicunque voluerimus, et gersumam inde provenientem penes nos retinebimus.

Nullus etiam custumarius finem faciat pro filiabus suis alleviandis, vel maritandis, absque nostra præsentia, sed coram nobis fiant gersumæ earum, præsentibus præpositis, vel aliquibus de firmariis, qui dictam pecuniam habeant et colligant, versus firmam suam.

Nec licebit dictis firmariis alicui extraneo, seu de alieno homagio, domum vel terram tradere, sine licentia nostra speciali.

Volumus enim, quod hujusmodi gersumæ, ultra certam firmam nobis integre persolvantur.

Receperunt autem dicti firmarii tale implementum.

Grangia frumenti plena frumento ex utraque parte hostii, per postes hostii, et per trabes ultra hostium, et sic indirectum usque in summitatem grangiæ.

Receperunt etiam horreum avenæ plenum avenæ per postem hostii versus orientem.

Latitudo autem grangiæ erat viginti octo pedum intus.

Longitudo triginta novem pedum.

Et ipsa grangia rotunda erat versus orientem.

Altitudo vero in medio novemdecim pedum.

In latere vero ab hostio usque ad uncium rotunditatis erat longitudo parietis triginta pedum.

Altitudo quinque pedum et dimidii.

Receperunt etiam tassum hordei longitudinis triginta sex pedum, latitudinis undecim pedum, altitudinis undecim pedum, in latitudine in medio octodecim pedum.

Quieti autem erunt de serviente in autumno singulis annis, præterquam in ultimo autumno, in quo habebunt servientem, per cujus visum, secundum consuetudinem abbatiæ, fiet implementum. f. c.iiii^{xx}. b.

Quieti etiam erunt de hospitio nostro annuo et debito, excepto eo, quod quotienscunque ibi venerimus, invenient nobis sal, stramen, et fenum sine compoto.

Finitis vero septem annis, reddent nobis prædictum manerium, cum tali implemento cum quali illud receperunt.

Reddent etiam terram bene bis aratam.

Et sciendum, quod fructus, qui tunc fuerunt in horreo, computari debent pro primo anno, quia fuerunt de nostro implemento.

In hujus siquidem traditionis terræ et manerii testimonium, præsenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi.

CCCLXI.

A.D. 1272. Novem. 25. Acknowledgment by Abbot William de Gomecestre of the receipt of a fine paid by the men of Hemingford.

Omnibus[1] Christi fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, Willelmus, miseratione divina Abbas Rameseye, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra nos, anno gratiæ millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, recepisse ab hominibus nostris de Hemyngforde triginta marcas argenti de fine, quem fecerunt nobiscum pro defaltis, quas invenimus infra muros manerii nostri de Hemyngforde, ut in domibus, muris, gardinis, haiis, vivariis, portis, non sustentatis nec ædificatis, sicut ipsi ea invenerunt, quando dictum manerium ad firmam receperunt.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum fecimus apponi.

Data apud Rameseiam, die Sanctæ Katerinæ Virginis, anno supradicto.[2]

CCCLXII.

f.c.iiii.^{xx}.ii. *Carta Willelmi le Quoynte et Allicie uxoris, de triginta sex acris terræ, et quatuor acris prati, viginti quinque denariis annui redditus, in Gravenhirste.*

A.D. 1254–67. Grant by William le Quoynte and Alice his wife to Ramsey Abbey of land at Gravenhurst.

Omnibus Christi fidelibus, præsentem cartam visuris vel audituris, Willelmus de Lymminge, dictus le Quoynte, et Alicia, filia quondam Walteri de Stivecle, uxor mea, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, nos, unanimi [consensu] et voluntate, pro salute animarum nostrarum, et animarum omnium antecessorum et successorum nostrorum, divinæ pietatis

---

[1] This document probably relates to transactions which took place at the termination of an earlier lease, made about A.D. 1265, and was copied here as a guide in making a fine for dilapidations at the close of the lease which had just expired in 1280.

[2] The remainder of f. c.iiii^{xx}. is entirely blank in MS.; also the whole of f. c.iiii^{xx}.i, both recto and verso.

intuitu, dedisse, concessisse, et hac carta nostra, pro nobis et heredibus nostris, confirmasse, in puram et perpetuam elemosinam, Deo, et Sanctæ Mariæ, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, et Abbati Hugoni,[1] et ejusdem loci conventui, triginta et sex acras terræ arabilis, et quatuor acras prati, in villa de Gravenhirste cum suis pertinentiis.

Quæ quidem terra cum prato nobis accidit per decessum Barnabæ filii prædicti Walteri de[2] Stivecle.

De quibus triginta et sex acris terræ, viginti acræ jacent in campis, qui vocantur Armele et assartum.

Et quinque acræ, jacent in campo, qui vocatur la Hyde.

Et duæ acræ et una roda jacent in campo, qui vocatur Disenefacres.

Et tres acræ et dimidia jacent in campo, qui vocatur Wlmefurlunge.

Et una acra, quæ vocatur Mabille Acre.

Et una acra jacet in campo, qui vocatur Hecham Dune.

Et duæ acræ jacent in eodem campo in cultura, quæ vocatur Seveneacres.

Et una acra jacet in magna cultura, quæ vocatur Schepehoubrade.

Et quatuor acræ prati jacent in pratis de Gravenhirste.

Dedimus etiam, et concessimus, pro nobis et heredibus nostris, et hac præsenti carta nostra eisdem Abbati et conventui et ecclesiæ suæ Rameseiæ confirmavimus, pasturam stratæ, quæ se extendit ante portam capitalis mesuagii de Schepeho, nos et heredes nostros contingentem.

Et viginti quinque denarios annui redditus imperpetuum percipiendos.

Videlicet, de Ricardo de la Bere unum denarium.

De Galfrido de Craunfelde duodecim denarios.

De Jacobo Wake decem denarios.

Et de Alfredo, le tenaunt Ricardi de la Bere, duos denarios.

Simul cum homagiis et servitiis prædictorum Ricardi, Galfridi, Jacobi, et Alfredi, et heredum suorum, cum omnibus aliis, quæ nobis et heredibus nostris, de prædictis hominibus, et heredibus suis, et tenementis suis, aliquo casu possent accedere inposterum, tam in wardis, releviis et escaetis, quam in aliis quibuscunque.

Quæ omnia dictis Abbati et conventui, et ecclesiæ Rameseiæ, sine aliquo retenemento, dedimus etiam, et concessimus, et

---

[1] Abbot Hugh de Sulgrave. | [2] *de*] repeated in MS.

pro nobis et nostris hac præsenti carta nostra confirmavimus, in puram et perpetuam elemosinam.

Habendum et tenendum dictis Abbati et conventui, et ecclesiæ suæ Rameseiæ, libere, quiete, integre et pacifice, imperpetuum.

Et nos prædicti Willelmus et Alicia, et heredes nostri, prædictas triginta et sex acras terræ arabilis, et quatuor acras prati, cum omnibus pertinentiis suis, contra omnes, tam Christianos quam Judæos, warantizabimus, acquietabimus, et defendemus imperpetuum.

In cujus rei testimonium, præsenti cartæ sigilla nostra apposuimus.

His testibus, dominis Hugone Gubyun, Ricardo filio Radulphi, militibus; Johanne de la Mare, Sampsone de Sivelesho, Nicholao et Petro de Boelles, Ricardo de la Bere, Bartholomæo de Bray, Johanne de Bray, Thoma de Grauntcorte, Willelmo de Bradefen, Willelmo Camberlanno, Roberto de Yselintone, et aliis.

CCCLXIII.

Carta Ricardi Withbrede, de Gravenhirste.

A.D. 1253-4, or A.D. 1267-85. Grant by Richard Withbred of land at Gravenhurst to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus Witbred, filius Rogeri Witbred de Gravenhirst, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea, pro me et heredibus meis, confirmavi, Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, et domino Willelmo[1] Abbati, et ejusdem loci conventui, latitudinem sexdecim pedum terræ meæ, scilicet de illa acra terræ, quæ jacet juxta haiam Willelmi Mayster, mensuratorum a dicta haya, quæ est versus boream, et terram meam versus meridiem, abbuttantem super terram dicti Willelmi Mayster versus orientem, et extendentem super hayam meam, et hayam Stephani Moynyine versus occidentem, ad habendam chaccam suam liberam, ad terram suam colendam, et suam voluntatem inde faciendam, et ad utrumque caput chaceæ suæ liberum habentes exitum et introitum, nulla haya vel fossato impedientibus.

Salvo tamen mihi et heredibus meis chaccam meam ad unam acram colendam, et ad averia mea super illam acram pascenda.

---

[1] May be either William Acolt, or more probably William de Gomecestre.

Habendum et tenendum, cum suis pertinentiis, dictis domino Abbati et conventui, in puram et perpetuam elemosinam.

Et ego prædictus Ricardus, et heredes mei, dictam latitudinem sexdecim pedum, durantem indirectum, quantum durat dicta terra, dictis Abbati et conventui contra omnes mortales warantizabimus et defendemus imperpetuum.

Pro hac autem donatione, concessione, cartæ meæ confirmatione, warantia, et defensione, dederunt mihi dicti Abbas et conventus unam marcam argenti præ manibus.

In cujus rei testimonium, præsenti cartæ meæ, pro me et heredibus meis, sigillum meum apposui.

His testibus, Ada de Boeles, Petro de Northwode, Thoma de la Penne, Roberto le Fitz, Ricardo le Gray, et aliis.

CCCLXIV.

De terra dimissa in Gravenhurste per Hugonem Abbatem. f.c.iiii^{xx}.ii.b.

A.D.1254-67. Of land in Gravenhurst let in fee farm to William le Waleis and Joan his wife.

Hæc est conventio facta inter dominum Hugonem,[1] Abbatem Rameseiæ, et ejusdem loci conventum, ex una parte, et Willelmum le Waleis et Johannam uxorem ejus ex altera.

Videlicet quod dicti Abbas et conventus tradiderunt ad feodi firmam dictis Willelmo et Johannæ uxori suæ, totam terram arabilem, et totum pratum, quod dicti Abbas et conventus habuerunt de dono et venditione Willelmi le Qwointe et Alicia uxoris suæ, unde dicti Abbas et conventus fuerunt in seisina ad festum Sanctæ Margaretæ, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, Regis Angliæ decimo septimo.[2]

A.D. 1233. July 20.

Et totam terram, quam habuerunt de Petro de Boelles, pro escambio cujusdam terræ, quam dicti Willelmus le Qvointe et Alicia uxor ejus vendiderunt dictis Abbati et conventui.

Et totam terram, quam quidem Abbas et conventus habuerunt de dono Roberti Berengere.

Cum omnibus pertinentiis dictis terræ et prato in campis de Magna Gravenhurste pertinentibus.

Quæ tota terra arabilis jacet pro triginta quinque acris terræ, et pratum pro quatuor acris prati, cum pertinentiis suis.

---

[1] Hugh de Sulgrave, Abbot 1254-67.

[2] This is most probably an error for either xlii. or xlvij. xvij. is impossible, for the land in Gravenhurst here demised to Waleis was not acquired until Sulgrave's time (*See* No. CCCLXII., p. 246), and consequently the abbey could not possibly have held it in 1233.

Habendum et tenendum dictis Willelmo le Waleis, et Johannæ uxori suæ, et heredibus suis, de dictis Abbate et conventu, et successoribus suis, libere, quiete, integre et pacifice, ad feodi firmam inperpetuum.

Reddendo inde annuatim custodi feretri Sancti Ivonis apud Rameseiam, qui pro tempore fuerit, ad ceram inveniendam ad luminare dicti feretri, quadraginta solidos sterlingorum, ad quatuor anni terminos, scilicet, infra octabas Sancti Michaelis decem solidos, infra octabas Sancti Andreæ decem solidos, infra octabas Annunciationis Beatæ Mariæ decem solidos, et infra octabas Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ decem solidos.

Et dicti Willelmus le Waleis, et Johanna uxor ejus, et heredes eorum, totum dictum tenementum acquietabunt et defendent, de omnimodis sectis comitatuum et hundredorum, et de omnibus aliis servitiis forinsecis, quæ de dicto tenemento exigi poterunt in posterum.

Et quia prædicti Willelmus et Johanna totam prædictam terram, prædictis anno et die Beatæ Margaretæ Virginis, bene warrectatam, et cum tota vestura, tam de blado quam de feno, receperunt; obligaverunt, pro se et heredibus suis, quod si contingat eos, vel heredes suos, in solutione dictæ firmæ deficere in aliquo tempore, liceat dictis Abbati et conventui, et successoribus suis, dictos Willelmum et Johannam, et heredes suos, distringere per omnia bona sua, mobilia et immobilia, habita et habenda, ubicunque in toto tenemento, quod de dictis Abbate et conventu tenent, vel tenere poterunt, in comitatu Bedfordiæ, quousque solverint arreragia dictæ firmæ dictis Abbati et conventui, et successoribus suis, sine omni contradictione vel impetratione a Curia Regia vel aliunde.

Nec licebit prædictis Willelmo le Waleis et uxori suæ, vel heredibus suis, dictum tenementum aliquo modo dare, vendere, invadiare, vel alienare, ad exheredationem domus Rameseiæ, nisi tantum dictis Abbati et conventui, et successoribus suis.

Et dicti Abbas et conventus, et successores sui, totum prædictum tenementum, prædictis Willelmo Waleis, et Johannæ uxori suæ, et heredibus suis, contra omnes gentes warrantizabunt, per prædictum servitium.

Quod si non poterit, vel noluerit facere, et dicti Willelmus et Johanna, et heredes sui, aliquam partem dicti tenementi triginta quinque acrarum arabilium, et quatuor acrarum prati, sic jacentium, pro defectu warantiæ, omnino et sine recuperatione amiserunt, licebit dictis Willelmo, et Johannæ, et heredibus suis, pro unaquaque acra dictæ terræ et prati sic

amissa, duodecim denarios de dicta firma quadraginta solidorum singulis annis retinere.

In cujus rei testimonium, parti præsentis scripti in modum cirographi confecti, penes dictos Abbatem et conventum retenti, dicti Willelmus et Johanna uxor sua, pro se et heredibus suis, sigilla sua apposuerunt; et parti alteri, penes dictum Willelmum et Johannam residenti, dicti Abbas et conventus sigilla sua apponi fecerunt.

His testibus, Bartholomæo le Joevene, Eusthachio de Caumville, Rogero de Acholt, Sampsone de Suielesho, Henrico de Mepteshale, Willelmo de Pekesdene, Rogero Wythbred, Nicholao de la Penne, et aliis.

CCCLXV.

Conventio inter Abbates Burgh' et Rameseiæ.

A.D. 1180–1194. Convention between the Abbots of Peterborough and Ramsey.

Notum[1] sit universis, tam modernis quam posteris, hanc inter Dominum Benedictum[2] Burgensem, [et] Dominum Rodbertum[3] Rameseiæ,[4] Abbates, et eorum conventus, factam esse conventionem.

Propter vicinitatem proximam,[5] et fœdus familiaritatis mutuæ, quam utræque inter se ab annis multis ecclesiæ confoverunt, memorati Abbates, de exhortatione utriusque conventus et assensu, in hæc vota convenerunt.

Ut utrumque monasterium utrique conventui commune sit et unum.

Fratres quoque alterutri, qualibet necessitate compulsi,[6] in altero locorum opportunum refugium habeant et subsidium, et loca sua, utrimque tam in monasterio, quam in capitulo, vel refectorio, consequantur, secundum conversionis suæ tempus.

Audito autem hinc inde cujuslibet obitu fratris, accepta opportunitate, statim tabula a Priore pulsabitur; congregatis

---

[1] This convention is printed from the original document by Madox, Formulare Anglicanum, ed. 1702, No. CLII., p. 82; from which it has been reprinted in Dugdale's Monasticon, ed. 1817, Vol. I., p. 395. A hand is drawn in the margin of the Cartul. to call attention to the document.

[2] Benedict Abbas, Abbot of Peterborough from 1177 to 1194.

[3] Robert Trianel, Abbot of Ramsey from 1180 to 1200.

[4] *Rameseiæ*] Ramesiensem, Madox.

[5] *proximam*] supplied from Madox.

[6] *compulsi*] pulsati, Madox.

fratribus, breve a Præcentore recitabitur; anima defuncti absolvetur, et *Dirige in directum*[1] juxta morem decantabitur.

Proximo vero die opportuno, missa cum capa[2] in conventu celebrabitur, nomenque defuncti in martilogio[3] singulis annis recitandum conscribetur.

Præbenda ejus continuis triginta diebus, in pane, et cervisia, et uno ferculo, vel pulmentariis duobus, super mensam in refectorio ab Elemosinario pauperibus distribuenda collocabitur.

A singulis sacerdotibus tricennale[4] integrum persolvetur.

Prima missa specialis, cæteræ communes erunt.

Cæteri vero ordinis inferioris decem psalteria decantabunt.

Alterutrius autem ecclesiæ Abbates, cum obierint, per annum integrum præbendam suam habebunt.

Utriusque[5] autem loci fratres, sub interminatione anathematis, capituli alterius tamquam sui secreta celanda meminerint.

Ut autem hæc conventio apud posteritatem successivam perpetuam obtineat firmitatem, alternorum eam sigillorum impressione placuit roborari.

CCCLXVI.

f. c.iiii^{xx}.iii. *Decima annalis domus Rameseiæ, anno Domini millesimo trecentesimo quarto, et Simonis Abbatis decimo nono, apud Osneye, Norwicum, Elyense, Londoniam, Lincolniam, soluta.*

	Portio Abbatis apud Osneye.		*Medietatis decimæ.*	
A.D. 1334. Tithes belonging to Ramsey Abbey.	Upwode.	Septuaginta tres solidi, novem denarii, obolus.	Medietatis, triginta sex solidi, decem denarii, obolus, quadrans.	
	Houghtone.	Quatuor libræ, tres denarii.	Medietatis, quadraginta solidi, unus denarius, obolus.	

[1] The service of Matins and Lauds for the dead, popularly called a Dirge.

[2] *cum capa in conventu*] in conventu cum cappa, Madox.

[3] *martilogio*] martirologio, Madox.

[4] *tricennale*] tricenale, Madox.

[5] *Utriusque,*] Utriuslibet, Madox.

Slepe.	Septuaginta unus solidi, duo denarii.	Medietatis, triginta quinque solidi, septem denarii.	
Therefelde.	Septuaginta solidi.	Medietatis, triginta quinque solidi.	
Wardeboys.	Sexaginta quatuor solidi, septem denarii.	Medietatis, triginta duo solidi, tres denarii, obolus.	
Haliwelle.	Quinquaginta quatuor solidi, octo denarii.	Medietatis, viginti septem solidi, quatuor denarii.	
Ailyngtone.	Sexaginta duo solidi, undecim denarii, obolus.	Medietatis, triginta unus solidi, quinque denarii, obolus, quadrans.	
Westone.	Sex libræ, decem solidi, septem denarii.	Medietatis, sexaginta quinque solidi, tres denarii, obolus.	
Wystowe.	Quadraginta septem solidi, quatuor denarii.	Medietatis, viginti tres solidi, octo denarii.	
Broughtone.	Quinquaginta sex solidi, sex denarii, obolus.	Medietatis, viginti octo solidi, tres denarii, quadrans.	
Riptone Abbatis.	Quatuor libræ, novem solidi, obolus.	Medietatis, quadraginta quatuor solidi, sex denarii, quadrans.	
Craunfelde.	Septuaginta novem solidi.	Medietatis, triginta novem solidi, sex denarii.	Summa totius decimæ istarum villarum, undecim libræ, decem solidi, quinque denarii.
Barthone.	Quinquaginta duo solidi, novem denarii.	Medietatis, viginti sex solidi, quatuor denarii, obolus.	
Schitlingdone.	Quatuor libræ, octodecim solidi, octo denarii.	Medietatis, quadraginta novem solidi, quatuor denarii.	

Bigginge. Rameseia. Riptone Regis. Elingtone. Hemingforde. Nundinæ Sancti Ivonis.	Novem libræ, novemdecim solidi, quinque denarii.	Medietatis, quatuor libræ, novemdecim solidi, octo denarii, obolus.

Summa; sexaginta una librœ, decem solidi, sex denarii, obolus. *Medietatis, triginta librœ, quindecim solidi, tres denarii, quadrans.*

Portio Abbatis apud Norwicum.

Helegeie.	Quadraginta novem solidi, undecim denarii.	Medietatis, viginti quatuor solidi, undecim denarii, obolus.
Wynbodesham.	Triginta septem solidi, octo denarii.	Medietatis, octodecim solidi, decem denarii.
Brauncestre.	Quatuor libræ, duodecim solidi, duo denarii.	Medietatis, quadraginta sex solidi, unus denarius.
Ringstede, cum Hulme.	Quadraginta unus solidi, duo denarii, obolus.	Medietatis, viginti solidi, septem denarii, quadrans.
Popenho.	Quadraginta octo solidi.	Medietatis, viginti quatuor solidi.
Pro hundredo de Clake-[close].	Septem solidi, sex denarii.	Medietatis, tres solidi,[1] novem denarii.
Pro redditu et piscaria de Dunham.	Sex solidi, duo denarii, obolus.	Medietatis, tres solidi, unus denarius, quadrans.
Brunham.	Duo solidi, tres denarii.	Medietatis, tredecim denarii, obolus.

[1] The words *unus denarius quadrans* are inserted in the MS. after *solidi*, but have been struck through.

Burwelle.	Centum et quinque solidi, quatuor denarii.	Medietatis, quinquaginta duo solidi, octo denarii.

Summa, novemdecim libræ, decem solidi, tres denarii.

Summa medietatis, novem libræ, quindecim solidi, unus denarius, obolus.

Portio Abbatis apud Ely.

Elles[worthe] et Bokesworthe.	Novem libræ, tres denarii.	Medietatis, quatuor libræ, decem solidi, unus denarius, obolus.
Cnapwelle.	Septendecim solidi.	Medietatis, octo solidi, sex denarii.
Gravele.	Triginta novem solidi, octo denarii.	Medietatis, novemdecim solidi, decem denarii.
Chateriz.	Sex libræ, septendecim solidi, quinque denarii.	Medietatis, sexaginta octo solidi, octo denarii, obolus.

Summa, octodecim libræ, quatuordecim solidi, quatuor denarii.

Summa medietatis, novem libræ, septem solidi, duo denarii.

Portio Obedientiariorum apud Oseneye. f.c.iiii^{xx}.iii

Celerarius.	Centum et septem solidi, quatuor denarii.	Medietatis, quinquaginta tres solidi, octo denarii.
Infirmarius.	Decem solidi, decem denarii.	Medietatis, quinque solidi, quinque denarii.
Præcentor.	Undecim denarii.	Medietatis, quinque denarii, obolus.
Elemosinarius.	Septuaginta tres solidi, quinque denarii, obolus.	Medietatis, triginta sex solidi, octo denarii, obolus, quadrans.

Pietanciarius.	Quatuordecim solidi, duo denarii.	Medietatis, septem solidi, unus denarius.
Bernewelle.	Quinquaginta unus solidi, tres denarii, obolus.	Medietatis, viginti quinque solidi, septem denarii, obolus, quadrans.
Giddinge.	Triginta sex solidi.	Medietatis, octodecim solidi.
Magister operum.	Quatuor solidi, septem denarii, obolus.	Medietatis, duo solidi, tres denarii, obolus, quadrans.
Sacrista, cum Wystowe.	Quadraginta quinque solidi, septem denarii.	Medietatis, viginti duo solidi, novem denarii, obolus.
Camerarius.	Tresdecim denarii.	Medietatis, sex denarii, obolus.
Hostillarius.	Sexdecim denarii.	Medietatis, octo denarii.
Prior de Sancto Ivone.	Quatuor libræ, duo solidi, decem denarii.	Medietatis, quadraginta unus solidi, quinque denarii.
Sacrista Sancti Ivonis.	Undecim denarii.	Medietatis, quinque denarii, obolus.

Summa, viginti unus libræ, decem solidi, quinque denarii. *Summa medietatis, decem libræ, quindecim solidi, duo denarii, obolus.*

Portio Obedientiariorum apud Norwicum.

Celerarius.	Quadraginta unus solidi, tres denarii.	Medietatis, viginti solidi, septem denarii, obolus.
Sacrista, cum Borewelle.	Sexdecim solidi, quinque denarii.	Medietatis, octo solidi, duo denarii, obolus.
Camerarius, pro Laushulle.	Quatuor libræ, sex solidi, duo denarii, obolus.	Medietatis, quadraginta tres solidi, unus denarius, quadrans.
Prior de Modmenei.	Novem solidi, decem denarii.	Medietatis, quatuor solidi, undecim denarii.

Pietancia-rius, pro Depedale.	Sex solidi.	Medietatis, tres solidi.
Prior Sancti Ivonis, pro Welle.	Quinque denarii.	Medietatis, duo denarii, obolus.

Summa, octo librœ, unus denarius, quadrans.

Summa medietatis, quatuor librœ, obolus, quadrans.

Portio Obedientiariorum apud Ely.

Celerarius, pro Overe.	Centum unus solidi, novem denarii.	Medietatis, quinquaginta solidi, decem denarii, obolus.
Camerarius, pro Grettone.	Triginta octo solidi, sex denarii, obolus.	Medietatis, novemdecim solidi, tres denarii, quadrans.

Summa, septem librœ, tres denarii, obolus.

Summa medietatis, septuaginta solidi, unus denarius, obolus, quadrans.

Portio apud Lincolniam.

Præcentor, pro tenemento in Lincolnia.	Octodecim denarii.	Medietatis, novem denarii.

Summa patet.

Decima Abbatis apud Londoniam.	Quatuordecim solidi, duo denarii.	Medietatis, septem solidi, unus denarius.

CCCLXVII.

Carta Ailsini Abbatis, de Berkforde.

f.c.iiii^{xx}.iiii.

A.D. 1080–1087. Convention between Eudo, the

Hanc conventionem fecit Eudo, scilicet Dapifer Regis, cum Ailsio Abbate Rameseiæ, et ejusdem loci conventu,[1] in capitulo, de Berkforde,

[1] *conventu*] conventui, MS.

King's Sewer, and Abbot Ailsius.

Videlicet, ut Eudo habere deberet, ad opus sororis suæ Muriellæ, partem Sancti Benedicti, quæ adjacebat ecclesiæ Rameseiæ, quamdiu Eudo et soror ejus viverent, ad dimidium servitium unius militis, tali quidem pacto, ut post Eudonis sororisque suæ decessum, tam partem propriam Eudonis, quam in eadem villa habuit, quam partem ecclesiæ Rameseiæ, Deo et Sancto Benedicto, ad usum fratrum æternaliter, absque omni calumnia successorum Eudonis, possidendam, pro redemptione animarum et eorum parentum relinqueret.

Et ipsemet istud addidit, ut quicunque hoc pactum irritum facere, Dæmonis instinctu, decerneret, anathematis vinculo perpetualiter constringeretur.

Et insuper hoc pactum fide data cum juramento in capitulo super quatuor Evvangeliorum textum affirmavit, et fraternitatem loci suscepit.

His testibus, Ailsio Abbate, et cæteris.

CCCLXVIII.

Carta Herberti Abbatis Rameseiæ, de Oura.

A.D. 1088. June 17. Grant by Herbert, Abbot of Ramsey, of fraternity in the Abbey, and of land at Over.

Herbertus,[1] Dei gratia Abbas Rameseiæ, filiis Fidei Catholicæ.

Volo vos scire et veritati testimonium dare, quod Willelmo Pecche damus fraternitatem nostri et nostræ congregationis, et concedimus, ut sub sua custodia habeat terram de Oura ad proficuum suum et nostrum, sub hac conditione, ut ad præsens solvat nobis unam marcam auri pro nostra concessione, et singulis deinceps annis, sex libras denariorum pro usufructuario terræ, et locum sepulturæ habeat post decessum vitæ suæ in cimiterio ecclesiæ Sancti Benedicti, et centum solidi dentur de suo proprio ad ipsam ecclesiam pro[2] anima ejus, vel marca auri. Uxor vero ejus, quam hodie habet, scilicet Alfwen, si supervixerit ei, tenebit ipsam terram in vita sua, sub hac conditione, scilicet, post decessum vitæ ejus recedet in manum Abbatis, sive mei ipsius, sive successoris mei, absque ulla calumnia et obloquio, et tam bene vestita, ut fuerit in die qua ipsam Alfwen mortalis infirmitas præoccupaverit.

Testimonio nostri, et nostræ congregationis, et aliorum.

---

[1] A repetition of No. XXX. *See* Vol. I. p. 120.

[2] *pro . . . ejus*] interlined in MS.

CCCLXIX.

Carta A. Abbatis, de Dillingtone et Stowe.

A.D. 1091–1100. Grant by A., Abbot of Ramsey, to Ranulph, brother of Ilger, of fraternity in the Abbey, and of Dilington and Stow.

Hæc est conventio,[1] quam R[anulphus], Dapifer Regis, frater[2] Ilgeri, fecit cum A.[3], Abbate Rameseiæ, et toto conventu[4] ejusdem cœnobii.

Hoc est, ut ipse et uxor ejus habeant fraternitatem et partem cum eis in omnibus suis spiritualibus officiis.

Et, cum ab hac vita decesserint, corpora eorum in eodem loco sepeliantur, et quantum possessionis ad utrumque eorum pertinebit, cum ipsis funeribus, eidem loco attribuatur.

Si autem nati eorum, ipsis viventibus, obierint in eodem loco, terræ commendentur, et de possessione sua, secundum honestatem et facultatem suam, pro eis largiantur.

Necnon etiam Abbas et totus conventus eidem R[anulpho] concesserunt Dilingtone in feodo, cum Stowe, eo scilicet pacto, ut inveniat unum militem ad servitium Regis, et Abbatis, et totius conventus, in Anglia, et extra Angliam, ex proprio paratu, ita ut, si quicquid perdiderit in itinere, nihil ei Abbas restauret.

Hujus ergo rei testes existunt Turbernus Prior, et cæteri.

CCCLXX.

Carta Reinaldi Abbatis Rameseiæ, de Bernewelle.

A.D. 1114–1130. Grant by Reginald, Abbot of Ramsey, to Reinald Monk, of land at Barnwell.

Reinaldus Abbas Ramesiensis, Sanctæ Ecclesiæ filiis salutem.

Sciatis, quod ego concessi Reinaldo Monacho, et filiis suis, in hereditatem, terram de Bernewelle, et alias terras, quas juste tenet de abbatia Rameseiæ, quoque anno pro centum solidis, et pro servitio unius militis.

Hoc autem factum est in capitulo, mea et monachorum concessione.

Hujus rei testes; Everwinus, nepos Abbatis; Willelmus de Huwicent'; Hugo Interpres; Robertus filius Warini; Aylwardus de Riptone; Robertus de Stiveclea; Alfricus Presbiter

---

[1] A hand is drawn in the margin here to call attention to this document.

[2] *frater*] fratris, MS.

[3] This is most probably Aldwin, who became Abbot in 1091. *See* Charters CLII. and CLIII., Vol. I., p. 235.

[4] *conventu*] conventui, MS.

de Wardeboys; Sywardus de Wystowe; Horulf de Upuda; Radulphus Maus; Alanus nepos R.; Radl' serviens; R. Siricus; Robertus de Cum'; Robertus filius Albi'; et alii.[1]

CCCLXXI.

Carta Reinaldi ejusdem Abbatis, Herveo Monacho, de Ludingtone, Giddinge, Ravele, et Sautre.

A.D. 1114–1130. Grant by the same, to Hervey Monk, of land in Lodington and elsewhere.

f.c.iiii^{xx}.iiii. b.

In hac præsenti cartula scripto notare curavimus, quod ego Reinaldus Abbas, totusque Rameseiensis conventus, in capitulo nostro, concedimus Herveo Monacho quicquid habemus in Ludingtone, et quicquid habemus in Giddinge, præter eam partem quam habet Henricus[2] Archidiaconus.

Concedimus quoque Herveo Monacho, apud Ravele, terram Edwini; præter hoc unam virgatam terræ in Upwode, et suum hospitium apud Rameseiam.

Concedimus etiam prædicto Herveo Monacho, Saltreiam, in feudum ad firmam, pro quatuor libris per singulos annos, tali pacto, quod tam ipse, quam heres suus, qui eam post eum habebit, totam terram Sancti Benedicti, pro posse suo, in omnibus defendat placitis, ubicunque opus fuerit.

Idem vero Herveus omnem omnino calumniam clamat quietam in omnibus rebus ecclesiæ Rameseiæ pertinentibus, excepta Bradenache, quam tenet Willelmus de Houghtone.

Hujus rei testes sunt Ebroinus nepos Abbatis; Acelinus cognatus ejus; et cæteri.

CCCLXXII.

Carta Rogeri Mowyn, de Hirst, per Reginaldum Abbatem.

A.D. 1114–1130. Agreement between Roger Fitz Mowin and Reginald, Abbot of Ramsey, concerning land at Hurst.

Hæc[3] est conventio, quam Rogerus filius Mowini fecit cum Reinaldo Abbate.

Videlicet Abbas ille dedit ei illud vetus feudum apud Hirst, quod Ingel'u' habuit ibi, et dimidiam hidam apud Sautre, et trium solidorum pretium apud Fordham, quod Turkillus avunculus ejusdem Rogeri habet.

---

[1] *alii*] aliis, MS.

[2] Henry of Huntingdon, the historian.

[3] A repetition of No. LXXIX. *See* Vol. I. p. 147.

Ipse autem Rogerus dedit Abbati econtra viginti marcas argenti, et evenit homo ejus liges de hoc quod tenet de eo, et clamavit Abbati[1] octo virgatas terræ, solutas et quietas, apud Hirst, de novo feudo, et Ingel' hagam apud Huntedone.

Hujus rei testes fuerunt Benedictus Monachus, et cæteri.

CCCLXXIII.

Carta ejusdem Abbatis, de Wichentone.

A.D. 1114–1130. Grant by Reginald, Abbot of Ramsey, of Whiston to Henry Fitz William of Whiston.

Notum[2] sit Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod ego Reinaldus Abbas, nosterque conventus Rameseiæ, omnes unanimiter concedimus, in capitulo nostro Ramesensi, Wychentonam, hereditario jure Henrico filio Willelmi de Wychentona, cum eadem libertate, et eodem servitio, quo[3] eam tenuit prædictus Willelmus, pater prædicti Henrici.

Idem vero Henricus omnem calumniam nostræ Ramesiensi [ecclesiæ] clamat quietam.

Cujus rei testes sunt, Herveus Monachus, et cæteri.

CCCLXXIV.

Carta ejusdem Abbatis, de Ringstede.

A.D. 1114–1130. Grant by Reginald, Abbot of Ramsey to Wido de Auco of land at Ringstead and Stowe.

Reinaldus, Abbas Rameseiæ, cum toto monachorum conventu, concessit Widoni de Auco terram Sancti Benedicti de Ringstede, et alias terras, quas iste tenebat ab antecessoribus suis.

Concessit etiam ei Abbas, quantum habet in dominio apud Stowe, quam villam non habebat Wido, die qua ipse Abbas Reinaldus abbatiam Rameseiæ accepit.

Nota.

Et hoc totum in feudum hereditarium sibi et heredibus suis.

Et ipse Wido et heredes ejus, post obitum suum, reddent ecclesiæ Rameseiæ, unoquoque anno, octo libras denariorum Angliæ monetæ, vel duodecim marcas argenti.

Pro his supradictis terris et effectus est homo ligius Abbatis, et ligiam fidelitatem fecit ei.

Et octo libras denariorum plenius miles cum uno milite secum, id est, ipse et alter secum, et pepigit ligiam resechantisiam, id est, residentiam, et dimidiam decimam de Stowe.

---

[1] *Abbati*] Abbas, MS.

[2] A repetition of No. LVI. *See* Vol. I. p. 136

[3] *quo*] quam, MS.

Hoc autem factum est in capitulo, coram omni conventu, qui tunc aderant.

His testibus, Alfrico Presbitero, et aliis.

CCCLXXV.

Carta ejusdem Abbatis, de Maringes.

A.D. 1114-1130. Oath of fealty by Wulget to Ramsey Abbey, for his land at Maringes.

Quia quæ scribuntur diutius memoria retinentur, scripto notare curavimus fidelitatem, et postea donationem quam fecit Wlgetus ecclesiæ Rameseiæ.

In præsentia domini Reinaldi Abbatis, totiusque conventus Rameseiæ, in suo capitulo sedentis, juravit Wlgetus, se fidelem fore Ramesiensi ecclesiæ in omnibus, pro posse suo, propter nostram terram de Maringes, quam ei prædictus Abbas, cum suo conventu, concessit habere pro dimidia marca argenti per unumquemque annum, dum iste viveret Wlgetus.

Cui etiam, siquidem peccaverit contra Ramesiensem ecclesiam, caute veniam petenti condonavit Abbas peccatum, quantum ad eum pertinuit.

Damnum tamen, si quod commiserat, quod revera magnum fecerat, illud non remisit.

Facto vero hoc jurejurando, statim in eodem capitulo, sponte sua, prædictus Wlgetus, post obitum suum, pro salute suæ animæ, dedit ecclesiæ Rameseiæ, de sua propria terra, decem acras.

Quam donationem, ut super novum altare in novo monasterio facere sibi liceret, nondum enim monachi novum opus intraverant, suppliciter postulans impetravit.

Et, post capitulum, venerunt simul monachi, prædictusque Wlgetus, in novum monasterium, ubi de more, finita post capitulum pro defunctis oratione, per quemdam, quem adhuc habemus, baculum prædictus fecit Wlgetus de terra, quam diximus, donationem super altare manuali, quod erat dedicatum in Sanctæ Trinitatis veneratione. f.c.iiii^{xx}. v.

Cujus rei testes fuerunt præsentes, Gilbertus Capellanus, et cæteri.

CCCLXXVI.

Carta ejusdem Abbatis Reinaldi, per quam Baldewinus de Stowe clamat esse quietus de secta curiæ de Broughtone.

A.D. 1114-1130. Grant by Abbot

Omnibus[1] scire volentibus in hac cartula notum facimus, quod ego Reinaldus Abbas, totusque Ramesiensis conventus,

[1] A repetition of No. LXXVII. *See* Vol. I. p. 146.

in capitulo nostro, concedimus Gilberto filio Wydonis, tam sibi quam heredibus suis, Stowe, et quicquid habemus in Bluntesham, et unam hidam terræ in Hyrst, cum ea libertate, et cum eo servitio, quod prædictis pertinet terris. Reginald to Gilbert Fitz Wido of Stow, Bluntisham, and Hurst.

Gilbertus vero omnem calumniam clamat quietam, nominatim, de Ringstede, et de tribus virgatis terræ in Ellesworthe, et de soka in Huntingdonia, et de omni alia re.

Cujus rei testes sunt Herveus Monachus, et alii.

CCCLXXVII.

Carta ejusdem Reinoldi Abbatis, de una hida in Burwelle.

Notum[1] esse volumus, quod ego Reinaldus Abbas, totusque Ramesiensis conventus in capitulo nostro Rameseiæ, concessimus Widoni, tam sibi quam heredibus suis, unam hidam terræ apud Burwelle, quamdiu Ramesiensis Abbas et conventus ad talem firmam, qualem modo habet eam, et in ipsa firma per singulos annos pro supradicta hyda terræ reddat sibi tenenti firmam, vel cuilibet tenenti eam firmam, viginti solidos. A.D. 1114-1130. Grant by Abbot Reginald to Wido of a hide of land at Burwell.

Tali autem pacto facimus nos hanc conventionem cum prædicto Widone, quod tam ipse Wido, quam heres suus, dabit per singulos annos Abbati Rameseiæ, vel cui Abbas jusserit, quinque solidos pro prædictæ hidæ decima.

His[2] testibus, Alano filio Bertæ.

CCCLXXVIII.

Carta ejusdem Reinaldi Abbatis, de Pekesdene.

Tempore[3] Reinaldi Abbatis Ramesiensis, venit Willelmus Camerarius Londoniensis in Ramesiense capitulum, ibique coram prædicto Abbate, cunctisque monachis ejusdem capituli, confessus est se injuste terram Sancti Benedicti tenuisse apud Pekesdene. A.D. 1114-1130. Restoration by William the Chamberlain of London to Ramsey Abbey, of land at Pekesdene.

Unde omnino absolute [eam] reddidit supramemorato Abbati, prius in capitulo, postea super altare Sanctæ Mariæ, et Sancti

---

[1] This is the grant to which reference is made in subsequent charters of Abbot Walter. *See* Nos. LXXXV. and LXXXVI., Vol. I. p. 151.

[2] *His testibus*] Sic in MS.

[3] A repetition of No. LXVII. *See* Vol. I. p. 142.

Benedicti, ea tamen conditione, ut prædictam terram, quam [ipse] imperpetuum deserebat, Ebroinus, cujus consilio et ingenio terra ista, quæ[1] diu injuste ablata fuerat, ecclesiæ Ramesensi juste redibat, a Sancto teneret Benedicto.

Cujus rei causa dedit Ebroinus statim in ipso capitulo statim sex marcas argenti supradicto Camerario, et totidem se daturum promisit.

Abbas vero Ramesiensis, cunctis concedentibus monachis, terram supradictam dedit Ebroino.

Cujus rei testes sunt, Ailwardus magister de Linc', et cæteri.

CCCLXXIX.

Carta ejusdem Reinaldi Abbatis, de Brunham et Depedene.

A.D. 1114–1130. Grant by Abbot Reginald to Ralph, nephew of Goceline de Hely of land at Burnham and Depedene.

Reinaldus, Abbas Ramesiæ, concessit Radulpho nepoti Gocelini de Hely terram de Brunham et Depedene, in firmum feudum, pro quadraginta solidis, singulis annis reddendis, sicut Helewisa uxor sua eam tenuit.

Et tali conditione, quod si Willelmus, frater uxoris Radulphi, hanc terram erga Abbatem recuperare poterit, Radulphus eam de eo tenebit, et domino Abbati servitium faciet, si vero nequiverit, in capite eam de Abbate tenebit.

Et sic videlicet, quod Gocelinus de Hely quandam piscationem in Welles Abbati reddidit, quam hucusque injuria tenuit, et de hoc Radulphus hoc feudum in plegium posuit, quatinus hanc piscationem erga omnes homines acquietabit.

Si vero hoc non fecerit, in manum Abbatis revertetur.

Hujus rei testes sunt Henricus Prior[2] de Ely, et cæteri.

CCCLXXX.

Carta ejusdem Reinaldi Abbatis, de Cimiterio in Cantebrigia.

A.D. 1114–1130. Grant by Abbot Reginald of St. George's Churchyard, in Cambridge.

Notum[3] sit omnibus [fidelibus] Sanctæ Ecclesiæ, quod Reinaldus Abbas Rameseiæ, concessit in capitulo, fine tenus, consensu et testimonio totius conventus, Durando de Cantebrigia, et Roberto, et Angero, et cæteris de fraternitate Sancti Sepulcri, Cimiterium

[1] *quæ*] quam, MS.

[2] Henry, second Prior of Ely. The Anglia Sacra says that he died between the years 1131 and 1133 (I., 683). But he witnessed an Inventory, Jan. 5, 1134 (Bentham's History of Ely, ed. 1812, p. 216). The date of this charter however cannot be after 1130, when Abbot Reginald died.

[3] A repetition of No. LXXV. *See* Vol. I. p. 145.

Sancti Georgii, et terram quæ ei adjacet, ad construendum desuper monasterium quoddam in honore Dei, et Sancti Sepulcri, sic ne ecclesia Rameseiæ dignitatem dominii amittat.

CCCLXXXI.

Carta Oliveri Monachi, de Saltrea, per Walterum Abbatem.

A.D. 1154–1160. Grant by Abbot Walter to Oliver Monk of Saltrey.

Walterus,[1] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et totus ejusdem loci conventus, omnibus tam præsentibus quam futuris ad quos præsens carta pervenerit, salutem.

Noverit universitas vestra, quod, cum dominus Oliverus Monachus movisset nobis querelam de Bradenache per breve Regis, talis concordia inter nos, et illum, et heredes ejus, facta est.

Nos concessimus ei et heredibus suis Saltreiam, cum pertinentiis suis, in perpetuam firmam, pro quadraginta solidis, annuatim nobis inde solvendis, viginti ad Pascha, et viginti ad festum Sancti Michaelis.

Et insuper medietatem omnium obventionum et commodorum proventuum ex duabus domibus, quas habet apud Sanctum Ivonem. f.c.iiii^{xx}. v. b.

Ipse autem Oliverus, et Willelmus heres, et Herveius alius ejus filius, omnem querelam, et omne jus, si quid habeant, in Bradenache, quietum nobis et monasterio nostro clamaverunt.

Et, fide data, promiserunt, quod hanc conventionem et concordiam fideliter et sine dolo tenebunt.

Et quod, si quis in posterum monasterium nostrum inde vexare voluerit, ipsi opponent se, et tenementum illud contra omnes homines pro posse suo defendent.

Hæc autem concordia primum facta est Londoniæ, in curia domini Regis.

Postmodum autem in capitulo nostro, fide interposita, tam ab ipso, quam ab heredibus ejus, confirmata.

His testibus, Lamberto Priore, Remigio[2] Præcentore, Ranulpho Celerario, Alexandro Camerario, Monachis; Magistro Herberto, Domino Roberto, Clericis; Waltero Dapifero, Willelmo filio ejus, Willelmo Monacho de Hibernia, Militibus.

---

[1] A repetition of No. CXCVI. *See* Vol. I. p. 256. Willelmus, MS.

[2] *Remigio*] Reinaldo previously.

CCCLXXXII.

Carta Walteri Abbatis, de Marigges.

A.D. 1147–1151. Grant by the same to John Fitz Richard, of land in Marigge.

Walterus,[1] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et totus conventus ejusdem loci, omnibus baronibus et probis hominibus, Francis et Anglis,[2] de Hornecastresoca, salutem.

Notum sit vobis, quod concessimus Johanni filio Ricardi et heredibus suis, tenere in feudum[3] et hereditatem suam,[4] terram illam in Marrigge,[5] quam Wlgetus de Deo et Sancto Benedicto Rameseiæ tenuit, et pratum, quod ad illam terram pertinet.

Johannes autem homagium et ligianciam de illa prædicta terra fecit Abbati, in præsentia Roberti[6] Episcopi[7] Lincolniensis.

Et per singulos annos, propter illam terram, reddet decem solidos in die festi Sancti Benedicti apud Rameseiam, per se ipsum, vel per aliquem alium, ex sua[8] parte.

His testibus, Radulpho,[9] Abbate de Sancto Albano, et cæteris.

CCCLXXXIII.

Carta Walteri Abbatis, de Middelho.

A.D. 1135–1160. Grant by the same of Middelho to Wardon Abbey.

Universis[10] Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam prælatis quam subditis, Walterus, Abbas Rameseiæ[11] ecclesiæ, totusque ejusdem loci conventus, salutem et orationem in Domino Jhesu.

Sciatis me[12] dedisse et concessisse imperpetuum, monachis Sanctæ Mariæ de Sartis,[13] quendam locum nostrum, Middelho nomine, cum terris[14] et divisis suis, solum,[15] quietum, et liberum, communi assensu totius capituli nostri.

---

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 36.

[2] *Anglis*] Anglicis, Cott.

[3] *feudum*] feodum, Cott.

[4] *suam*] omit, Cott.

[5] *Marigge*] Maring', Cott.

[6] Robert de Chesney, Bishop of Lincoln, 1147–68.

[7] *Episcopi Lincolniensis*] Lincolniensis Episcopi, Cott.

[8] *sua parte*] parte sua, Cott.

[9] Ralph de Gubium, Abbot of St. Alban's, 1146–1151.

[10] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 36 b. with this rubric title *Carta Walteri Abbatis, de Middelho.*

[11] *Rameseiæ*] Remes', Cott.

[12] *me*] nos, Cott.

[13] The Abbey of Wardon, or De Sartis, founded in 1135.

[14] *terris*] terminis, Cott.

[15] *solum*] locum, Cott.

In hujus autem beneficii a nobis recepti[1] recognitione reddent[2] prædicti fratres, singulis annis, ecclesiæ nostræ, Dominica in Ramis Palmarum, tres petras ceræ, ad pondus Rameseiæ.

Hæc donatio facta est a[3] Waltero de Suchewelle,[4] Priore, Luca Subpriore,[5] Ranulpho Celerario, Alberto[6] Cantore.

Et hujus[7] donationis testes sunt Hugo, Sacerdos de Riptone, et cæteri.[8]

CCCLXXXIV.

Carta ejusdem Abbatis, de Snore.

A.D. 1133–1151. Grant by the same to Ralph de Barton of land at Snoring.

Snore.

Noverint[9] universi, tam præsentes quam futuri, Sanctæ Matris Ecclesiæ filii, quod Walterus, Abbas Rameseiæ, pari consensu et unanimi favore totius conventus Rameseiæ, dedit in die festivitatis Sancti Benedicti, in pleno capitulo, Radulpho de Berthone, terram de Snoro, et quæcunque ad eam pertinent, ita liberam tenendam ab eo, ut ipse eam, et terram Thurkilli de Hirst, quam habuit in Fordham de feudo Abbatis, et terram Alfini presbiteri de Fordham, pro una marca argenti, singulis annis reddenda, pro omni servitio.

Hæc autem donatio facta est sibi et heredibus suis pro suo servitio.

His testibus Waltero Abbate, qui hanc donationem fecit, et toto simul capitulo, et Roberto,[10] Abbate de Thorneia, et aliis.

CCCLXXXV.

Carta ejusdem Walteri Abbatis, de Walsokne.

A.D. 1133–1160. Grant by the same to Thomas of land at Walsoken.

Walterus,[11] Dei gratia Abbas Rameseiæ, omnibus fidelibus et cætera, salutem.

Universitati vestræ notum sit nos concessisse Thomæ, et heredibus suis, terram nostram de Walsokne ad feodi firmam,[12]

---

[1] *recepti*] accepti, Cott.
[2] *reddent*] reddunt, Cartul.
[3] *a*] supplied from Cott.
[4] *Suchewelle*] Suthwelle, Cott.
[5] *Subpriore*] Suppriore, Cott.
[6] *Alberto*] Albredo, Cott.
[7] *hujus*] ejusdem, Cott.
[8] *cæteri*] alii, Cott.
[9] A hand is drawn here in the margin of the MS. to call attention to this document.
[10] Robert, abbot of Thorney, 1113–1151.
[11] A repetition of No. LXXXIX. Vol. I. p. 153.
[12] *firmam*] firma, MS.

cum omnibus pertinentiis suis, singulis annis pro centum solidis, reservata donatione ecclesiæ ejusdem nobis et successoribus nostris.

Et cum[1] auxilia per alias terras nostras postulaverimus, idem Thomas dabit quantum [ad terram illam] pertinebit, similiter et heres ejus post eum.

His testibus, Herberto et God[rico], Monachis, et cæteris.

CCCLXXXVI.

Carta ejusdem Abbatis, de Enemethe et Welles.

A.D. 1133–1160. Grant by the same to Alfelin Facet of Wells, of land at Emneth and Wells.

Walterus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, totusque ejusdem loci conventus, universis Ecclesiæ filiis, salutem.

Sciatis quod concessimus huic Alfelino Faceto de Welles, homini et confratri nostro, servienti et fideli nostro, ipsi et heredi suo, terram illam de Henemethe, quam tenuit Sinuate Hod, et quicquid ad illam terram pertinet.

Nota.

Et insuper omnem terram quam habemus inter Welles et Henemethe, quæ est nona pars contra Episcopum Elyensem et Priorem Sancti Pancracii, participes nostros illius terræ.

Hanc terram illi concessimus pro servitio suo, jure hereditario possidendam.

Reddendo nobis singulis annis octo solidos et[2] quatuor denarios.

Ideo volumus, et firmiter confirmamus, ut istas terras, bene et in pace, et sine omni diminutione, ab ecclesia nostra de cætero possideat.

Testibus, Waltero Priore, et aliis.

CCCLXXXVII.

f.c.iiii^{xx}. vi. *Conventio inter Walterum Abbatem, et Gaufridum de Queringtone, de tenementis in Cranewelle et Sleforde.*

A.D. 1149. Agreement between the same and Geoffrey de Querington concerning land in Cranwell and Sleaford.

Anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo quadragesimo nono, facta est conventio talis, inter Walterum, Abbatem Rameseiæ, et Gaufridum de Queringtone.

Gaufridus de Queringtone, apud Rameseiam, in curia Abbatis, reddidit in manu Abbatis totam terram suam de Cranewelle pro triginta marcis, quas ei debebat.

---

[1] *cum*] cætera, MS.

[2] *et quatuor denarios*] interlined in MS.

Scilicet tres carucatas, quas ipse Gaufridus liberas in manu sua habuit,

Et tres alias carucatas, quas Henricus de Gaunt illi violenter abstulerat,

Necnon terram suam de Sleforde, quam Randulphus tenet cum mon[acho] quodam,

Totam hanc terram in manu Abbatis reddidit, et concessi ei, tenendum et habendum usque ad annos septem, pro illis triginta marcis quas ei debebat.

Insuper commendavit ei Radulphum filium suum, nutriendum et custodiendum usque ad terminum prænominatum.

Abbas autem suscepit puerum educandum, et terram prædictam in manu sua tenendam, usque ad septem annos.

Ita quod quicunque de terra quocumque lucrari modo poterit, vel plus vel minus, pro ipsis triginta marcis habebit.

Finito vero septimo anno, totam terram, quietam et liberam omni debito, reddet ipsi Gaufrido, vel Radulpho filio Gaufridi, vel alicui fratrum suorum, si ipsi[1] obierint, terram nudam et vacuam reddet, quam nudam accepit.

Insuper prædictus Gaufridus, et uxor ejus, et filius, affidaverunt Abbati, quod ipse filius suus uxorem non accipiet, absque Abbatis licentia vel consilio.

Necnon terram suam de Lincolnia, quam absque Abbatis licentia vendidit, Abbati et monachis amodo liberam et quietam reddidit ipse, et uxor ejus, et heres.

His testibus, Waltero Priore, et cæteris.

CCCLXXXVIII.

Carta Walteri ejusdem Abbatis, de Hemingtone.

A.D. 1133–1160. Grant by the same to Berengar Monk of land in Hemmington.

Notum sit universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, quod ego Walterus, Abbas Ramesiensis ecclesiæ, concessi et reddidi Berengario Monacho, rectum meum, quod habeo in terra Hemingtone, pro quadraginta marcis,

Ita quod decem marcas debet in præsenti, triginta vero, quæ restant, ad terminos quos ei constitui.

Sub hac conditione, quod si aliquis supervenerit, qui rectum in prædicta terra clamet, et oportuerit me justitia, seu alterius primatis coactioni, inde rectum tenere, si prædictus Berengarius terram illam judicio curiæ nostræ amiserit, decem marcæ mihi remaneant, et quantum dederit de triginta marcis ei restituam, computato censu, quem interim de eadem terra recipiet.

His testibus, Waltero Priore, et cæteris.

---

[1] *ipsi*] ipse, MS.

CCCLXXXIX.

Carta ejusdem Walteri Abbatis, facta Alfelino de Welles.

A.D. 1133–1160. Grant by Walter, Abbot of Ramsey, of certain land to Alfelin de Wells.

Walterus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, omnibus, et cætera, salutem.

Sciatis, quia dedi et concessi Alfelino de Welles, jure hereditario, ipsi et heredibus uis, terram quam tenuit Ulf de Helingeya, consensu totius capituli, sub hac conditione, quod idem Alfelinus dabit, singulis annis, pro eadem terra, sex solidos, et ut teneat eandem terram de me, sive de successore[1] meo, in capite, quicunque præpositus fuerit in Helingeya.

Concessi autem ei terram suam liberam et quietam, ubi domus ejus sunt.

His testibus, Lamberto Priore, et cæteris.

CCCXC.

Item,[2] *memorandum, quod ista terras et tenementa alienavit dictus Walterus Abbas, sine assensu et voluntate conventus.*

A.D. 1133–1160. Lands and tenements alienated by Abbot Walter without the assent of the monastery.

Ad Therefeld, sororio suo, de dominio, unam virgatam terræ.

Ad Bradenache,[3] duo nemora extirpavit, de quorum uno fecit idem Radulphus[4] viginti quatuor acras, de altero sexdecim.

Et fecit eum francum de terra patris sui, quæ fuerat ad furcam et flagellum, ut redderet inde per annum quatuor solidos pro una[5] virgata terræ præfata, et duobus nemoribus, cum terra patris sui.

Matheo, ultra hereditatem, duas virgatas terræ, et quadraginta acras, et viginti quatuor acras, de propria pastura.

Willelmus filius Sterling habet unam virgatam terræ.

Cæteri homines de eadem villa habent de dominio plusquam ducentas acras, quæ fuerunt in dominio, quando Walterus Abbas recepit abbatiam.

Ad Burewelle, Radulphus filius Ricardi habet unam virgatam terræ, quæ fuit de dominio.

Nicholaus habet unam virgatam terræ.

---

[1] *successore*] successori, MS.

[2] Also in Cott. Galba E. x. f. 16 b., with this rubric title, *Hæc sunt quæ Walterus Abbas dedit de abbatia contra voluntatem conventus.*

[3] *Bradenache*] Bradenach, Cott.

[4] *Radulphus*] Sic.

[5] *una . . . terræ*] virgata, Cott.

Gaufridus, nepos Abbatis, habet[1] unam virgatam terræ.

Michael, nepos ejus, dominicas decimas, cum ecclesia.

Ad Laushille,[2] Robertus Miles habet duas virgatas.

Gaufridus, nepos Abbatis, unam virgatam et dimidiam.

Et Bricstanewelle, quæ solebat reddere viginti solidos.

Et multos homines de servitio rusticorum francos fecit.

Ad Brauncestre,[3] Herbertus et[4] frater ejus habent pasturam nostram inter Brauncestre[3] et Doch'.

Ad Ringstede,[5] Presbiter habet viginti[6] acras de dominio.

Ad Holm, Wybernus,[7] et frater ejus, Rolandus Decanus, dominium nostrum, curiam, domum, et molendinum.

Ad Riptone[8] Abbatis, Herveus, frater Philippi, habet duas virgatas de dominio.

Et Philippus decem acras cum esarto.

Ad Craunfeld,[9] dedit Abbas Richerio, nepoti suo, terram Godwyni,[10] scilicet unam virgatam, et tres homines, et triginta acras de dominica cultura, et septem[11] acras in alio loco. f.c.iiii.^{xx}.vi. b.

Et Derling unum rusticum fecit francum.

Ad Bartone,[12] Herberto quadraginta acras de pastura.

Et Willelmo Travayl[13] dimidiam hidam.

Ad Schitlingdone,[14] Radulfo, cognato suo, unam virgatam, et unam culturam.

Et Teobaldo[15] unum hominem de duobus solidis.

Ad Bitherne,[16] Henrico de Winchetone[17] unam hidam, et trecentas[18] acras, et duas culturas, de dominio.

Ad Westone,[19] Sacerdoti de Leytone[20] duas virgatas terræ.

Et Percheai, cuidam homini Episcopi, unam virgatam.

Ad Houctone,[21] Rogero Hostiario unam hidam, quæ fuit Hunfredi,[22] heredibus reclamantibus et flagellatis.

Et Willelmo duas virgatas.

---

[1] *habet*] omit, Cott.

[2] *Laushille*] Lauhille, Cott.

[3] *Brauncestre*] Bramchestre, Cott.

[4] *et . . . habent*] frater ejus habet, Cartul.

[5] *Ringstede*] Rigstede, Cott.

[6] *viginti*] decem, Cott.

[7] *Wybernus*] Wibernus, Cott.

[8] *Riptone*] Riptune, Cott.

[9] *Craunfeld*] Cranefeld, Cott.

[10] *Godwyni*] Godwini, Cott.

[11] *septem*] sex, Cott.

[12] *Bartone*] Bertune, Cott.

[13] *Travayl*] Travail, Cott.

[14] *Schitlingdone*] Sitlingd', Cott.

[15] *Teobaldo*] Thedbaldo, Cott.

[16] *Bitherne*] Bierne, Cott.

[17] *Winchetone*] Winchentona, Cott.

[18] *trecentas acras*,] trecentis, Cartul. ; trecentis acris, Cott.

[19] *Westone*] Westune, Cott.

[20] *Leytone*] Lechton', Cott.

[21] *Houctone*] Hocton', Cott.

[22] *Hunfredi*] Humfridi, Cott.

Burredo de Huntedone terram Turkil,[1] scilicet duas virgatas terræ[2] Wlfridi,[3] et alias duas virgatas, et unam culturam de dominio.

Hugo, cognatus Abbatis, habet virgatam.

Et Albertus unam carucatam[4] terræ.

Ad Elingtone,[5] Radulfo de Huntedone[6] unam virgatam, et unam acram, et unam mansuram, in nostra cultura.

Franco armigero Gaufridi unam virgatam.

Gaufrido fratri Molendinarii, unam virgatam, et Reginaldo sororio suo, duas virgatas, et plures mansuras.

Ad Upwode,[7] Olivero Monacho unam virgatam, et unam culturam de sarto, et ad Giddinge[8] unam hidam.

Ad Elesworthe,[9] Rogero sexaginta acras.

Godefrido nepoti suo duas virgatas.

Roberto de Coninctone unam virgatam.

Ad Hyrst,[10] Roberto Morel unam virgatam, et unum pratum, et decimas de undecim virgatis terræ.

Ad Rameseiam, Alfgaro Camerario, quatuor acras, infra portas, in cultura Celerarii, et quatuor, extra portas.

Apud[11] Upwode, Willelmo de Clerevaus,[12] unam virgatam terræ.

Ad Wistowe,[13] eidem Willelmo aliam virgatam.

Hugoni de Bello Campo manerium de Bereforde[14] pro[15] decem libris.

Monachis[16] de Wardone terram et boscum de Midelho.

Roberto filio Hugonis de Wyrecestre[17] quinque hidas terræ in Oppeforde.[18]

---

[1] *Turkil*] Turchil, Cott.
[2] *terræ*] omit, Cott.
[3] *Wlfridi*] Wlfrich, Cott.
[4] *carucatam*] caruatam, Cott.
[5] *Elingtone*] Hethligton', Cott.
[6] *Huntedone*] Huntedun', Cott.
[7] *Upwode*] Upwde, Cott.
[8] *Giddinge*] Giddig, Cott.
[9] *Elesworthe*] Helleswrthe, Cott.
[10] *Hyrst*] Herst, Cott.
[11] *Apud Upwode*] Ad Upwde, Cott.
[12] *Clerevaus*] Clervaus, Cott.
[13] *Wistowe*] Wistoue, Cott.
[14] *Bereforde pro*] Bereford de, Cott.
[15] *pro*] de, Cott.
[16] *Monachis . . . Midelho*] supplied from Cott.
[17] *Wyrecestre*] Wirecheste, Cott.
[18] *Oppeforde*] Oppeford, Cott.

CCCXCI.

Ornamenta[1] *alienata per dictum Walterum Abbatem, sine voluntate conventus, tempore guerræ.*[2]

A.D. 1143. Ornaments alienated by the same in the time of the war.

Septem casulas auro defor'.
Quatuordecim cappas aurifrisio[3] bene paratas.
Tres albas aurifrisio[4] inferius paratas.
Et octo albas aurifrisio[3] inter scapulas paratas.
Et viginti[5] [albas] inter scapulas pallio paratas.
Sexdecim amictos auro venuste paratos.
Quadraginta amictos cum pallio paratos.
Et duas stolas, cum manipulis, ornatissime auro coopertas.[6]
Et quinque inferiores auro paratas.
Et duas cum argento paratas.
Tria cingula ornatissima auro, cum balteis[7] quatuor.
Novem calices argenti interius[8] et exterius deauratos.
Et duas ampullas argenti deauratas.
Et unum pallium de altari auro paratum.
Et tria pallia ad altare, et[9] de serico.
Unum textum cum auro et lapidibus.
Et duo cum auro et argento.
Unam Majestatem, cum auro et gemmis.
Unam imaginem Sancti Benedicti, cum auro et gemmis.
Imaginem Sancti Johannis Evangelistæ,[10] cum auro et gemmis.
Imaginem Sancti Yvonis, cum auro et argento.
Septem philaceria,[11] magna et ponderosa, de auro et argento.
Tria feretra cum auro et argento.
Unam turriculam magni ponderis.
Et unum parvum feretrum cum argento.
Duas cruces de argento.
Duo turribula argentea et[12] deaurata.

---

[1] Also in Cott. Galba, E. X., f. 17 b, with this rubric title, *Hæc sunt ornamenta, quæ dedit W*[*alterus*] *contra voluntatem conventus.*

[2] This was probably in the year 1143, when Geoffrey de Mandeville seized the abbey of Ramsey, and expelled the monks. (Roger of Hoveden, ed. Stubbs, Chron. and Mem., Vol. I. p. 206.)

[3] *aurifrisio*] aurifisio, MSS.
[4] *aurifrisio*] auru', Cott.
[5] *viginti*] novem, Cott.
[6] *coopertas*] cuptas, MSS.
[7] *balteis*] baltheis, Cott.
[8] *interius*] intus, Cott.
[9] *et*] supplied from Cott.
[10] *Evangelistæ*] Ewangl'e, Cott.
[11] *philaceria*] filacteria, Cott.
[12] *et*] omit, Cott.

Unum de quinque marcis.
Et aliud de viginti solidis.
Unam naviculam argenteam.
Et tres cortinas.
Et quatuor coria de urso.
Unam imaginem Sanctæ Mariæ, de auro et argento, de opere Radulphi Sacristæ.
Unam ampullam argenti.
Et unam patenam.
Et unum ciphum.[1]
Et duos bacinos, de quadraginta solidis.
Et unum turribulum de quinque marcis.
De feretro Sancti Yvonis.
Imaginem Sancti Salvatoris, *super*[2] *aspidem et basiliscum*[3] *ambulabis*, magnam et ponderosam, quinque marcarum.
Imaginem Sanctæ Mariæ, quinque marcarum.
Imagines Sancti Johannis Evangelistæ,[4] Marci,[5] Mathæi, Lucæ, et duodecim Apostolorum, omnes argenteas.
Unum feretrum, quod ponderavit duodecim marcas argenti.
Unum calicem, qui ponderavit tres marcas.
Et unam justam ad modum galli, quam dedit Sibilla,[6] mater Comitissæ[7] Gloucestriæ, quæ ponderavit septem marcas.
Et duo altaria argentea.
Et unum baculum argenteum.[8]
De missali altaris rasit omnes literas aureas.

CCCXCII.

Alienationes[9] *factas*[10] *per Willelmum Abbatem Rameseiæ, postea*[11] *Cluniacensem.*

A.D. 1161–1177. Alienations made by William, Abbot of Ramsey.

In Riptona Regis dedit idem Abbas Ricardo, nepoti suo, filio Senescalli, terram Durandi, quam Durandus idem, simul

[1] *ciphum*] ciffum, Cott.
[2] Ps. xc. 13.
[3] *basiliscum*] basilliscum, Cott.
[4] *Evangelistæ*] Ewangl'e, Cott.
[5] *Marci, Mathæi*] Mathei, Marci, Cott.
[6] Sibill, fourth daughter of Roger de Montgomery, Earl of Shrewsbury (who died in 1194), and wife of Robert Fitz Hamon, Earl of Gloucester (who died in March 1107). Her eldest daughter Mabel was given in marriage by King Henry I. to his illegitimate son Robert, whom he created Earl of Gloucester (Dugdale, *Baronage*, i., 406.)
[7] *Comitissæ Gloucestriæ*] Cometissæ Gloecestriæ, Cott.
[8] *argenteum*] argenti, Cott.
[9] Also in Cott. Galba E. X., f. 18, with this rubric title, *Ista sunt de tempore Willelmi Abbatis.*
[10] *postea* occurs in the MS. after *factas*, but has been struck through.
[11] *postea*] interlined in MS.

cum cartis, quas habebat ex donatione Henrici Regis senioris, de præfata terra, dedit ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, cum corpore suo, imperpetuum.[1] f.c. iiii^{xx}. vii.

Apud Brancestre[2] vendidit Herberto Præposito unam virgatam terræ, expulsis duobus[3] filiis cujusdam hominis defuncti, quibus hereditas pertinuit, pro quadraginta marcis. *Nota.*

Item monachis de Saltreia concessit facere fossam unam in marisco de dominio[4] ecclesiæ, videlicet de abbatia Saltreye[5] usque ad Wytlesmare.

Apud Craunfeld[6] dedit Senescallo, fratri suo, unam carucatam[7] terræ, quæ fuit cujusdam militis, quem fecit opprimere violenter et injuste.

Apud Therefeld maritavit neptam suam Radulfo militi, ratam habens et faciens donationem terrarum de dominio, quam fecerat Walterus Abbas patri prædicti[8] Radulphi de Therefeld.

Item ad villam de Waltone, quam debuit in jus ecclesiæ antiquum defuncto milite, qui eam injuste tenuerat, revocare, fecit fratrem suum prædicti militis uxorem conjugem[9] simul accipere cum villa.

CCCXCIII.

Carta Roberti Abbatis, de ecclesia de Wardeboys.

A.D. 1180–1200. Grant by Robert, Abbot of Ramsey, of the church of Warboys to Adam the Clerk.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Robertus[10] Abbas Rameseiæ, unanimi assensu et voluntate conventus nostri, concessi et confirmavi Adæ, Clerico nostro de Aumari, ecclesiam de Wardebois, cum pertinentiis suis, tenendam in vita sua, vel quousque vitam mutaverit, de Elemosinario Rameseiæ, quicunque sit ille, sub annua pensione quadraginta solidorum, quos idem Adam solvet annuatim eidem Elemosinario ad duos terminos, scilicet, viginti solidos ad Pascha, et viginti solidos ad festum Sancti Michaelis. *Nota pro pensione rectoriæ de Wardboys.*

Idem autem Adam juravit nobis fidelitatem, quod hanc pensionem fideliter solvet, et quod nunquam quæret artem, vel ingenium, quo minus præfata ecclesia, post mortem ipsius,

---

[1] *imperpetuum*] in perpetuum, Cott.

[2] *Brancestre*] Bramchestre, Cott.

[3] *duobus*] duabus, Cartul. The *o* in Cott. seems to have been originally written *a*.

[4] *dominio*] dominico, Cott.

[5] *Saltreye . . . Wytlesmare*] Saltreie usque ad Wittlesmare, Cott.

[6] *Craunfeld*] Crancfeld, Cott.

[7] *carucatam*] caruatam, Cott.

[8] A hand is drawn here in the margin of the Cartul

[9] *conjugem*] conjugen, Cott.

[10] Robert Trianel, Abbot of Ramsey, 1180–1200. *See* p. 174.

vel vitæ mutationem, ad dispositionem Elemosinarii Rameseiæ libere revertatur.

Quod ut solidum robur obtineat, sigillo conventus nostri hanc cartam fecimus communiri.

His testibus W. Priore.

CCCXCIV.

Carta Reinaldi Abbatis, de ecclesia de Welles.

A.D. 1114-1130. Grant by Reinald, Abbot of Ramsey, to Folcard son of Godric son of Kingulf, of the church of Wells.

Notum sit omnibus fidelibus, clericis et laicis, tenentibus de teritorio Ramesiensis abbatiæ, quod Reinaldus Abbas concessit ecclesiam de Welles, et ea quæ ad eam pertinent, Folcardo filio Godrici filii Kingulfi, ad serviendum Deo quamdiu vixerit.

Et ipse Folcardus effectus est homo ligius Abbatis, et Sancti Benedicti, et debet esse super terram ejusdem ecclesiæ residens.

Pater autem ejus et mater, cum de hoc seculo migraverint, corpora eorum debent ferri ad Ramesiensem ecclesiam, cum ea parte pecuniæ quæ tunc temporis pertinebit, et ibi sepeliri.

Hoc factum est in capitulo.

His testibus, Ebroino, Herveo, et cæteris.

CCCXCV.

Carta Roberti Abbatis, de Hulmo.

A.D. 1188. Agreement between Robert Abbot of Ramsey, and Geoffrey, the Clerk, of Holm, concerning certain land in Holm.

Sciant præsentes et futuri, quod hæc conventio facta est inter[1] Robertum Abbatem Rameseiæ, et ejusdem loci conventum, et Galfridum, Clericum de Hulmo.

Scilicet, quod prædictus Abbas et conventus concesserunt præfato Galfrido totam terram illam, quam Ruelandus Decanus de eis tenuit, in villa de Holm, scilicet medietatem dominii sui, cum molendino et marisco, et omnibus libertatibus ad medietatem illam pertinentibus.

Salva Abbati et conventui omnimoda libertate, quam habent in Ringstede et Holm ex Regum donatione.

Et salvis consuetudinibus, quas memoratus Abbas et conventus, tempore Ruelandi Decani, prædecessoris ipsius Galfridi, ibi habere solebant.

---

[1] *inter*] in, MS.

Tenendum de eis tota vita sua, pro quadraginta solidis, pro omni servitio, annuatim inde reddendis ad duos terminos, scilicet viginti solidis ad Pascha, et viginti solidis ad festum Sancti Michaelis.

Ita quidem, quod mater ejusdem Galfridi præfatam terram tota vita sua tenebit.

Si idem Galfridus prius decesserit, vel vitam mutaverit, idem autem Galfridus juravit, quod præfatis Abbati et conventui fidelitatem servabit.

Et non quæret artem vel ingenium, vel per se, vel per alium, quo minus memorata terra, post mortem ipsius, vel matris suæ, monasterio Rameseiæ libere revertetur.

Hoc actum est apud Rameseiam, anno ab Incarnatione Domini millesimo centesimo octogesimo octavo.

His testibus, Magistro Herberto, et cæteris.

CCCXCVI.

Carta Walteri Abbatis, de ecclesia de Craunfelde.

A.D. 1133-1160. Grant by Walter, Abbot of Ramsey, of Cranfield church, to Geoffrey the Priest.

Notum sit omnibus modernis et posteris, quod Walterus, Abbas Rameseiæ, unanimi assensu conventus sui, concessit et dedit in elemosinam, Gaufrido Presbitero, ecclesiam de Craunfelde.

Et ipse Gaufridus persolvet de suo viginti solidos annuos; decem solidos singulis annis ad Pascha reddendos, et decem solidos ad festum Sancti Michaelis, quos idem Walterus donavit Armario ad reparationem librorum ecclesiæ. f. c.iiii^{xx}. vii. b.

Ipse autem Gaufridus susceptus est in fraternitate capituli.

Concessumque est ei, ut cum voluerit vitam suam mutare, et ordinem monachatus subire, veniat et monachus fiat, allata et adducta secum universa substantia sua, tam in vivo quam in mortuo, tam in mobili quam in immobili.

CCCXCVII.

Carta[1] *Roberti Abbatis Galfrido Baynard, de Hulmo.*

Sciant[2] præsentes et futuri, quod ego Robertus,[3] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, concessimus, et

A.D. 1188. Grant by the same to

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 49, with this rubric title, *Carta Roberti Abbatis Rameseiæ, quam fecit Galfrido Bainard.*

[2] This document is most probably of even date with No. CCCXCV., ante, p. 276.

[3] Robert Trianel.

Geoffrey Baynard, of certain land n Holm.

hac præsenti carta nostra confirmavimus, Galfrido Baynard,[1] et heredibus suis, pro homagio et servitio suo, totam terram illam, quam Rodlandus Decanus tenuit de nobis in villa de Hulmo,[2] scilicet totam medietatem dominicæ[3] terræ nostræ in eadem villa, cum molendino, et multura ad ipsum molendinum pertinente, in Ringstede[4] et Hulmo.[2]

Tenendam de nobis, jure hereditario, pro quadraginta solidis, nobis annuatim[5] inde reddendis, ad duos terminos, scilicet viginti[6] solidis ad Pascha, et viginti solidis ad festum Sancti Michaelis.

Salvis nobis libertatibus, quas habemus apud Ringstede[7] et Holm, ex Regum donatione.

Et salvis nobis consuetudinibus, quas habere consuevimus, tempore quo prædictus[8] Rodlandus prædictam terram tenuit.

Salvis etiam nobis, hominibus nostris, et homagiis, et ipsorum hominum tenementis, et omnibus, quæ causa vel ratione ipsorum, nobis provenire[9] poterunt.

Conventio autem talis facta est inter nos et ipsum Galfridum, quod non ponet in placitum aliquem ex hominibus nostris de terris, quas de nobis tenent, vel unde nobis censum reddunt,[10] sine assensu et voluntate nostra.

Et si ipse Galfridus, vel heredes sui, aliquid de prædicta terra et molendino amiserint, vel amissum recuperare nequiverint, nos nullum escambium eis dabimus, nec aliquid restaurabimus.

Ipsi tamen nihilominus prædictum[11] censum integre annuatim nobis persolvent.

Ipse autem Galfridus, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juravit, quod fidem nobis[12] portabit, et ecclesiæ nostræ, et prædictam conventionem fideliter tenebit.

His testibus, Jocelino de Stivecle, Senescallo[13] nostro; Galfrido Ballard; Johanne, fratre Abbatis; Galfrido de Wyntonia; Willelmo Janitore; Herveo, filio Marci de Hulmo; Jacobo, fratre ejus; Johanne, filio Galfridi de Holm; Galfrido, Camberlano Abbatis; et multis aliis.

---

[1] *Baynard*] Bainard, Cott.

[2] *Hulmo*] Holmo, Cott.

[3] *dominicæ terræ*] terræ dominicæ, Cott.

[4] *Ringstede et Hulmo*] Rigstede et Holmo, Cott.

[5] *annuatim inde*] inde annuatim Cott.

[6] *viginti*] quinque, Cartul.

[7] *Ringstede et Holm*] Rigsted et Holm', Cott.

[8] *prædictus*] supplied from Cott.

[9] *provenire*] prævenire, Cartul.

[10] *reddunt*] reddent, Cott.

[11] *prædictum censum*] omit, Cott.

[12] *nobis portabit*] portabit nobis, Cott.

[13] *Senescallo . . . multis aliis*] Galfrido Ballard, et cæteris, Cott.

CCCXCVIII.

Carta Ranulphi Abbatis, de Stapelwerecrofte.

A.D. 1231–1253. Grant by Ranulph, Abbot of Ramsey, of Staplewerecroft in Wiggenhall, to Henry Fitz Nicholas of Wardone.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ranulphus, Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, dedimus et concessimus, et hac præsenti carta nostra confirmavimus, Henrico filio Nicholai de Wardone, pro homagio et servitio suo, totam illam placiam nostram ad caput villæ de Wygenhale versus Wynbodesham, scilicet illam placiam quæ vocatur Stapelwerecroft, quæ jacet in latitudine inter croftam Ricardi de Mildenhale, et inter toftum Hugonis Piscatoris, et abuctat super altam ripam, et extendit se in longitudine per tres quarentenas inferius versus mariscum, quantum continetur in illa placea.

Tenendam et habendam, de nobis et successoribus nostris, sibi et heredibus suis.

Reddendo inde nobis et successoribus nostris, singulis annis, unam marcam argenti, ad duos terminos anni, videlicet ad festum Sancti Michaelis dimidiam marcam argenti, et ad Pascha dimidiam marcam.

Et si fortasse contigerit, quod dictus Henricus, ex necessitate aut voluntate coactus,[1] eam dare, vel vendere, vel impignorare, obligavit se et heredes suos, per cartam suam, quam nobis fecit, quod nec dabit, nec vendet, nec impignorabit, nec heredes sui dabunt, nec vendent, nec impignorabunt, nisi domui Rameseiæ, per rationabile pretium.

Pro hac autem donatione et concessione dedit nobis prænominatus Henricus, præ manibus, in gersumam, quinque marcas sterlingorum.

In cujus rei testimonium hoc scriptum sigillo nostro, una cum sigillo conventus, signatum eidem confecimus.

His testibus, domino Stephano de Stokes, et aliis.

CCCXCIX.

Terra dimissa per Johannem Abbatem, de Ringstede.

Ryngsted. Nota.

A.D. 1302. January 1. Agreement between John, Abbot of Ramsey, and William de Sethford, concerning land in Ringstead.

Hæc est conventio facta inter Johannem[2] Abbatem Rameseiæ, et ejusdem loci conventum ex una parte, et Willelmum de Sethforde ex altera.

Videlicet, quod prædicti Abbas et conventus concesserunt, et ad feodi firmam dimiserunt, prædicto Willelmo triginta quatuor acras terræ arabilis, et libertatem unius faldæ, cum

---

[1] *coactus*] cogatus, MS. | [2] Abbot John de Sautre.

pertinentiis, in Magna Ringstede; de quibus, viginti quatuor acræ jacent in Nogouneswonge, et decem acræ jacent in le Smethe; quam quidem terram cum falda W., quondam Abbas hujus loci, adquisivit de Burcanno Nogun.

f.c.iiii^{xx}.viii. Habendum et tenendum de prædictis Abbate et conventu, et de successoribus suis, sibi et heredibus suis, ad feodi firmam, sicut prædictum est.

Reddendo inde dictis Abbati et conventui, et successoribus suis, apud Magnam Ringstede, septem solidos sterlingorum, ad quatuor anni terminos in dicto manerio usualiter constitutos.

In cujus rei testimonium præsenti scripto indentato, tam sigillum prædictorum Abbatis et conventus, quam prædicti Willelmi sunt appensa.

Data apud Rameseiam, die Lunæ in festo Circumcisionis, anno Domini millesimo trescentesimo primo, et domini Regis Edwardi, filii Regis Henrici, tricesimo.

CCCC.

De dimidia acra prati Sacristiæ Sancti Ivonis.

A.D. 1303. April 14. Grant by John, Abbot of Ramsey, of meadow in St. Ives, to the Sacristan of St. Ives.

Pateat universis et cætera, quod nos Johannes, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem [1] loci conventus, concessimus Sacristiæ Sancti Ivonis unam dimidiam acram prati, cum pertinentiis, in prato Sancti Ivonis, quæ jacet in Hobingmade, inter pratum Roberti le Cupere de Sancto Ivone versus orientem ex una parte, et pratum Rogeri filii Gilberti le Bonde de Wodehirst versus occidentem ex parte altera, in escambium pro quadam particula gardini ejusdem Sacristiæ contigua manerio nostro ejusdem villæ, viginti pedum in longitudine, et quadraginta sex in latitudine continente, ad augmentationem dicti manerii nostri.

Habendam et tenendam dictam dimidiam acram prati dictæ Sacristiæ imperpetuum.

In cujus rei testimonium huic scripto sigillum nostrum, una cum sigillo capituli nostri, fecimus apponi.

Data in capitulo nostro Rameseiæ, die Sanctorum Tyburcii et Valeriani, anno regni Regis Edwardi tricesimo primo.

CCCCI.

Carta[2] *Ranulphi Abbatis, pro pergameno, ad Præcentorem.*

A.D. 1231-1253. Grant by Ranulph, Abbot of Ramsey, to

Omnibus Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Ranulphus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

---

[1] *ejusdem*] eidem, MS.

[2] This and the nine following charters Nos. CCCCII. to CCCCX. are entered in a different hand.

the Precentor of certain rents for the purchase of parchment.

Noveritis nos, divinæ et humanæ caritatis intuitu, dedisse, concessisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, ad augmentationem cantariæ nostræ de Rameseia, videlicet ad emendum pergamenum de perquisitione nostra, tresdecim solidatas[1] annui redditus, ad duos anni terminos percipiendos, inperpetuum.

Videlicet, de Ricardo filio Simonis Palmeri, quadraginta denarios ad festum Sancti Michaelis, et quadraginta denarios ad Pascha Domini, pro quadam dimidia virgata terræ, quam de nobis tenet in villa de Hemmingeforde.

Et de Henrico filio Anzeredi, tres solidos, ad festum Sancti Michaelis, et tres solidos, ad Pascha Domini, pro quodam prato, quod de nobis tenet, in dicta villa.

Et de Willelmo le Wite, duos denarios, ad dictum festum Sancti Michaelis, et duos denarios, ad dictum festum Paschæ Domini, pro quodam mesuagio, quod de nobis tenet in præfata villa de Hemmingeforde.

Ita tamen quod duodecim denarii dictorum tresdecim solidatorum annui redditus cedant dictæ cantariæ nostræ in recompensationem et solutionem duodecim denariorum, quos Galfridus de Wyntonia, Præcentori dictæ Cantariæ, pro quadam terra in villa de Wardebois annuatim solvere consuevit.

In cujus rei testimonium, et cætera.

CCCCII.

Carta Willelmi Abbatis, de octo solidatis terræ in Gravenhirste.

A.D. 1275. November 5. Release by William, Abbot of Ramsey, of land in Gravenhurst to Nicholas de la Penne.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus,[2] Dei gratia Abbas Rameseiæ, salutem in Domino.

Noveritis nos, ex assensu et voluntate conventus nostri, concessisse et tradidisse Nicholao de la Penne, et heredibus suis, totum jus et clameum, quod habuimus, vel habere potuimus, in octo acris terræ, cum pertinentiis, in Gravinhirste, quas habuimus de feofamento Radulphi de Tymle, de feodo Roberti Brien. f.c.iiii^{xx}.viii. b.

Salvis nobis, et conventui nostro, et successoribus nostris, octo solidos annui redditus, solvendos nobis ad duos anni terminos, videlicet ad Annunciationem Beatæ Mariæ Virginis quatuor solidos, et ad festum Sancti Michaelis quatuor solidos.

---

[1] *solidatas*] solidatus, MS. | [2] Abbot William de Gomecestre.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum duximus apponendum.

His testibus, Ricardo Gubyoun, Nicholao de Mepertesh[ale], Ricardo de la Bere, Eustachio de la Channile, Alexandro filio ejus, Johanne de Brai, et aliis.

Data apud Shitlingdone, in vigilia Sancti Leonardi Abbatis, anno regni Regis Edwardi tertio.

CCCCIII.

Statutum per Johannem Abbatem, de visu franciplegii tenendo in Sancto Ivone.

A.D. 1288. October 13. Ordinance by John, Abbot of Ramsey, concerning views of frankpledge in St. Ives.

Anno Domini millesimo ducentesimo octogesimo octavo, et domni Abbatis de Sautre, tunc temporis Abbatis Rameseiæ, tertio, die Sancti Edwardi Regis et Confessoris, unanimi voluntate et assensu præfati domni Abbatis, et ejusdem loci conventus, statutum et ordinatum est in dicti loci capitulo, quod ubi divisim visus franciplegii in villa Sancti Ivonis ex consuetudine antiqua teneri consueverunt, videlicet ex parte domni Abbatis per se, et ex parte Prioris dictæ villæ Sancti Ivonis per se, de cætero conjunctim in curia domni Abbatis, coram Senescallo suo tenebuntur, ita scilicet quod, homines dicti Prioris ad dictam curiam domni Abbatis die visus franciplegii tantum accedent dicto Priore, vel aliquo nomine suo, juxta dictum Senescallum, consedente, et omnia amerciamenta ex quacunque causa de hominibus dicti Prioris prævenientia, sicut umquam melius, plenius, et liberius in curia sua propria percipere consuevit, sine contradictione alicujus, amodo percipiente et asportante, sed pro ista ordinatione dicto Priori aliquid juris, quod in hominibus suis habere solebat, deperibit in aliquo.

Salva etiam libertate dicti Prioris antiqua in aliis curiis suis, quas quidem adeo libere sicut umquam prius, amodo tenebit pro voluntate.

CCCCIV.

Carta Hugonis Abbatis, de dimidia marca, ad novam capellam Beatæ Mariæ.

A.D. 1216–1231, or A.D. 1254–1267. Concerning half a mark

Universis præsens scriptum visuris vel audituris, Hugo[1], Dei miseratione Abbas Rameseiæ, æternam in Domino salutem.

[1] This must be either Abbot Hugh Foliot, or Abbot Hugh de Sulgrave.

Noverit universitas vestra, quod cum dominus Oliverus le Moigne, miles, essartasset quadraginta acras ad perticam domini Regis, prout in carta, quam habet de Abbate et conventu, plenius continetur, et ipse, metas cartæ suæ excedens, ampliorem partem essartasset, idem Oliverus, nomine pacis, convenit nobiscum de dimidia marca, toto tempore nostro, nobis singulis annis inde solvenda ad duos anni terminos, videlicet ad festum Sancti Michaelis quadraginta denarii, et ad Pascha quadraginta denarii.

to be paid yearly towards a light at St. Mary's altar.

Nota de sex solidis, octo denariis, solvendis de domino Willelmo le Moyne et heredibus suis, ad luminare capellæ Beatæ Mariæ.

Nos igitur omni ex officio nostro singulorum indulgentiis, et maxime domesticorum fidei paterna affectione teneamur suffragari, magnam reverentiam et devotionem conventus nostri ad altare Beatæ Mariæ, Dei Genitricis, accedentes, solius Dei causa, et ipsius Beatæ Mariæ Virginis pia rememoratione et conventus nostri digna intercessione, dimidiam marcam prænominatam, de dicto Olivero et heredibus suis, singulis annis, sicut dictum est, percipiendam per manum monachi, qui ad custodiam dicti altaris deputabitur, Deo et Sanctæ Mariæ, et ipsius altaris ad sustinendum luminare ibidem pie inceptum, concessimus et contulimus.

Ut autem hæc nostra concessio et collatio perpetuum firmitatis robur obtineat, præsens scriptum sigilli nostri appositione confirmavimus.

CCCCV.

Carta domini Roberti de Longa Villa, de duabus virgatis terræ in Overtone, ad capellam Beatæ Mariæ. f. c.iiii^{xx}. ix.

Grant by Robert de Longeville to Ramsey Abbey of land in Overton Longeville, to find lights before St. Mary's altar on his anniversary.

Universis Christi fidelibus hanc præsentem cartam inspecturis vel audituris, Robertus filius Reginaldi de Longa Villa, salutem.

Noveritis universi, quod ego, Robertus de Longa Villa concessi, et dedi, et hac præsenti carta mea confirmavi, pro salute animæ meæ, et patris et matris meæ, animarum et antecessorum meorum, et successorum, et omnium parentum meorum, Deo, et Beatæ Mariæ, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, in perpetuam elemosinam, duas virgatas terræ arabilis, cum pertinentiis, jacentes in campo de Overtone Longeville, cum illo mesuagio, quod[1] jacet inter mesuagium Gilberti Bercher et Radulphi filii Ricardi, scilicet illas virgatas terræ cum pertinentiis, quas habui de dono matris meæ, de

[1] *quod . . . mesuagium*] repeated in MS.

suo libero maritagio, et quas Willelmus filius Bernardi tenuit, videlicet, ad inveniendum inde perpetuo altari Beatæ Mariæ, quod est in conventuali ecclesia, ad luminare septem cereos, et duas marcas inde percipiendas quolibet anno ad anniversarium meum; et si quid residuum exinde fuerit, totum ad luminare altaris Beatæ Mariæ remaneat, videlicet, cum omnibus pertinentiis suis, in pratis, in pasturis, in viis, in semitis, et cum omnibus liberis communis et esiamentis, infra villam, et extra, de Overtone, ad prædictas virgatas cum mesuagio pertinentibus.

Habendas et tenendas libere, quiete, honorifice, et hereditarie, sicut ego umquam tenui quietius et liberius, ab omnibus servitiis, et consuetudinibus, et exactionibus secularibus.

Reddendo inde annuatim Henrico de Longavilla fratri meo, vel heredibus suis, unum denarium, scilicet ad Pascha, pro omnibus servitiis et demandis, quæ ad prædictas virgatas terræ vel mesuagium poterint accidere, salvo regali servitio.

Et ut hæc mea concessio, donatio, et cartæ meæ confirmatio rata et inconcussa in posterum permaneat, ego Robertus hanc præsentem cartam, in testimonio veritatis et majoris securitatis, sigilli mei appositione communivi.

His testibus, et cætera.

CCCCVI.

Carta Egidii de Longavilla, de redditu viginti solidorum, ad capellam Beatæ Mariæ, de dicta terra.

Grant by Giles Fitz Reginald de Longeville to Ramsey Abbey of a yearly rent of twenty shillings towards a light before St. Mary's altar.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel audituris, Egidius filius Reginaldi de Longeville, salutem.

Noveritis me, de assensu et voluntate Henrici de Longeville, militis, fratris mei, et domini, dedisse et concessisse, et hac præsenti carta mea confirmasse, Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, et Abbati et monachis ibidem Deo servientibus, ad luminare coram altari Beatæ Virginis in eadem ecclesia, in liberam, puram et perpetuam elemosinam, annuum redditum viginti solidorum, de me et [1] heredibus meis percipiendorum, de illis duabus virgatis terræ, et mesuagio, cum pertinentiis, in Overtone Longeville, quas Willelmus filius Bernardi tenuit, scilicet in ebdomada Paschæ decem solidi, et in festo Sancti Michaelis decem solidi.

---

[1] *et*] repeated in MS.

Et si forte ego, vel heredes mei, a solutione prædicti annui redditus aliquo prædictorum terminorum cessaverimus, liceat Abbati de Rameseia, sine omni impedimento et contradictione mei, vel heredum meorum, distringere me, et heredes meos, per catalla, in prædictis duabus virgatis terræ, et mesuagio, cum pertinentiis, inventa, usque ad plenam prædicti redditus solutionem.

Ego etiam, nec heredes mei, prædictam terram nec dabimus, nec vendemus, nec aliquo modo alienabimus, nec aliquam machinationem faciemus, quominus dicti Abbas et monachi prædictum annuum redditum libere percipiant, vel pro eo minus libere distringere possint.

Et ne ego, vel heredes mei, processu temporis contra hanc meam donationem et confirmationem alicujus instinctu venire possimus, tam per corporale sacramentum præstitum, [quam] per præsens scriptum sigilli mei impressione munitum, me et heredes meos obligavi.

His testibus, et cætera.

CCCCVII.

Confirmatio cartæ præcedentis. f. c.iiii^{xx}. ix. b.

Universis Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel audituris, Henricus de Longeville, salutem. Confirmation of the same by Henry de Longeville.

Noveritis universi me ratam et gratam habere donationem et confirmationem, quam Egidius, frater meus, pro se et heredibus suis, fecit Abbati et conventui de Rameseia, de annuo redditu viginti solidorum, quem idem Egidius dedit in liberam, puram et perpetuam elemosinam, ad luminare coram altari Beatæ Mariæ in conventuali ecclesia de Rameseia, quem quidem redditum prædicti Abbas et monachi de Rameseia percipient de ipso Egidio, et heredibus suis, annis singulis, ad duos terminos, de illis duabus virgatis terræ, et mesuagio, cum pertinentiis, in Overtone Longeville, quas Willelmus filius Bernardi tenuit, scilicet in ebdomada Paschæ decem solidi, et in festo Sancti Michaelis decem solidi.

Ita scilicet, quod si idem Egidius, vel heredes sui, a solutione prædicti annui redditus aliquo prædictorum terminorum cessaverit, liceat Abbati Rameseiæ, sine omni impedimento et contradictione ipsius Egidii, vel heredum suorum, et sine impedimento mei, vel heredum meorum, distringere ipsum Egidium, et heredes suos, per catalla in prædictis duabus virgatis terræ, et mesuagio, cum pertinentiis, inventa, ad plenam prædicti redditus solutionem.

Et quia idem Egidius, me præsente, tactis sacrosanctis, pro se et heredibus suis juravit, quod prædictam terram nec dabunt, nec vendent, nec aliquam alienationem aut machinationem inde facient, per quam dicti Abbas et monachi prædictum annuum redditum minus libere percipere, vel pro eo minus libere distringere possint, ego, pro me et heredibus meis, ipso Egidio præsente, similiter juravi, quod nullo modo sustinebimus ipsum Egidium, et heredes suos, contra hoc factum ipsius Egidii, et juramentum venire scilicet modis omnibus impediemus.

Et si forte contigerit, quod memoratus Egidius, sine herede de corpore suo, decesserit, quia prædictæ duæ virgatæ terræ, et mesuagium, cum pertinentiis, tunc ad me et heredes meos revertentur, ego et heredes mei extunc prædictum annuum redditum viginti solidorum prædictis Abbati et monachis, sine omni contradictione et impedimento, ut prædictum est, ad prædictos terminos, persolvemus.

Et ut hæc mea confirmatio perpetuæ firmitatis robur obtineat, præsenti scripto sigillum meum apposui.

His testibus.

CCCCVIII.

A.D. 1228. March 26—April 9. Fine between Oliver le Moigne and Hugh Abbot of Ramsey concerning land in Raveley.

Nota de sex solidis, octo denariis, solvendis per Willelmum Moigne.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis apud Huntingdoniam,[2] in quindecim dies post Pascha, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, duodecimo, coram Simone de Segrave[3] Willelmo[4] filio Warini, Willelmo de Londonia, Willelmo Basset, Willelmo de Eboraco, justiciariis itinerantibus, et aliis fidelibus domini Regis tunc ibi præsentibus, inter Oliverum le Moigne[5] querentem, et Hugonem Abbatem de[6] Rameseye[7] impedientem, de quadraginta acris terræ, cum pertinentiis, in Ravelle,[8] scilicet de tota terra illa[9] in cultura juxta mariscum

[1] Also among Feet of Fines, Public Record Office, Hunt. 12 Henry III., and in Cott. Vesp. E. II. f. 57, with the rubric title, *Concordia inter Oliverum le Moyne et H. Abbatem Ramesiæ.* A hand is drawn in the margin to call attention to this document.

[2] *Huntingdoniam*] Huntend', Fine Huntedone, Cott.

[3] *Segrave*] Seggrave, Cott.

[4] *Willelmo . . . Eboraco*] et sociis suis, Cartul.

[5] *Moigne*] Moyne, Fine and Cott.

[6] *de*] omit, Cott.

[7] *Rameseye*] Ramesia, Fine.

[8] *Ravelle*] Ravele, Cott.

[9] *illa*] supplied from Cott.

de Fenstokkynge,[1] et de tota cultura quæ vocatur Popelenge, quæ assertata[2] fuit die qua hæc concordia facta fuit.

Unde placitum warantiæ cartæ summonitum fuit inter eos in præfata curia.

Scilicet quod prædictus Abbas recognovit totam[3] prædictam terram, cum[4] pertinentiis, esse jus ipsius Oliveri, ut illam quam idem[5] Oliverus habet ex dono Ricardi Abbatis et conventus de Rameseye.[6]

Habendum et tenendum ipsi Olivero et heredibus suis, de prædicto Abbate, et successoribus suis, et ecclesia[7] sua de Rameseye,[6] imperpetuum.

Reddendo inde annuatim sex solidos et octo denarios ad duos terminos anni, scilicet, ad Pascha quadraginta denarios, et ad festum Sancti[8] Michaelis quadraginta denarios, pro omni servitio.

Et prædictus Abbas et successores sui warantizabunt ipsi Olivero, et heredibus suis, totam prædictam terram, cum pertinentiis, per prædictum servitium, contra omnes homines.

Et pro hac recognitione, fine,[9] et concordia, idem Oliverus, pro se, et pro[10] heredibus suis, concessit, quod prædictus Abbas, et ejus successores, assartare poterunt in bosco[11] de Waltone,[12] pro voluntate sua, sine impedimento ipsius Oliveri, vel heredum suorum. *Nota.*

Salva eidem Olivero, et heredibus suis, communa sua in eodem bosco,[11] dummodo assartatus non fuerit, ad omnimoda averia sua.

Et salva eis similiter communa sua in omnibus locis, ubi idem boscus[13] assartatus fuerit, post fena levata, et blada[14] inde[15] asportata.

---

[1] *Fenstokkynge*] Fenstocking, Fine ; Fenstatlinge, Cott.

[2] *assertata*] assartata, Fine and Cott.

[3] *totam*] interlined in Cartul.

[4] *cum pertinentiis*] et pratum, Cartul.

[5] *idem*] omit, Cott.

[6] *Rameseye*] Rameseia, Fine.

[7] *ecclesia sua*] ecclesiæ suæ, Cartul.

[8] *Sancti*] omit, Cartul.

[9] *fine*] finali, Cartul. ; facta, Cott.

[10] *pro*] supplied from Fine.

[11] *bosco*] boscho, Fine.

[12] *Waltone*] The *l* in this word is interlined in the Cartul. Watone in Fine.

[13] *boscus*] boschus, Fine.

[14] *blada*] fena, Cott.

[15] *inde*] omit, Fine.

CCCCIX.

f. c.iiii^{xx}. x. *Carta Willelmi de Waldene, de quatuor solidos ad novam capellam Beatæ Mariæ in Elintone.*

Grant by William de Waudene to Ramsey Abbey, of a yearly rent of four shillings out of Ellington, to find a light before St. Mary's altar.

Sciant[1] præsentes et futuri, quod ego Willelmus de Waudene dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, in puram et perpetuam elemosinam, ad inveniendum luminare coram altari Beatæ Mariæ in nova capella ejusdem ecclesiæ, redditum quatuor solidorum, cum pertinentiis, scilicet homagio, relevio,[2] custodia, et omnibus, quæ me, vel heredes meos, vel assignatos, de jure contingere possunt, percipiendorum annuatim de terra, quam Willelmus Wysnol tenuit de me in villa de Elinthone, ad quatuor terminos anni, scilicet, ad Pascha duodecim denarios, et ad festum Sancti Johannis Baptistæ duodecim denarios, et ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios, et ad Natale Domini duodecim denarios.

Tenendum et habendum dictum redditum dicto altari, de me et heredibus meis, sicut prædictum est, libere, quiete, et pacifice, ab omni consuetudine et exactione.

Ego vero, prædictus Willelmus de Waldene, prænominatum redditum, sicut prædictum est, et heredes mei, prænominatæ ecclesiæ de Rameseia contra omnes warentizabimus inperpetuum.

Et ut hæc mea donatio, et cartæ confirmatio, robur obtineant perpetuum, præsenti scripto sigillum meum apposui.

His testibus, et cæteris.

CCCCX.

Carta Hugonis Abbatis, de terra de Croudene pro dimidia marca.

A.D. 1216-1231. Grant by Hugh Abbot of Ramsey, of a messuage and land in Croudene, to William the Clerk.

Omnibus filiis Sanctæ Matris ecclesiæ, ad quos præsens scriptum pervenerit, Hugo,[3] Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, æternam in Domino salutem.

Noverit universitas vestra nos dedisse et concessisse, et hac præsenti carta nostra confirmasse, Willelmo Clerico, et here-

---

[1] The only clue to the date of this charter is the form of the "habendum," which shows it to have been made before the Statute of *Quia Emptores*, 18 Edward I.

[2] *relevio*] first written *relevium*, but afterwards altered.

[3] Abbot Hugh Foliot.

dibus suis, pro homagio et servitio suo, unum mesuagium, cum crofto, in villa de Crouedene, illud scilicet, quod Hunfridus filius Leonardi Pichot tenuit de Alano de Feugers, filio Alani filii Hugonis; et quatuor acras terræ in campis de Crouedene.

Scilicet in campo versus occidentem duos seliones,[1] quæ abuttant super foreram Radulphi Balle, juxta terram dicti Johannis.

Et unam selionem ante portam Roberti Neuman, juxta terram domini Simonis de Wendehye.

Et unam selionem in Wlvenelake, juxta terram Roberti le Graunt.

Et duas seliones juxta Depedaleel, juxta terram domini Johannis.

Et in campo versus orientem unam selionem ad Shepecotes, juxta terram Mathei.

Et in Holebroke duas seliones, quæ abuttant super foreram Gilberti Thanuz, juxta terram domini Johannis.

Et in eadem quarentena unam sellionem juxta terram Johannis Lithersweyn.

Et apud crofte Hunfridi filii Radulphi, unam selionem juxta terram Willelmi Capellani.

Et duas selones, quæ abuttant super mers, juxta terram Willelmi filii Hunfridi.

Et in alia quarentena in mers duas seliones juxta terram Hunfridi filii Ricardi.

Sicut ipse Alanus dedit ecclesiæ nostræ, et carta sua confirmavit.

Habendum et tenendum, de nobis et successoribus nostris, ipsi Willelmo et heredibus suis, libere et quiete.

Reddendo inde annuatim ecclesiæ nostræ dimidiam marcam argenti, scilicet ad Pascha quadraginta denarios, et ad festum Sancti Michaelis quadraginta denarios.

Et ut hæc nostra donatio rata et inconcussa permaneat, præsens scriptum sigillorum nostrorum appositione corroboravimus.

His testibus, domino Willelmo de Wchentone; Simone de Blokevile, Clerico; Willelmo Janitore; Galfrido de Wyntonia; Simone de Ecclesia; et multis aliis.

---

[1] *seliones*] The *i* in this word is interlined in the MS.

CCCCXI.

f. c.iiii^{xx}.x.b.

Carta Henrici Regis, de Trikingham.

Restoration by the King of land at Trikingham to Ramsey Abbey.

Henricus,[1] Rex Angliæ, Vicecomiti Lincolniæ, salutem.

Præcipio, quod juste, et sine dilatione, resaisias Abbatem de Rameseia de terra sua in Trikingham, de qua injuste, et sine judicio dissaisiatus est, et nisi feceris, justitia mea hoc faciat, ne inde amplius clamorem audiam pro penuria recti aut justitiæ.

Teste Comite Cornubiæ.

Apud Walingforde.

CCCCXII.

Carta Willelmi Regis, de dimidia hida terræ in Sautre.

A.D. 1087–1091. Restoration by the King of half a hide of land in Saltrey to Ramsey Abbey.

Willelmus,[2] Rex Anglorum, [Ranulpho][3] fratri Ilgeri, salutem.

Mando et præcipio, ut Abbatem Herbertum habere facias dimidiam hidam terræ de Saltrea, quam Ailwinus Præpositus tenuit, quam Walterus de Belmeis nunc vi tenet, sicut præcepi per breve meum.

---

[1] This appears to be most probably a repetition of Henry the Second's charter, No. CLXXXV., Vol. I., p. 251, but with the omission of the words "et Dux Normanniæ, et "Aquitaniæ, et Comes Andega-"viæ" after "Angliæ," and without any indication of the name of the Earl of Cornwall in the attestation. It is difficult to speak authoritatively on the subject, as we have to deal with copies, and not with originals. But, in the absence of the above-mentioned charter of Henry the Second, we must assign the document before us to Henry the First, on account of the style of the King. The attestations do not help us; there is an Earl of Cornwall in both reigns; and though we have evidence that Henry the Second did visit Wallingford; we have nothing to show whether Henry the First was ever there or not. There may however be evidence, not now within reach of the present editors which would solve the difficulty: but until such evidence comes to light, the true date must remain doubtful.

[2] A repetition of No. CXLIX. *See* Vol. I., p. 234.

[3] *Ranulpho*] Rannulfus, or Ranulfus, frater Ilgeri, or Ilgerii, is very frequently mentioned in Domesday, under the counties of Middlesex, Hertford, Huntingdon, Bedford, Essex, Norfolk and Suffolk. Ranulph, brother of Ilger, witnessed a grant of William II. to the Cathedral of Lincoln. (Twenty-ninth Report of the Deputy Keeper of the Public Records, Appendix, p. 48).

Et vide, ne inde clamorem audiam pro penuria recti, super decem libras forisfacturæ.

Teste Rad[ulfo], Capitali Justiciario.

CCCCXIII.

Carta Willelmi Regis, de terris non alienandis.

A.D. 1091–1098. Royal mandate forbidding the abbey lands to be given without licence.

Willelmus,[1] Rex Anglorum, R. Episcopo, et Ranulfo Vicecomiti, et omnibus vicecomitibus, in quorum vicecomitatibus Abbas Rameseiæ habet terras, salutem.

Præcipio et defendo, ne Abbas Rameseiæ, videlicet Aldwinus, nullo modo tribuat alicui homini aliquam terram de dominio suo, vel de terris de dominico victu monachorum suorum, sine licentia mea et consilio.

Quia volo, ut Abbas prædictus prædictas terras honorifice teneat, et omnes alias, quas sui successores de proprio victu monachorum suorum tenuerint, sicut Abbas adquirere poterit illas.

Teste Galch' Archidiacono.

CCCCXIV.

Carta Henrici Regis de Grettone.

A.D. 1119–1123. Grant by the King of land at Girton, to Ramsey Abbey.

Henricus,[2] Rex Anglorum, Roberto Episcopo Lincolniensi, et Comiti David, et Gilberto Vicecomiti, et omnibus baronibus suis de Huntingdoneschira, salutem.

Volo, ut Reinaldus Abbas capiat Grettone in dominio suo, quod Aldwinus Abbas dedit Herveo Monacho, et Nedingham, et omnes minutas terras, quas Aldwinus Abbas dedit, si ille non possit juste dirationare illas in curia Sancti Benedicti.

Testibus Turri Archiepiscopo, et cæteris.

CCCCXV.

Anno decimo quarto Regis Edwardi filii Regis Henrici.

A.D. 1285–1288. Holding of Ralph atte Snore.

Snora. Radulphus atte Snore tenet unum mesuagium. Et quater viginti acras terræ arabilis.

[1] A repetition of No. CL. *See* Vol. I., p. 234.

[2] A repetition of No. CLXIX. Vol. I., p. 245.

Sexdecim acras prati.
Et triginta acras marisci.
Quartam noctem unius gurgitis.
Octavam noctem alterius gurgitis.
Decimam sextam noctem alterius gurgitis.
Decimam sextam noctem alterius gurgitis.
Decimam sextam noctem alterius gurgitis.
Et tricesimam secundam noctem gurgitum præscriptorum.
Libere de Abbate de Rameseye, per servitium duarum marcarum per annum.
Et Abbas tenet de domino Rege.
Item capit amerciamenta pistorum et brasiatric' de hominibus suis in villa de Fordham, sine waranto, ut credimus.
Et clamat habere weyff et stray, quo waranto, nescimus.

CCCCXVI.

Carta Regis Henrici de Waltona.

f. c.iiii^{xx}. xi.

A.D. 1133-1135. Grant by the King of the manor of Walton to Ramsey Abbey.

Henricus,[1] Dei gratia Rex Anglorum, et cætera, Episcopo Lincolniensi, salutem.
Sciatis me concessisse Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, et Abbati et monachis suis, in perpetuam elemosinam, manerium de Waltone, cum omnibus ejus appendiciis, in terris, in bosco, in mariscis, et omnibus aliis rebus, sicut Albreda, quæ fuit uxor Eustachii de Scellea, cujus hoc manerium hereditas fuit, eis illud dedit et concessit; et sicut Walterus de Bolebeke, dominus feodi illius, cum ipsa Albreda, hoc coram me concessit.
Quare volo, et firmiter præcipio, quod ecclesia prædicta, et Abbas, et monachi teneant, nunc et usque in sempiternum, prædictum manerium cum omnibus, quæ illi pertinent, in bosco, in plano, in pratis et pasturis, in aqua et extra, in mariscis, in via et semitis, in omnibus rebus, cum socha et sacha, et thol et theam, et infangenethef, cum omnibus libertatibus, et consuetudinibus terræ illi[2] pertinentibus, cum quibus aliquis illud melius et quietius tenuit.
Et amodo sit in protectione mea, sicut aliæ terræ illius abbatiæ, quæ est elemosina mea.
Teste H. filio Comitis.

---

[1] A repetition of No. XCVI. Vol. I., p. 157.

[2] *illi*] illius, MS.

CCCCXVII.

Carta Henrici Regis de solutione vicesimæ.

A.D. 1270. October 23. The King's writ concerning the payment by the Abbot of Ramsey of his share of the twentieth in aid of the Holy Land.

Henricus,[1] Dei[2] gratia Rex Angliæ, et cætera, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod Abbas de Rameseye liberavit, per præceptum nostrum, Thesaurariis Hospitalis de Clerkenewelle et Novi Templi Londoniæ, et Egidio de Audenarde,[3] sexaginta et sex libras, tredecim solidos, et[4] quatuor denarios, per quos satisfecit nobis pro vicesima[5] ipsum et villanos suos contingente.

De quibus quidem sexaginta et sex libris, tredecim solidis, et[4] quatuor denariis, prædictum Abbatem et villanos suos tenore præsentium quietamus.

In cujus rei[6] testimonium has literas fieri fecimus patentes.

Teste me[7] ipso apud Westmonasterium, vicesimo[8] tertio die Octobris.

CCCCXVIII.

Carta[9] *Henrici Regis pro Bernardo Monacho.*

A.D. 1102-1103. Grant by the King to Bernard, monk of St Alban's, of Ramsey Abbey.

Henricus,[10] Dei gratia Rex Anglorum, et cætera, Roberto Episcopo Lincolniensi, et Simoni Comiti, et omnibus vicecomitibus suis, in quorum vicecomitatibus et ministeriis abbatia de Rameseia terras habet, salutem.

Sciatis me dedisse Bernardo, Monacho de Sancto Albano, abbatiam de Rameseia.

Et volo, et firmiter præcipio, ut ipse habeat omnes terras pertinentes prædictæ abbatiæ, cum socha et sacha, et thol et theam, et infangenethef, et in burgo, et extra burgum, et in aqua et extra, cum omnibus aliis consuetudinibus suis, sicut

---

[1] Also on Patent Roll, 54 Henry III., m. 2.

[2] *Henricus Dei . . . pervenerint*] Rex omnibus et cætera, Roll.

[3] *Audenarde*] Bidenarde, Cartul.

[4] *et*] supplied from Roll.

[5] This was the twentieth granted in the year 1270 in aid of the Holy Land.

[6] *rei . . . patentes*] et cætera, Roll.

[7] *me ipso*] Rege, Roll.

[8] *vicesimo . . . Octobris*] supplied from Roll.

[9] This title is written in a different hand.

[10] A repetition of No. CLVIII. *See* Vol. I., p. 237.

Abbas[1] Alfwinus, vel aliquis antecessor ejus, melius et honorabilius tenuit.

Et quicquid a tempore ejus ab ipsa ecclesia alienatum est, recolligat.

Testibus, Matilda Regina, et cæteris.

CCCCXIX.

Carta Regis Henrici de adquisitione Reginaldi Abbatis.

A.D. 1123-1130. Confirmation by the King to Ramsey Abbey of certain lands acquired by Abbot Reginald.

Henricus[2] Dei gratia Rex Anglorum, et cætera.

Sciatis me Reinaldo, Abbati de Rameseia, concessisse omnes illas terras, quas perquisivit postquam fuit Abbas, quæ non erant in dominio abbatiæ die qua recepit abbatiam, videlicet, terram de Stivecle, et terram de Bereforde, et molendinum de Iclesforde, et boscum et essartum de Cruelaia, et terram de Holewelle, et terram de Burneham, et terram de Ryngstede, et terram de Helingeya, et terram de Walsokne, et terram de Aylingtone, et terram de Wardebuche,[3] et socham de Huntedonia, et tres virgatas terræ de Elesworthe, et terram de Wittone, et terram de Oura, et omnes alias terras, quas cum istis terris, ut supradixi, perquisivit, et dimidiam hidam terræ de Bitherna.

Ita quod unam partem istarum terrarum ponat ad elemosinam ecclesiæ suæ, et aliam partem ponat ad operationem ecclesiæ suæ.

Et partem illam quam ad operationem ecclesiæ posuerit, ex quo ecclesia parata fuerit, ponat eam ad supradictam elemosinam ecclesiæ.

Et volo et præcipio firmiter, ut bene et in pace et honorifice in omnibus rebus teneat, et ecclesia sua post eum.

Testibus G[alfrido] Cancellario, et Brient filio Comitis, et aliis.

CCCCXX.

Carta de mercato de Rameseia, et feria.

A.D. 1267. March 2 Grant by the King to Ramsey

Henricus,[4] Dei gratia Rex Angliæ, Episcopis,[5] et cætera, salutem.

Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse dilectis nobis in Christo, Abbati et monachis[6] de Rameseia,

---

[1] *Abbas*] interlined in MS.

[2] A repetition of No. CLXVI. *See* Vol. I., p. 243.

[3] *Wardebuche*] originally written Gardebuche, but afterwards altered.

[4] Also on Charter Roll, 51 Henry III., m. 7. A small piece of this roll is torn off, thereby destroying the commencement of each line.

[5] *Episcopis, et cætera*] supplied from Roll.

[6] *monachis*] conventui, Roll.

quod ipsi, et eorum successores, imperpetuum, habeant unum mercatum, apud manerium suum de Rameseia, in comitatu Huntedoniæ,[1] singulis septimanis, per diem Mercurii; et unam feriam ibidem, singulis annis, per quatuor dies duraturam, videlicet in vigilia, et in die translationis Sancti Benedicti, et per duos dies sequentes; nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum. Abbey of a market and fair at Ramsey.

Quare volumus, et[2] firmiter præcipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti Abbas et conventus, et eorum successores imperpetuum, habeant prædicta mercatum et feriam ad manerium suum prædictum, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercatum et feriam pertinentibus, nisi mercatum illud et feria illa sint ad nocumentum vicinorum mercatorum et vicinarum feriarum, sicut prædictum est.

His testibus, Willelmo de Valencia, fratre nostro; Johanne de Warenna, comite[3] Surriæ; Roberto Aguilon; Alano la Zuche; Willelmo de Sancto Omero; Willelmo Belet; Waltero de Burges; Petro de Escudimor; Gilberto[4] filio Hugonis; et aliis.

Data per[5] manum nostram, apud Cantebrigiam, vicesimo die Martii,[6] anno[7] regni nostri quinquagesimo primo. f. c.iiii^{xx}. xi. b.

CCCCXXI.

Carta Henrici Regis pro servitio acquietando.

Henricus,[8] Rex[9] Angliæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. A.D. 1268. February 15. Acquittance of the Abbot of Ramsey for having sent four knights in the service

Sciatis, quod Abbas de Rameseia, per præceptum nostrum, fecit nobis servitium suum in summonitione exercitus nostri apud Salopiam, per quatuor milites, a crastino Assumptionis

---

[1] *Huntedoniæ*] The Roll has *Linc'*.

[2] *et firmiter . . . feriarum*] et cætera, Roll.

[3] *comite . . . Hugonis*] supplied from Roll.

[4] *Gilberto filio*] torn off on Roll; but this is undoubtedly the correct name.

[5] *per . . . nostram*] omit, Roll.

[6] *Martii*] Maii, Cartul. This is incorrect, for the King was at Stratford on May 21, and not at Cambridge, as the Roll proves.

[7] *anno . . . primo*] omit, Roll.

[8] Also on Patent Roll, 52 Henry III., m. 26.

[9] *Henricus, Rex . . . pervenerint*] Rex omnibus, et cætera, Roll.

of the King's army.

Sanctæ [1] Mariæ, anno [2] regni nostri quinquagesimo primo, per quadraginta dies sequentes, de quo quidem servitio ipsum Abbatem penitus quietamus.

In [3] cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso,[4] ut [5] supra [apud Westmonasterium, decimo quinto die Februarii].

CCCCXXII.

Carta Regis Ricardi, de viridi et sicco capiendo.

A.D. 1189–1199. Grant by the King to Ramsey Abbey of dry wood and green hue in their woods in Huntingdonshire.

Ricardus, Dei gratia Rex Angliæ, et cætera, Vicecomiti et forestariis de Huntedoneschire, salutem.

Sciatis nos concessisse, quod Abbas et monachi de Rameseia, et homines sui per eos capiant, in propriis boscis suis in Huntedonescire, siccum et viride, sine visu et liberatione forestariorum nostrorum.

Concessimus etiam, quod habeant quinquaginta acras, quietas de regardo, de veteri essarto.

Nota.

Et quod essartent ducentas acras de rifletis suis, quas habent in Hirstingstanhundredo, et habeant eas imperpetuum, quietas de regardo.

Et habeant agistamentum porcorum in boscis suis, liberum et quietum, quandocunque eos agistare voluerint.

Prohibemus etiam, ne aliquis forestariorum nostrorum ipsos, vel homines suos, in aliquo vexet, vel impediat, in prædictis boscis, vel extra.

Venationem vero nobis retinuimus, et regardum de wasto in tertio anno.

Teste Galfrido filio Petri, apud Westmonasterium.

CCCCXXIII.

Carta Regis Ricardi, de essartis, et de custodia boscorum.

A.D. 1189–1195. Grant by the King to

Ricardus,[6] Dei gratia Rex [7] Anglorum, et cætera.

Sciatis nos, pro anima patris nostri, et pro animabus paren-

---

[1] *Sanctæ*] Beatæ, Roll.

[2] *anno regni nostri*] anno, et cætera, Roll.

[3] *In cujus . . . patentes*] In cujus, et cætera, Roll.

[4] *meipso*] omit, Roll.

[5] *ut supra . . . Februarii*] supplied from Roll.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 16 b., with this rubric title, *Incipiunt Cartæ Regis Ricardi, et primo, Carta ejusdem Ricardi de custodia boscorum Rameseiæ cum agistiamento porcorum suorum.*

[7] *Rex Anglorum*] supplied from Cott.

tum nostrorum, et pro salute nostra, et [1] pro pace et stabilitate regni nostri, dedisse et concessisse Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, et monachis ibidem Deo servientibus, in liberam et perpetuam elemosinam, custodiam omnium boscorum suorum in Huntedonescire, et agistiamentum porcorum in ipsis boscis.

Ramsey Abbey of woods in Huntingdonshire, and of agistment of swine there; also of assart land in Hirstingstone Hundred.

Ita quod nullus forestariorum nostrorum aliquod impedimentum faciat eis, vel hominibus suis, de viridi vel de sicco, in prædictis boscis vel extra, neque de agistiamento porcorum, neque de aliqua alia re.

Salva venatione nostra, quam nobis retinuimus.

Et salvo nobis regardo in tertio anno, de wasto boscorum illorum.

Concessimus etiam eidem ecclesiæ imperpetuum quinquaginta acras de veteri essarto, quietas et solutas de reguardo,[2] in Hirstingstan hundredo,[3] et ducentas acras de novo essarto, quietas similiter de regardo,[4] in perpetuum, in eodem hundredo.

Testibus Hugone,[5] Dunelmensi Episcopo, et cæteris.

CCCCXXIV.

Carta de feria apud Sanctum Ivonem, ad festum Sancti Laurentii, duratura per octo dies.

A.D. 1202. June 7. Grant by the King of a fair at St. Ives, 6—13 August, to Ramsey Abbey.

Johannes,[6] Dei gratia Rex[7] Angliæ, et cætera, salutem.

Sciatis nos, pro salute nostra, et pro [8] animabus antecessorum et successorum nostrorum, concessisse, et hac [9] præsenti carta nostra confirmasse Deo, et ecclesiæ Sanctæ Mariæ et Sancti Benedicti de Rameseia, et Abbati et monachis ibidem Deo servientibus, unam feriam apud Sanctum Ivonem,[10] incepturam quarto die ante festum Sancti Laurentii, et per octo dies duraturam.

Habendam et tenendam imperpetuum, ita tamen quod non sit ad nocumentum vicinarum feriarum.

---

[1] *et*] supplied from Cott.

[2] *reguardo*] regardo, Cott.

[3] *Hirstingstan hundredo*] Hirstinestan hundredo, Cott.

[4] *regardo*] rewardo, Cott.

[5] Hugh Pudsey, Bishop of Durham from 1153 to 1195.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 19. with this rubric title, *J. Regis de una feria apud Sanctum Yvonem ad festum Sancti Laurentii.* The Charter Roll of the fourth year of King John, on which this should have been inrolled, is not known to be in existence.

[7] *Rex . . . salutem*] et cætera, Cott.

[8] *salute* occurs in the Cartul. after *pro*, but has been struck through.

[9] *hac*] supplied from Cott.

[10] *Ivonem*] Yvonem, Cott.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, quod prædicti Abbas et monachi habeant et teneant prædictam feriam bene et in pace, libere et quiete, integre, plenarie et[1] honorifice, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi feriam[2] pertinentibus.

Testibus, Roberto, Comite Leycestriæ;[3] Willelmo, Comite Arundelliæ; et aliis.

Data per manum Simonis Archidyaconi Wellensis, apud Harecort, septimo die Junii, regni nostri anno quarto.

CCCCXXV.

Carta Regis Edwardi, filii Regis Henrici, de mercato Sancti Ivonis.

A.D. 1293. May 14. Grant by the King of a market at St. Ives to Ramsey Abbey.

Edwardus,[4] Dei[5] gratia Rex Angliæ, Dominus Hyberniæ, et Dux Aquitaniæ, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, vicecomitibus, præpositis, ministris, et omnibus ballivis et fidelibus suis, salutem.

Sciatis nos concessisse, et hac carta nostra confirmasse, dilectis nobis in Christo, Abbati et conventui de Rameseye, quod ipsi, et successores sui imperpetuum, habeant unum mercatum, singulis septimanis, per diem Lunæ, apud manerium suum de Sancto Ivone in comitatu Huntedoniæ,[6] nisi mercatum illud sit ad nocumentum vicinorum mercatorum.

Quare volumus, et firmiter præcipimus, pro nobis et heredibus nostris, quod prædicti Abbas et conventus, et successores sui imperpetuum, habeant prædictum mercatum apud manerium suum prædictum, cum omnibus libertatibus et liberis consuetudinibus ad hujusmodi mercatum pertinentibus, nisi mercatum illud sit ad nocumentum vicinorum mercatorum, sicut prædictum est.

His testibus, venerabilibus patribus Johanne de[7] Wyntonia, Antonio Dunolmensi, Willelmo[8] Elyensi, Episcopis; Willelmo

---

[1] *et honorifice*] written in the margin in Cott., and referred to its proper place in the text by a caret.

[2] *feriam*] ferias, Cott.

[3] The attestations in Cott. end here.

[4] Also on Charter Roll 21 Edw. I., No. 26.

[5] *Edwardus, Dei . . . suis*] Rex archiepiscopis, et cætera, Roll.

[6] *Huntedoniæ*] Huntingdoniæ, Roll.

[7] *de Wyntonia,*] Wynton', Roll.

[8] *Willelmo . . . Malet*] supplied from Roll.

de Valencia, avunculo nostro; Rogero le Bygod, Comite Norffolciæ, et Marescallo Angliæ; Johanne de Warenna, Comite Surriæ; Henrico de Lascy, Comite Lincolniæ; Willelmo de Bello Campo, Comite Warwyk'; Roberto de Tybetot; Gilberto de Thornetone; Johanne de Metingham; Roberto de Hertfordia; Roberto Malet; et aliis.

Data per manum nostram apud Westmonasterium, decimo quarto die Maii, anno[1] regni nostri vicesimo primo.

CCCCXXVI.

Carta Regis Edwardi, filii Regis Henrici, de foresta. f. c.iiii^{xx}.xii.

A.D. 1301. February 14. Ratification by the King of the perambulation of forests in the county of Huntingdon.

Edwardus,[2] Dei[3] gratia Rex Angliæ, Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod cum communitas regni nostri nobis concesserit quintamdecimam omnium bonorum suorum mobilium, quod habebant in festo Sancti Michaelis proximo futuro, extunc taxandorum, quæ quidem quintadecima, post hujusmodi taxationem, colligi debet, et levari, et fideliter nobis solvi,

Perambulationes forestarum tangentes Kyngesdelf.

Volumus et concedimus, pro nobis et heredibus nostris, quod perambulatio facta coram dilectis et fidelibus nostris, Rogero le Brabazoun et sociis suis, ad hoc assignatis per præceptum nostrum de foresta nostra in comitatu Huntedoniæ, de cætero teneatur et observetur per metas et bundas, contentas in eadem perambulatione, cujus tenor, de verbo ad verbum, sequitur in hunc modum:—

A.D. 1300. April 29.

Anno[4] regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, vicesimo octavo, die Veneris in[5] festo Sancti Edmundi, Regis et Martyris,[6] facta fuit perambulatio de foresta in comitatu Hunt',[7] secundum formam cartæ domini Henrici[8] Regis, patris prædicti domini Regis Edwardi, qui nunc est, de libertatibus forestæ, coram Rogero le Brabazoun,[9] Johanne de

---

[1] *anno . . . primo*] omit, Roll.

[2] Also on Tower Miscellaneous Roll, Chancery, No. 113, m. 17.

[3] *Edwardus Dei gratia . . . sequitur in hunc modum*] Rex omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. Sciatis quod cum communitas regni nostri, et cætera, ut supra, Misc. Roll.

[4] Also among Forest Proceedings entitled "De Antiquis Forestis," No. 41.

[5] A hand is drawn here in the margin of the Cartul.

[6] *Martyris*] Martiris, Misc. Roll.

[7] *Hunt'*] Huntingdon', For. and Misc. Roll.

[8] *Henrici Regis*] Regis Henrici, Misc. Roll.

[9] *Brabazoun*] Brabasun, For. and Misc. Roll.

Berewyke, Radulpho de Hengham,[1] Willelmo Ingge,[2] et Johanne de Crokele,[3] justiciariis, per breve domini Regis in comitatu prædicto assignatis, per hos juratores, videlicet,[4] Henricum de Cotingham[5] in Bluntesham,[6] Rogerum de Littelbiria[7] in Dodingtone, Johannem de Stokes, Willelmum Launcelyn, Galfridum de Haddone, Ivonem de Hirst,[8] Johannem de Broughtone,[9] Willelmum Du Lay, Walterum de la Huse, Ricardum filium Willelmi de Jakele,[10] Simonem Ric'[11] de Stantone, Galfridum Mareschallum[12] de Gillinge,[13] Ricardum de Caketone in Touleslounde,[14] Willelmum le Porter de Woldwestone, Henricum le Mayster de Buckeworthe, Thomam le Freman de Waltone, Robertum Est de Lolingtone,[15] et Alexandrum Waukolyn de Sybethorp.[16]

Isti[17] perambulatores dicunt super sacramentum suum, quod Rex Henricus, proavus domini Regis Edwardi, qui nunc est, afforestavit omnes boscos et gravettas comitatus Hunt'[18] post primum annum coronationis suæ, exceptis haiis suis de[19] Wauberge, Sappele, et[20] Herthey, qui prius fuerunt dominici bosci sui, per has metas subscriptas afforestati.[21]

Metæ de Sappele.

Istæ sunt metæ et divisæ de Sappele :

---

[1] *Hengham*] Hyngham, For.

[2] *Ingge*] Inge, For. and Misc. Roll.

[3] *Crokele*] Crokesle, For. and Misc. Roll.

[4] *videlicet*] supplied from Misc. Roll.

[5] *Cotingham*] Cotynham, For. and Misc. Roll.

[6] *Bluntesham*] Bluntysham, For.; Bluntisham, Misc. Roll.

[7] *Littelbiria*] Lytlebery, For.; Litlebery, Misc. Roll.

[8] *Hirst*] Hurste, For. and Misc. Roll.

[9] *Broughtone*] Broutone, For. and Misc. Roll.

[10] *Jakele*] Jakesle, For. and Misc. Roll.

[11] *Ric'*] Rykardun, For. ; Rikardun, Misc. Roll.

[12] *Mareschallum*] Marescal, Misc. Roll, and For.

[13] *Gillinge*] . . . lyng, For. Part of the word is destroyed in the Forest Proceeding.

[14] *Touleslounde*] Touleslond, Misc. Roll.

[15] *Lolingtone*] Lullygtone, For. ; Lullyngtone, Misc. Roll.

[16] *Sybethorp*] Sibethorpe, Misc. Roll.

[17] A hand is drawn here in the margin of the Cartul.

[18] *Hunt'*] Huntindon', Misc. Roll, and For.

[19] *de*] omit, Cartul.

[20] *et*] omit, Cartul.

[21] *afforestati*] aforestati, For.

In primis de Sappelethorne,[1] sicut antiquum[2] fossatum se extendit, quod separat campum et boscum, usque ad boscum quondam Simonis[3] Comitis, et ita per idem fossatum usque ad[4] Silakesmede,[5] et ita descendendo usque ad Herveswelle, et excludit gravam, quæ vocatur Grava Canonicorum, et ita decesndendo per ductum usque Haselhul',[6] et ita ascendendo usque[7] ad austrum inter arabilem et coopertum bosci usque ad chiminum, quod venit de Riptone,[8] usque ad Sappele, et inde sicut fossatum se extendit inter campum et coopertum bosci usque Sappelethorne.[9]

Metæ et divisæ de Wauberge:— *Metæ de Wauberge.*

In primis, de Eykinglund[10] versus austrum, sicut antiquum[11] fossatum se extendit usque ad locum, qui vocatur Quinque Quercus, versus aquilonem, excludendo gravam de Elyngtone,[12] et de Quinque Quercus descendendo usque ad ductum, qui venit de Wolle, et ita descendendo per ductum illum usque ad Wodewardesmede, et deinde usque ad fossatum, quod se extendit usque Grenecroft,[13] et ita sicut chiminum se extendit per le Halw versus Hunt',[14] et deinde usque ad Wardehegges, et de Wardehegges usque ad fossatum, quod vocatur Hildegaresdicke,[15] et ita sicut fossatum se extendit usque Brodeleye, et deinde usque ad ductum de Alkemundebir',[16] et ita per illum ductum usque Thurkelund,[17] et ita usque Chatholm, et includit Catholm[18] versus boscum, excludendo Goldemade, et sic inter pratum de Alkemundebir'[19] et coopertum bosci usque le Overdrove, et deinde usque

---

[1] *Sappelethorne*] Sappelethorne, For. Roll.

[2] *antiquum*] antiqum, Misc. Roll.

[3] *Simonis Comitis*] Comitis Simonis, For. and Misc. Roll.

[4] *ad*] omit, For.

[5] *Silakesmede*] Sylakesmede, For.

[6] *Haselhul'*] Aselhulle, For. and Misc. Roll.

[7] *usque ad*] versus, For. and Misc. Roll.

[8] *Riptone*] Ryptone, For.

[9] *Sappelethorn*] Sappelethorne, Misc. Roll..

[10] *Eykinglund*] Wykynglund, For.; Wykinglund, Misc. Roll.

[11] *antiquum*] anticum, For.

[12] *Elyngtone*] Elygtone, For. and Misc. Roll.

[13] *Grenecroft*] Grenescroft, For. and Misc. Roll.

[14] *Hunt'*] Huntindon', Misc. Roll.

[15] *Hildegaresdicke*] Hyldegaresdyche, For.; Hildegaresdiche, Misc. Roll.

[16] *Alkemundebir'*] Alkemundeberia, For. and Misc. Roll.

[17] *Thurkelund*] Turkeslound, For. and Misc. Roll.

[18] *Catholm*] Chatholm, For. and Misc. Roll.

[19] *Alkemundebir'*] Alkemundebery, For. and Misc. Roll.

Houtoneslinches[1] sic per ductum illum ascendendo usque Wellegore et les Aungletes,[2] et[3] postea redit ad ductum de Elingtone,[4] et includit Brokeshegges versus Wauberge, et ita ascendendo ductum usque ad[5] angulum ducti illius, et extendit le Hunfreisgore[6] usque ad Kingesthorn,[7] et inde usque ad Wykingeslonde.[8]

Ita quod bestiæ domini Regis pacem habeant in prato de Wykingeslonde[8] usque Houtoneslinches.[9]

Metæ de Hertheye.

Metæ et divisæ de Hertheye.

In primis, de Houtoneslinche[10] inter campum de Houghtone[11] et coopertum ejusdem bosci, usque boscum de Bramptone, et ita per divisam ejusdem bosci de Bramptone et Hertheye usque ad[12] campum de Sybethorpe,[13] et sic inter eosdem campum et coopertum de Hertheye usque Rokespol, et sic per ductum descendendo usque Wykenelonde.[14]

Requisiti si prædictus Henricus Rex, proavus domini Regis Edwardi qui nunc est, habuit alios boscos et dominica in comitatu Hunted',[15] quam prædictas tres hayas, dicunt quod non.

f. c.iiiixx.xii b.

Et dicunt, quod prædictus Henricus Rex proavus, et cætera, afforestavit totum comitatum Hunt' præter tres hayas prædictas, quæ prius fuerunt afforestatæ,[16] et præter banleucam[17] de Rameseia, quæ numquam fuit in foresta, et præter[18] Kyngesdelf,[19] qui afforestatus fuit per Robertum Passelewe, Justiciarium de foresta, tempore Henrici Regis, patris domini Regis Edwardi, qui nunc est.

---

[1] *Houtoneslinches*] Houtonelynches, For. and Misc. Roll.

[2] *Aungletes*] Aunglettes, Misc. Roll.

[3] *et postea redit*] repeated in For.

[4] *Elingtone*] Elygtone, For. and Misc. Roll.

[5] *ad*] omit, Cartul.

[6] *Hunfreisgore*] Hunfreysgore, For. and Misc. Roll.

[7] *Kingesthorn*] Kyngesthorn', Misc. Roll.

[8] *Wykingeslonde*] Wykyngeslond, For.

[9] *Houtoneslinches*] Houtonelynches, For. and Misc. Roll.

[10] *Houtoneslinche*] Houtonelynche, For.; Houtonelinche, Misc. Roll.

[11] *Houghtone*] Houtone, For. and Misc. Roll.

[12] *ad*] omit, For., and Misc. Roll.

[13] *Sybethorpe*] Sibethorpe, Misc. Roll, Sybethorp, For.

[14] *Wykenelonde*] Wykyngeslound, For.; Wykingeslonde, Misc. Roll.

[15] *Hunted'*] Hunt', Misc. Roll, and For.

[16] *afforestatæ*] afforestati, For.

[17] *banleucam*] banlucatam, For. and Misc. Roll.

[18] A hand is drawn here in the margin of the Cartul.

[19] *Kyngesdelf*] Kynisdelfs, For.; Kinisdelf, Misc. Roll.

In[1] cujus rei testimonium prædicti Juratores his præsentibus cedulis sigilla sua apposuerunt.

Data die et anno supradictis.[2]

Perambulatores de foresta in comitatu Hunt'[3] jurati dicunt per sacramentum suum, quod Rex Henricus, proavus domini Regis Edwardi qui nunc est, afforestavit omnes boscos et gravetas[4] prædicti comitatus subscriptos post primum annum coronationis suæ, exceptis haiis suis de Wauberge, Hertheye,[5] et Sappele, quæ prius fuerunt dominici bosci sui, ad grave damnum dominorum omnium subscriptorum boscorum et gravetarum,[6] videlicet:—

Boscum Episcopi Eliensis apud Somersham[7] in comitatu Hunt':[3]—

Item boscum Abbatis Rameseiæ[8] apud Sanctum Ivonem:—

Item[9] boscum[10] prædicti Abbatis apud Broughtone:[11]—

Item boscum dicti Abbatis[12] apud Ravele:—

Item gravettam Alexandri de Riptone Abbatis apud Riptone Abbatis:—

Item gravettam Andreæ de Sancto Licio apud Magnam Stivecle:—

Item gravetam[13] magistri Stephani de Ippeworthe apud Magnam Stivecle:—

Item gravetam[13] Willelmi le Moyne apud Ravele:—

Item boscum Abbatis de Sautre apud Sautre:—

Item[14] boscum Willelmi de Beaumeys[15] apud Sautre:—

Item boscum Ricardi de Boyvile[16] apud Waltone:—

---

[1] *In cujus . . . anno supradictis*] This passage is interlined in Misc. Roll.

[2] For. ends here.

[3] *Hunt'*] Huntindon' Misc. Roll.

[4] *gravetas*] gravettas, Misc. Roll.

[5] *Hertheye*] Hertey, Misc. Roll.

[6] *gravetarum*] gravettarum, Misc. Roll.

[7] *Somersham*] Somersham, Misc. Roll.

[8] *Rameseiæ*] de Rameseye, Misc. Roll.

[9] *Item . . . Broughtone*] underlined in Cartul.

[10] *boscum*] interlined in Misc. Roll.

[11] *Broughtone*] Broutone, Misc. Roll.

[12] *Abbatis . . . Ravele*] underlined in Cartul.

[13] *gravetam*] gravettam, Misc. Roll.

[14] *Item . . . Sautre*] underlined in Cartul.

[15] *Beaumeys*] Beaumes, Misc. Roll.

[16] *Boyvile*] Beyvile, Misc. Roll.

Item [1] gravetam [2] Abbatis de Rameseye apud Hygeneye [3] :—
Item gravetam [2] Fressenciæ de Boyville [4] apud Waltone :—
Item duas [5] gravettas Roberti filii Radulphi de Wassingle apud Wassingle :—
Item gravetam [2] Roberti Russel apud Folkesworthe :—
Item gravetam [2] Roberti de Bruys [6] apud Caldecote :[7]—
Item gravetam [2] Comitis Cornubiæ apud Hulmo : [8]—
Item gravetam [2] Abbatis de Thorneye [9] apud Stangrounde:[10]—
Item gravetam [2] Radulphi de Beyville [11] apud Siwardesheye :—
Item [12] gravettam Templariorum apud Ogerstone :[13]—
Item boscum Johannis de Hastinges apud Bramptone :—
Item boscum Hugonis de Sancto Johanne apud Lymmynge :[14]—
Item duas gravetas [15] Abbatis [16] de Sautre apud Grafham :[17]—
Item gravetam [2] Vitalis de Grafham [17] apud [18] Grafham :[17]—
Item gravetam [2] Nicholai de Grafham [17] apud Sibethorpe :[19]—
Item boscum Abbatis de Rameseya apud Elyngtone :—
Item gravetam [2] Ranulphi Grym apud Sibethorpe :—
Item gravettam Hugonis Preyntot [20] apud Sybethorp :[21]—
Item gravetam [22] Alexandri Waukelyn apud Sybethorpe : [23]—
Item gravetam [2] Roberti Wyne [24] apud Estone :—

---

[1] *Item . . . Hygeneye*] underlined in Cartul.

[2] *gravetam*] gravettam, Misc. Roll.

[3] *Hygeneye*] Hikeneyam, Misc. Roll.

[4] *Boyville*] Bevile, Misc. Roll.

[5] *duas gravettas*] duæ gravettæ, Misc. Roll.

[6] *Bruys*] Brus, Misc. Roll.

[7] *Caldecote*] Caldekote, Misc. Roll.

[8] *Hulmo*] Holmo, Misc. Roll.

[9] *Thorneye*] Thorneya, Misc. Roll.

[10] *Stangrounde*] Stangrond, Misc. Roll.

[11] *Beyville*] Beyvile, Misc. Roll.

[12] *Item . . . Ogerstone*] underlined in Cartul.

[13] *Ogerstone*] Oggerston, Misc. Roll.

[14] *Lymmynge*] Lymminge, Misc. Roll.

[15] *gravetas*] gravettas, Misc. Roll.

[16] *Abbatis*] omit, Misc. Roll.

[17] *Grafham*] Grapham, Misc. Roll.

[18] *apud Grafham*] interlined in Misc. Roll.

[19] *Sibethorpe*] Sibethorp, Cartul.

[20] *Preyntot*] Preinptot, Misc. Roll.

[21] *Sybethorp*] Sibethorpe, Misc. Roll.

[22] *gravetam*] omit, Misc. Roll.

[23] *Sybethorpe*] Sibethorpe, Misc. Roll.

[24] *Wyne*] interlined in Misc. Roll.

Item gravetam[1] Petri de Herdewike[2] apud Herdewike[2]:—
Item gravetam[1] Bartholomæi de Euesfeld[3] apud Swinesheved[4]:—
Item gravetam[1] domini de[5] Leytone apud Salene:—
Item gravetam[1] Johannis de Botetorte[6] apud Hamertone:—
Item gravetam[1] Ricardi filii Simonis apud Buckeworthe:—
Item gravetam[1] Ricardi Mareschalli[7] apud Stonle:—
Item gravetam[1] Roberti Huse apud Grafham[8]:—
Item gravetam[1] Johannis le Bere apud Elyngtone[9]:—
Item gravetam[1] Willelmi de Pappeworthe apud Grafham[8]:—
Item tres gravettas Comitis Herefordiæ apud Kynebautone[10]:—

Item gravetam[1] Episcopi Lincolniensis apud Stowe:—
Item gravetam[1] Petri de Herdewyke[11] apud Estone:—
Item gravetam[1] Willelmi le Eneise[12] et Willelmi Engayne apud Copmanforde:—
Item boscos Ranulphi Grym, Rogeri le Boteler, Johannis Gubaud,[13] Uriani[14] de Sancto Petro, apud Uptone:—
Item boscum Johannis de Segrave apud Alkemundebyr'[15]:—
Item gravetam[1] Willelmi filii Warini apud Swyneshevede[16]:—
Item gravetam[1] Walteri Bryan[17] apud Swynesheved:—
Item gravetam[1] Prioris de Stonle apud Stonle:—
Item gravetam[1] Episcopi Lincolniensis apud Grafham[8]:—
Item gravetam[1] Prioris de Huntingdonia apud Swinesheved[16]:—
Item gravetam[1] Alianoræ de Ferariis[18] apud Kestan:—

---

[1] *gravetam*] gravettam, Misc. Roll.
[2] *Herdewike*] Herdwyke, Misc. Roll.
[3] *Euesfeld*] Euefeld, Misc. Roll.
[4] *Swinesheved*] Swynesheved, Misc. Roll.
[5] *de*] interlined in Misc. Roll.
[6] *Botetorte*] Boteturt, Misc. Roll.
[7] *Mareschalli*] Marescalli, Misc. Roll.
[8] *Grafham*] Grapham, Misc. Roll.
[9] *Elyngtone*] Elingtone, Misc. Roll.
[10] *Kynebautone*] Kinebautone, Misc. Roll.
[11] *Herdewyke*] Herdwyke, Misc. Roll.
[12] *Eneise*] Eneyse, Misc. Roll.
[13] *Gubaud*] Gobaud, Misc. Roll.
[14] *Uriani*] Urcani, Misc. Roll.
[15] *Alkemundebyr'*] Alkemundebery, Misc. Roll.
[16] *Swyneshevede*] Swynesheved, Misc. Roll.
[17] *Bryan*] Brian, Misc. Roll.
[18] *Ferariis*] Ferrariis, Misc. Roll.

Item tres gravettas[1] Johannis de Cretynge[2] apud Stoktone[3]:—

Item gravetam[4] personæ de Stoktone[3] apud[5] Stoctone:—

Item gravetam[4] Galfridi Everad apud Stoktone[3]:—

Item gravettam Prioris de Byssemede[6] apud Blayesworthe[7]:—

Item gravettam heredis Alexandri le Sir' apud Stoktone[3]:—

Item gravetam[4] heredis Willelmi filii Ivonis apud Stoktone[3]:—

Item gravettam Prioris de Huntingdonia apud Haliwestone[8]:—

Item boscum Petri de Crofte[9] apud Bichamstede[10]:

Item boscum[11] Johannis Engayne juxta Perye:—

Item gravettas Comitis Gloucestriæ, Thomæ de Lovetot, et Hamonis le Parker,[12] apud Suho:—

Item gravettam Mabildæ[13] Grymbaud[14] apud Dodingtone:—

Item boscum Rogeri de Littelbyr'[15] apud Dodingtone:—

Item gravettam Johannis de Broughtone[16] apud Eldwoldeshey[17]:—

Item gravettam Johannis Waldechef[18] apud Dodingtone:—

Item gravettam Radulphi Saunzaver[19] apud Magnam Grandesdene[20]:—

Item gravettam Prioris de Repingdone,[21] Adæ Gerbaud, et Simonis le Waleys, apud Magnam Grandesdene[20]:—

---

[1] *gravettas*] interlined in Cartul.

[2] *Cretynge*] Cretinge, Misc. Roll.

[3] *Stoktone*] Stoctone, Misc. Roll.

[4] *gravetam*] gravettam, Misc. Roll.

[5] *apud Stoctone*] supplied from Misc. Roll.

[6] *Byssemede*] Bissemede, Misc. Roll.

[7] *Blayesworthe*] Blaysworthe, Misc. Roll.

[8] *Haliwestone*] Aylewestone, Misc. Roll.

[9] *Crofte*] Croft, Misc. Roll.

[10] *Bichamstede*] Bythehampstede, Misc. Roll.

[11] *boscum*] supplied from Misc. Roll.

[12] *Parker*] Parkere, Misc. Roll.

[13] *Mabildæ*] Mabill', Misc. Roll.

[14] *Grymbaud*] Grimbaud, Misc. Roll.

[15] *Littelbyr'*] Litleburia, Misc. Roll.

[16] *Broughtone*] Broutone, Misc. Roll.

[17] *Eldwoldeshey*] Eldwoldesheye, Misc. Roll.

[18] *Waldechef*] Waldechefs, Misc. Roll.

[19] *Saunzaver*] Saunsaver, Misc. Roll.

[20] *Grandesdene*] Grantesdene, Misc. Roll.

[21] *Repingdone*] Repigdone, Cartul.

Item gravettam Thomæ de la Sale, et Ricardi Engayne, apud Weresle :—[1]

Item gravettam Reginaldi de Grey apud Gillinge :— f. c.iiii^xx, xiii.

Item boscos Abbatis de Rameseia[2] apud Riptone Abbatis :—

Item boscum Abbatis de Rameseia[2] apud Wardeboys.

Requisiti qualiter, et per quas evidentias sciunt, quod bosci supradicti afforestati fuerunt per[3] prædictum Henricum Regem, proavum domini Regis Edwardi, qui[4] nunc est, dicunt, quod hoc sciunt per relatum antecessorum suorum, et aliorum proborum et legalium hominum, et per famam patriæ.[5]

Ita quod quicquid per istam ambulationem ponitur extra forestam, remaneat extra forestam; et residuum remaneat foresta, secundum metas et bundas prædictas, imperpetuum.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.[6]

Teste me ipso, apud Lincolniam, decimo quarto die Februarii, anno regni nostri vicesimo nono.

CCCCXXVII.

Carta Regis Edwardi filii Regis Henrici, de foresta.

Edwardus,[7] Dei gratia Rex Angliæ, Dominus[8] Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem. A.D. 1301. February 14. Royal charter concerning forests.

Sciatis,[9] quod cum nos magnam cartam domini Henrici, quondam[10] Regis Angliæ, patris nostri, de libertatibus Angliæ, una cum carta de foresta, concesserimus, et confirmaverimus, ac innovaverimus, per cartam nostram; præceperimusque, quod cartæ illæ in singulis suis articulis teneantur, et firmiter observentur; volumus et concedimus, pro nobis et heredibus nostris, quod si quæ statuta fuerint contraria dictis cartis, vel alicui articulo in eisdem cartis contento, ea de communi consilio regni nostri modo debito emendentur, vel etiam adnullentur.

In cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste me ipso, apud Lincolniam, decimo quarto die Februarii, anno regni nostri vicesimo nono.

---

[1] *Weresle*] Wersle, Misc. Roll.

[2] *Rameseia*] Rames, Cartul.

[3] *per*] interlined in Misc. Roll.

[4] *qui . . . patriæ*] underlined in Cartul.

[5] Misc. Roll ends here.

[6] Not inrolled on Patent Roll.

[7] Also printed in Statutes of the Realm (Record edit.), Vol. I., Charters of Liberties, p. 44.

[8] *Dominus Hiberniæ, et Dux Aquitanniæ*] et cætera, Cartul.

[9] A hand is drawn here in the margin to call attention to this document.

[10] *quondam*] omit, Cartul.

CCCCXXVIII.

Carta Regis Edwardi tertii a conquestu, de foresta.

A.D. 1327. March 13. Of the same.

Ista commissio facta pro Kingesdelf, quod sit Com' Hunt', quia anno decimo quarto Edwardi primi fuit perambulatio facta.

Edwardus,[1] Dei[2] gratia Rex Angliæ, dominus Hiberniæ, et dux Aquitaniæ, omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, salutem.

Sciatis, quod, cum celebris memoriæ dominus Edwardus, quondam Rex Angliæ, avus noster, dudum fideles suos assignasset ad perambulationes in forestis suis, tam citra Trentam quam ultra, faciendas; et postmodum quasdam perambulationes, in aliquibus forestarum illarum, sub certis metis et bundis in eisdem contentis, factas, et sibi retornatas, per literas suas patentes, pro se et heredibus suis, concessisset, et confirmasset, easque[3] præcepisset, per prædictas[4] metas et bundas, imperpetuum observari, perambulationibus hujusmodi, tempore dicti avi nostri, in aliquibus forestis remanentibus faciendis.

Ac dominus Edwardus, nuper Rex Angliæ, pater noster, in parliamento suo,[3] nuper apud Lincolniam convocato, ad supplicationem prælatorum, comitum, baronum, et communitatum regni sui, asserentium dictas perambulationes factas, observatas non fuisse, juxta concessionem et confirmationem prædictas, et perambulationes hujusmodi alibi factas non fuisse, per literas suas patentes, quinto die Augusti, anno regni sui decimo, concesserit pro se, et heredibus suis, quod perambulationes supradictæ, per prædictum avum nostrum concessæ et confirmatæ, sicut prædictum est, sub metis et bundis in dictis literis patentibus ipsius avi nostri contentis et specificatis, tenerentur, et imperpetuum observarentur, promittens quod fideles suos ad perambulationes in forestis, in quibus tunc factæ non fuerunt, faciendæ, assignari faceret; ita quod perambulationes illæ fierent ante festum Natalis Domini tunc proximo futurum, et[5] quod perambulationes illas, cum factæ fuissent, et sibi retornatæ, per literas suas patentes, sub metis et bundis, quas in eisdem contingeret,[6] contineri pro se et heredibus

---

[1] Also on Patent Roll, 1 Edw. III., p. 1, m. 15., and printed in Manwood's Treatise of the Laws of the Forest, Cap. 20.

[2] *Edwardus, Dei . . . pervenerint*] Rex, omnibus ad quos, et cætera, Roll.

[3] A hand is drawn here in the margin of the Cartul.

[4] *prædictas*] dictas, Roll.

[5] *et*] supplied from Roll.

[6] *contingeret*] contingerent, Cartul.

suis confirmaret, prout in literis patentibus ipsius patris[1] nostri super hoc confectis plenius continetur.

Ac jam, ex insinuatione prælatorum, comitum, baronum et totius communitatis regni,[2] nostri, in instanti parliamento nostro apud Westmonasterium convocato, acceperimus, quod tempore dicti patris nostri, perambulationes prædictæ, per prædictum[3] avum nostrum, ut præmittitur, concessæ et confirmatæ, non fuerunt observatæ, et quod perambulationes hujusmodi non[4] factæ, remanserunt faciendæ, per quod nobis, cum instantia, supplicarunt, ut perambulationes, per dictum avum nostrum, ut prædicitur, concessas et confirmatas, confirmare et ratificare velimus; ac etiam perambulationes, quæ nondum factæ sunt, fieri facere indilate.

Nos eorum supplicationi in hac parte favorabiliter annuentes, concedimus,[5] pro nobis et heredibus nostris, quod perambulationes prædictæ, per præfatum avum nostrum concessæ et confirmatæ, sub metis et bundis, in dictis literis ipsius avi nostri contentis et specificatis, teneantur, et imperpetuum observentur.

Et volumus, quod perambulationes, quæ in aliquibus forestis adhuc restant faciendæ, per fideles nostros ad hoc assignandos fiant, sub ea celeritate, qua fieri poterunt, bono modo:

Quas quidem perambulationes, cum factæ fuerint, et nobis retornatæ, sub metis et bundis, quas in eisdem inveniri contigerit, per literas[6] nostras patentes, pro nobis et heredibus nostris, confirmari et approbari faciemus.

In[7] cujus rei testimonium has literas nostras fieri fecimus patentes.

Teste meipso,[8] apud Westmonasterium, decimo tertio die Martii, anno[9] regni nostri primo.

---

[1] *patris*] repeated in Cartul., but the redundant word has been struck through.

[2] *regni*] supplied from Roll.

[3] *prædictum*] dictum, Roll.

[4] *non*] supplied from Roll.

[5] A hand is drawn here in the margin of the Cartul.

[6] *literas nostras patentes*] nostras patentes literas, Roll.

[7] *In cujus . . . patentes*] In cujus, et cætera, Roll.

[8] *meipso*] Rege, Roll.

[9] *anno . . . primo*] omit, Roll.

CCCCXXIX.

f. c.iiii.^{xx}. xiii. b. *Carta Willelmi de Say, de duobus milibus anguillarum, in Fordham.*

Grant by William de Say of 2,000 eels, in Fordham, to Ramsey Abbey.

Willelmus de Say,[1] omnibus fidelibus Sanctæ Ecclesiæ, salutem.

Sciatis me dedisse Deo, et Sancto Benedicto, et ecclesiæ de Rameseia, et Abbati, et monachis, pro anima patris mei, et mea propria, duo milia anguillarum, quæ Hunemannus filius Roberti Rumpe tenuit de me in Fordham; et ipsam piscariam; et eundem Hunemannum, cum domo sua, et terra, de quibus reddebat mihi sexdecim denarios singulis annis; et Radulphum filium Wlmari, cum tota tenura, quam de me tenuit, scilicet, duodecim denarios per annum; et sex acras de le Langefurlonge, quas Radulphus de Bertone tenuit in Betheswelle de me, pro quibus idem Radulphus, et heredes sui, jure hereditario tenentes, reddent ecclesiæ Rameseiæ singulis annis quadraginta denarios.

Ea conditione, quod si Radulphus et heredes sui hos quadraginta denarios non persolverint, Abbas Rameseiæ se recognoscat ad feodum prænominatum.

Has tenuras prædictas dedi ecclesiæ, in puram et perpetuam elemosinam, solas et quietas de me et de heredibus meis, tenendas in capite de Rege.

His testibus, Hugone[2] Decano, Herberto Clerico, et aliis.

CCCCXXX.

Carta Gaufridi filii Petri.

Grant by Geoffrey Fitz Piers

Gaufridus[3] filius Petri, universis filiis Sanctæ Matris Ecclesiæ, salutem.

---

[1] William de Say, who married Beatrice, daughter of William de Mandeville, and sister of Geoffrey de Mandeville (who died 21 Oct. 1166), the first Earl of Essex (Dugdale, Baronage, I. 511; Eyton, Court of Henry II., p. 99). Beatrice died in 1200 (Mon. Angl., IV. 140).

[2] Probably Hugh de Marinis, or de Marney, Prebendary of Totenhall, thought to have been Dean of St. Paul's from about 1160 until about 1181. (Le Neve, Fasti, II., 307, 438).

[3] This Geoffrey Fitz Piers married Beatrice, eldest daughter of William de Say, who died before his father, and who was eldest son of William de Say and his wife Beatrice de Mandeville. Geoffrey was Sheriff of Northamptonshire from 31 Henry

of various rents to Ramsey Abbey.

Sciatis me concessisse et dedisse, pro animabus antecessorum meorum, Deo, et Sancto Benedicto, et ecclesiæ de Rameseia, et Abbati et monachis ibidem Deo servientibus, viginti solidos, recipiendos annuatim de Hugone de Bekeswelle et ejus heredibus, de triginta solidis, quos mihi reddunt annuatim de feodo, quod de me tenent; scilicet decem solidos ad festum Sancti Michaelis, et decem solidos ad Pascha; quos prædictus Hugo, vel ejus heredes, eis reddet,[1] videlicet, unam marcam de dictis viginti solidis in eschambia duarum miliarum anguillarum et piscariæ, et sexdecim denarios de redditibus quos Hunemannus filius Roberti tenuit in Fordham, et de duodecim denariis de redditibus quos Radulphus filius Wlmari tenuit, et de quadraginta denariis de redditu quem Radulphus de Bertone[2] tenuit in Langefurlange.

Quæ omnia prædicta, de escambio prænominato, Willelmus de Say dedit dicto Abbati et ecclesiæ de Rameseia, et carta sua confirmavit.

Et desuper isto prædicto escambio unius marcæ, ut dictum est, concedo et dono, pro anima antecessorum meorum, et pro salute animæ meæ, Deo, et Sancto Benedicto, et Abbati et monachis de Rameseia, dimidiam marcam ex propria elemosina mea.

Ita tamen, quod homagia et relevia de prædicto Hugone, et ejus heredibus, de tenemento, quod de me tenent, et fortunæ, quæ male evenerint, erunt ad opus meum, et heredum meorum.

Et si Abbas prædictus de Rameseia prædictos viginti solidos ad terminos suos præfixos non habuerit de dicto Hugone, vel ejus heredibus, ipse, vel ejus ballivus, hoc mihi monstrabit, et ego inde faciam districtionem.

II. (1184–5) to 6 Ric. I. (1194–5) with a few intervals; became Chief Justiciary of England in July 1198; was created Earl of Essex by King John on the day of his coronation, May 27, 1199, and died 14 Oct. 1213. (Foss, Judges, II. 62.) This charter must therefore be of an earlier date than his creation as Earl of Essex, otherwise he would have styled himself Earl.

Geoffrey Fitz Piers and Beatrice his wife, and Hugh de Bocland and Maud his wife, daughters and co-heirs of William de Say, divided his inheritance between them by a fine made on the Conversion of St. Paul, 30 Hen. II. The true date of this fine must be Jan. 25, 1186, as the King was not in England either in Jan. 1184 nor in Jan. 1185 (Eyton, Court of Henry II., p. 261).

[1] *reddet*] originally written *reddent*, but dots of subpunction are placed under the *n*.

[2] *Bertone*] originally written *Beytone*, but afterwards altered.

Et sic etiam, quod prædictus Abbas de Rameseia, vel ejus successores, vel monachi, nihil amplius poterunt exigere per aliquam cartam Willelmi de Say, nisi istos viginti solidos prædictos, ex ejus elemosina et mea, de aliquo tenemento quod fuit ipsius Willelmi.

Et si ego Gaufridus, vel heredes mei, non poterimus warantizare viginti solidos prædictos Deo, et Sancto Benedicto, et Abbati et monachis de Rameseia, dabimus illis escambium ad eorum valentiam in propria mea hereditate.

Testibus, Willelmo de Escorseveille,[1] Hugone de Bokele, et aliis.

CCCCXXXI.

Carta alia Willelmi de Say.

Grant by William de Say and his wife Beatrice of certain land of the Priest Alfsi of Fordham to Ramsey Abbey.

Notum sit, tam præsentibus quam futuris, quod ego Willelmus de Say et B[eatricia] uxor mea concessimus ecclesiæ Sancti Benedicti in Rameseia, terram quamdam Presbiteri Alfsi de Fordham, quæ fuit in chalengam inter Abbatem et me, in liberam elemosinam, jure perpetuo, pro salute nostrarum animarum.

Testibus, Radulpho de Bertuna, et aliis.

CCCCXXXII.

Carta Wlgit de Welles.

Gift by Wulget de Welles of Lotewere fishery to Ramsey Abbey. *Nota.*

Wlgit[2] de Welles dedit Deo et Sancto Benedicto, pro anima sua, unum piscarium, qui vocatur Lotewere, et reddit unum miliare anguillarum per annum, et cortinam unam, et unam toftam vacuam.

Hujus rei testes sunt Robertus Monachus, filius ejus, et cæteri.

CCCCXXXIII.

Concessio et confirmatio Ranulphi Abbatis Radulpho de Thurston.

A.D. 1231-1253. Grant by Ramsey

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ranulphus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, concessimus, et

[1] The name of William Escorceveille occurs on the Norfolk and Suffolk portions of the Pipe Roll of the reign of Richard I.

[2] Compare No. XLVIII., Vol. I., p. 132.

CROYDON PUBLIC LIBRARIES CENTRAL

hac præsenti carta nostra confirmavimus, Radulpho de Thurstone, et heredibus suis, a Willelma filia Galfridi Baynard de Hulmo procreatis, et Galfrido filio Galfridi de Northlennia, et heredibus suis, pro homagio et servitio suo, totam terram illam, quam Rodlandus Decanus tenuit de nobis in villa de Hulmo, scilicet medietatem totius dominicæ terræ nostræ in eadem villa, cum secta omnium villanorum nostrorum de Hulmo, ad unicum molendinum ad ventum, in feodo nostro, in villa de Hulmo, loco competenti, et villanis nostris prædictis opportuno, construendum, ubi possint, absque impedimento, libere accedere et recedere. Abbey to Ralph de Thurston of land in Holm.

Et ipsi antiquum molendinum aquaticum, quod de nobis tenuerunt, omnino amovebunt, nec licebit eis, neque eorum heredibus imperpetuum, aliquod molendinum in situ prædicti molendini aquatici construere, quod si aliquo tempore fecerint, dictum molendinum in usus nostros cedit, et ipsi et eorum heredes multuram et sectam prædictorum villanorum nostrorum, quas integras habuerunt ad eorum molendinum, omnino amittant. f. c.iiii^{xx}. xiiii.

Cum vero contigerit prædictum molendinum eorum ad ventum, per defectum venti, vel per fractionem, vel alio casu rationabili, cessare, post duos dies licebit villanis nostris prædictis, quamdiu molendinum cessaverit, ad aliud molendinum, quo voluerint, bladum suum deferre,[1] absque multura et impedimento.

Præterea concessimus, et hac eadem carta nostra confirmavimus prædictis Radulpho et Galfrido, et eorum heredibus, secundum quod supradictum est, decem et octo acras terræ, et tres rodas, quas antecessores[2] sui de villanis nostris in villis de Ringstede et de Hulmo perquisierunt.

Scilicet in Hulmo, de terra Philippi Gunter quinque acras; quarum quinque rodæ jacent in campo qui vocatur Holm; et una acra apud Offordeshowe juxta terram Willelmi Fabien; et duæ acræ apud Ingilbynesgate, juxta terram Walteri Jacob; et una roda apud Morilond, juxta terram ejusdem Walteri; et dimidia acra apud Blakelond, juxta terram prædicti Galfridi.

De terra Johannis filii Margaretæ in eadem villa, unam acram; cujus tres rodæ jacent apud Halestongate, juxta terram Herelwyni de Tythewelle; et una roda apud Golstaneslond, juxta terram Ricardi Clerici.

---

[1] *deferre*] deferri, MS.

[2] *antecessores*] originally written *successores*, but afterwards altered.

De terra Godwyni Gase, dimidiam acram in eadem villa, jacentem juxta terram Willelmi Joppe.

De terra Stephani Grimbaud tres acras et dimidiam in eadem villa; quarum duæ acræ et dimidia, jacent in campo qui vocatur Holm, juxta terram Walteri Jacob; et dimidia acra in eodem campo, juxta terram Symonis filii Godfridi; et dimidia acra alibi in eodem campo juxta terram ejusdem Symonis.

De terra Walteri Jacob unam acram et unam rodam in eadem villa, jacentes in campo, qui vocatur Holm, juxta terram quæ fuit Stephani Grimbaud.

De terra Eppe, quinque acras in eadem villa.

Item in Ringstede de terra Aldwini duas acras et unam rodam, jacentes juxta terram quæ fuit Radulphi Præpositi, et Ricardi Cokkes; et extendunt se in longitudine a Bersisty usque ad Yecherwellesty.

Et de terra Johannis Noctinge unam rodam et dimidiam in eadem villa, jacentes apud Northendych, juxta terram Henrici Fisch.

Tenendas de nobis, jure hereditario et quiete, ut prædictum est, pro triginta et duobus solidis nobis annuatim inde reddendis, ad duos terminos, scilicet sexdecim solidis ad Pascha, et sexdecim solidis ad festum Sancti Michaelis.

Salvis nobis libertatibus quas habemus apud Ringstede et Hulmum ex regum donatione.

Et salvis nobis consuetudinibus quas habere consuevimus, tempore quo Rodlandus prædictam terram tenuit.

Salvisque nobis, hominibus nostris, et homagiis, et ipsorum hominum tenementis, et omnibus, quæ causa vel ratione ipsorum nobis provenire poterunt.

Et salvis nobis amerciamentis de villanis nostris prædictis, si debito modo ad eorum molendinum sectam non fecerint.

Conventio autem talis facta est inter nos, et prædictos Radulphum [et] Galfridum, pro se et heredibus suis, quod non ponent in placitum aliquem ex hominibus nostris de terris quas de nobis tenent, vel unde nobis censum reddunt, sine assensu et voluntate nostra.

Nec ipsi, nec eorum heredes, aliquid de villenagio nostro de cætero ement, nec aliquo modo, sine assensu nostro, adquirent.

Et si prædicti Radulphus et Galfridus, vel eorum heredes, aliquid de prædicta terra vel molendino amiserint, vel amissum recuperare nequierint, nos nullum escambium eis dabimus, nec aliquid restaurabimus.

Ipsi tamen nihilominus prædictum censum integre annuatim nobis persolvent.

Ipsi autem Radulphus et Galfridus, tactis sacrosanctis Evangeliis, juraverunt, quod fidem portabunt nobis et ecclesiæ nostræ, et prædictam conventionem in omnibus fideliter tenebunt.

In cujus rei testimonium, illi parti hujus scripti bipartiti, et in modum cyrographi confecti, quæ penes prædictos Radulphum et Galfridum remanebit, sigilla nostra apposuimus.

Et prædicti Radulphus et Galfridus alteri parti ejusdem scripti, penes nos remanenti, sigilla sua apposuerunt.

His testibus, domino Willelmo de Sancto Georgio, tunc Senescallo nostro, Simone de Copmanforde, Johanne de Brauncestria et aliis.

CCCCXXXIV.

Quieta clamatio Radulphi de Thurstone.

A.D. 1231-1253. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Radulphus de Thurstune, et ego Galfridus Banyard, filius Galfridi de Northlennia, remisimus, et quietum clamavimus, pro nobis et heredibus nostris, domino Ranulpho, Dei gratia Abbati Rameseye, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus imperpetuum, totum jus et clamium, quod habuimus, vel habere potuimus in multura, et secta hominum et villanorum prædicti Abbatis de villa de Ringstede, ad molendinum nostrum in villa de Hulmo, ita quod nos, vel heredes nostri, imperpetuum nullum jus in secta et multura prædictorum hominum et villanorum de Ringstede aliqua ratione vendicare poterimus.

f.c.iiii[xx]. xiiii. b.

Pro hac vero remissione nostra et quieta clamantia prædicti Abbas et Conventus remiserunt nobis, et heredibus nostris, annui redditus, de redditu quem eis consuevimus reddere, et decem et octo acras terræ, et tres rodas, nobis concesserunt et confirmaverunt, prout carta eorum quam inde habemus, testatur.

Et nos et heredes nostri, prædictis Abbati et conventui, et eorum successoribus, prædictas remissionem et quietam clamantiam eis factas contra omnes warantizabimus.

Ita quod si aliquis successorum nostrorum, aliquo tempore, contra hanc remissionem et quietam clamantiam venerit, nos, vel heredes nostri, tantam terram et tantum redditum de nostro proprio, cum sumptibus, expensis in lite, factis et faciendis, prædictis Abbati et conventui, vel eorum successoribus restaurabimus, et ad hoc fideliter tenendum nos et

heredes nostros prædictis Abbati et conventui fide media obligavimus.

In cujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus.

His testibus, domino Willelmo de Sancto Georgio, tunc Senescallo Rameseiæ; Simone de Copmanforde; Johanne de Brauncestria; et aliis.

CCCCXXXV.

Quieta clamatio Radulphi de Thurstone.

A.D. 1231-1243. Of the same.

Universis Christi fidelibus, ad quos [hoc] scriptum pervenerit, Radulphus de Thurstune et Galfridus filius Galfridi de Northlennia, salutem in Domino.

Licet nullum jus habuimus in secta villanorum domini Abbatis Rameseiæ ad molendinum nostrum, extra feodum ipsius Abbatis situm, nec sectam eorumdem ad prædictum molendinum faciendam, aliquo jure petere potuimus, prædictus tamen Abbas, ad maximam petitionem nostram, ex sua liberalitate, et suæ benignitatis gratia, nobis concessit, quod prædicti villani[1] sui de Hulmo faciant sectam ad molendinum nostrum prædictum, extra feodum suum situm, in villa de Hulmo, a festo[2] translationis Sancti Benedicti, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo septimo, usque ad Pascha proximo sequens tantum. Infra quem terminum molendinum nostrum de Hulmo aquaticum omnino amoveri faciemus, et aliud molendinum ad ventum in eadem villa in feodo ipsius Abbatis construemusd. Aquod molendinum prædictus Abbas sectam prædictorum villanorum nobis concessit.

A.D. 1243, July 11—A.D. 1244, April 3.

Unde ad notitiam omnium volumus pervenire, quod nec nos, nec heredes nostri imperpetuum, occasione prædictæ concessionis precarie et benigne vel prædictæ sectæ, nobis ad prædictum terminum a domino Abbate prædicto concessæ, nullum jus in secta prædictorum villanorum ad aliquod molendinum, extra feodum dicti Abbatis situm, nec nomine juris, nec nomine seysinæ poterimus vendicare.

In cujus rei testimonium huic scripto sigilla nostra apposuimus.

His testibus, domino Willelmo de Sancto Georgio, domino Simone de Copmanforde, et aliis.

---

[1] *villani*] interlined in MS.

[2] The instrument therefore bears date after the commencement of Abbot Ranulph's abbacy, and probably not much earlier than A.D. 1243, July 11.

CCCCXXXVI.

Quieta clamatio Radulphi de Thurstone.

A.D. 1231–1253. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego, Radulphus de Thurstone, remisi et quietum clamavi, pro me et heredibus meis, de Willelma filia Galfridi Baynard de Hulmo procreatis, Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseya, et domino Ranulpho Abbati, et conventui ejusdem loci, et eorum successoribus imperpetuum, totum jus et clamium, quod habuimus, vel habere potuimus, in secta hominum et villanorum prædicti Abbatis, de villa de Ringstede, ad molendinum nostrum de Hulmo, cum eorum multura, ita quod nullum jus in prædictis secta et multura imperpetuum vendicare poterimus.

Et ego, et heredes mei, warantizabimus prædictis Abbati et conventui, et eorum successoribus, prædictas remissionem et quietam clamantiam, contra omnes. Obligavi etiam prædictis Abbati et conventui, pro me et heredibus meis, omnes terras meas, et omnia tenementa in ea, ubicunque fuerint, quod si heredes mei, de prædicta Willelma, quondam uxore mea, procreati, super prædictis secta et multura, prædictis Abbati et conventui, vel eorum successoribus, contra hanc remissionem et quietam clamantiam, aliquo tempore, placitum moveant, nos vel heredes nostri, si prædicti Abbas et conventus, per placitum illud in aliquo sint perdentes, de prædictis terris et tenementis, eisdem rationabile faciemus excambium, cum sumptibus et expensis in placito illo factis et faciendis.

In cujus rei testimonium huic scripto sigillum meum apposui.

His testibus, domino Willelmo de Sancto Georgio, tunc Senescallo Rameseiæ; Simone de Copmanforde; Johanne de Brauncestria; Johanne de Lyndeseya; Simone de Burewelle; Simone de Houctone; Reginaldo filio Simonis de Luine; Thoma Janitore; Philippo de Clarisvallibus, et cæteris.

CCCCXXXVII.

Carta Alexandri Monachi de duobus millibus allecium in Norwyco.

f. c.iiii^{xx}. xv.

A.D. 1114–1160. Grant by Alexander

Notum sit omnibus, tam futuris quam præsentibus, quod ego, Alexander[1] Monachus, concessi et dedi Deo, et ecclesiæ

[1] Most probably Alexander Monk one of the witnesses to a charter from Abbot Walter concerning land in Walsoken (Vol. I., p. 153, No. LXXXIX.).

Monk of 2,000 herrings yearly, out of the rent of a house in Norwich, to Ramsey Abbey.

Sancti Benedicti Rameseiæ, et fratribus ibidem Deo servientibus, duo millia de alleciis, de redditu domus meæ de Norwico, quam Robertus filius Wluerici tenet de me.

Hoc autem eis concedo de me et heredibus meis, et hac mea carta confirmo, in liberam, et puram, et perpetuam elemosinam, ad recipiendum ad festum Beati Andreæ Apostoli.

Hujus donationis testes sunt Oliverus Monachus,[1] Herveus filius ejus, et cæteri.

CCCCXXXVIII.

Rotulus de redditibus novis assisæ apud Welles.

A.D. 1206-1207. Rents of the new assise at Wells.

Rotulus[2] de redditibus novis assisæ apud Welles, coram T. Priore, et sociis ejus, Alano de Hertland, et Jocelino Senescallo, tunc ballivis domini Regis, assensu capituli, anno regni Regis Johannis octavo.

De Johanne cum Ingeniis, tres stikkas anguillarum, pro manso suo.

De eodem, pro octo acris terræ, quas habet infra parvam Fendiche, sexdecim denarios.

De eodem, pro quinque acris et dimidia, et viginti percatis terræ, quas habet juxta Schrewehirst, sex denarios, quadrante minus.

De Baldewino Puttok; sciendum, quod ipse domum suam, et totam terram suam, vendidit ecclesiæ Rameseiæ, et quietas clamavit. Salvo eo, quod sibi et uxori suæ retinuit domum suam, cum crofta, quæ continet duas acras terræ et dimidiam, quamdiu alteruter eorum vixerit.

De Osberto Puttok, pro clauso suo, sex stikkas anguillarum, et pro viginti quatuor acris terræ, quas habet infra parvam Fendich, quatuor solidos de eodem, pro undecim acris terræ, quas habet juxta Schrewehyrst, undecim denarios.

---

[1] This Oliver Monk was brother to Alexander the grantor, and was also a witness to the charter mentioned in the previous note. This presumption of dentity is confirmed by the fact of both the charters in question relating to localities in Norfolk. Norwich and Walsoken are not far distant. Alexander and Oliver were sons of Hervey Monk; and they witnessed a charter concerning lands in Norfolk, tempore Abbot Reginald, A.D. 1114–1130. (Vol. I., p. 146, No. LXXVII.) Consequently the date of Alexander Monk's charter may be placed between 1114 and 1160; the periods of Abbots Reginald and Walter.

[2] *Rotulus*] Rotulis, MS.

De eodem, pro quodam prato, quod habet juxta pratum Albricti Bolle, sex denarios, quod si cultum fuerit, dabit pro qualibet acra unum denarium.

De Onty Nigro, pro clauso suo tres stikkas anguillarum, et pro novem acris terræ et una roda et dimidia, quas habet infra primam Fendiche, octodecim denarios et obolum.

De eodem, pro duabus acris, et una roda et dimidia, quatuor denarios et unum quadrantem.

De eodem pro illa parte, quæ est de feudo Rameseiæ, in magno clauso juxta boveriam Abbatis, duos solidos.

De eodem, duos denarios redditus pro una acra et dimidia, et una roda, quas emit de Baldewino Puttok, et pro prato, quod emit a Baldewino, unum denarium.

De Simone Loverde, et Johanne, socio ejus, pro clauso suo, tres stikkas anguillarum; et pro una acra et dimidia roda, quæ pertinent ad mansum suum, duos denarios et unum quadrantem.

De Folcardo et Simone fratre suo, pro clauso suo usque ad primam dravam, decem stikkas anguillarum.

De antiquo censu de eisdem, pro triginta acris terræ, quas habent infra primam Fendiche; et pro quodam prato, quod habent in Oxinge; et quodam prato in Hisdelfe, dimidiam marcam.

De Ailbricto Bolle, pro clauso suo, tres stikkas anguillarum de antiquo censu.

De eodem, pro quatuordecim acris terræ et dimidia, et una roda, quindecim denarios, unum quadrantem minus.

De Semanno filio Alfrici, pro clauso suo, tres stikkas anguillarum, de antiquo censu; et pro quodam prato unam stikkam de novo.

De Andrea Blundo, pro clauso suo, duas stikkas anguillarum de antiquo censu; et pro quodam prato juxta Waninge, unam stikkam; et de piscaria de Southfen, tres stikkas de novo.

De Hacone filio Toly Preste, pro clauso suo, sex denarios; et pro septem acris terræ et dimidia, quas habet in crofta sua infra primam Fendiche, quindecim denarios.

Et pro tribus acris quas habet extra croftam suam, sex denarios.

De Odone Clerico, pro acra et dimidia, quas habet juxta croftam Haconis, tres denarios.

De Johanne filio Johannis Diaconi, pro clauso suo, decem stikkas anguillarum, de antiquo censu, vel duodecim denarios.

Et pro novem acris in crofta sua, et tribus acris extra croftam infra primam Fendiche, quas ipse et homines sui habent, duos solidos.

De Roberto filio Minardi, pro clauso suo, sex denarios, de novo.

De Onty filio Onty, pro clauso suo, sex denarios, de novo.

De Godiwa filia Onty, pro clauso suo, duas stikkas anguillarum, de novo.

De Waltero Sole, pro quodam prato juxta pratum Semanni, unam stikkam anguillarum, de novo.

De Roberto Presbitero, pro quatuordecim acris terræ, juxta Chisebeche versus boream, quas Walterus filius Alditd' et Ricardus Frost de eo tenent, septem denarios.

De Simone de Pokediche, et Thurkillo filio Brittild', in eodem loco, pro quatuordecim acris terræ, septem denarios.

Et sciendum, quod cum prædicti homines alias purpresturas fecerint, solvent de singulis acris annuatim unum denarium.

Est autem terminus prædictorum denariorum solvendorum ad festum Sancti Michaelis medietatem, et ad Pascha aliam medietatem.

Terminus autem anguillarum solvendarum de novo perquisitarum ad festum Sancti Benedicti in estate.

Hæc autem conventio facta est, salvis nobis omnibus antiquis et debitis consuetudinibus ab ipsis hominibus.

CCCCXXXIX.

f. c.iiii^{xx}. xv. b.

Norfolcia.

Wynebodesham.

A.D. 1250–1251. Grant by William Bardolf of the third part of a marsh called Westfen, and others to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Willelmus Bardolfe concessi, remisi, et quietum clamavi, pro me et heredibus meis, domino Ranulpho, Abbati de Rameseia, et ejusdem loci conventui, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ de Rameseia, tertiam partem de sexies viginti acris marisci, qui vocatur Westfen, infra fossatum de Pokedich versus Mereslande, et de quinquaginta acris marisci extra dictum fossatum versus Welles, simul cum tertia parte ejusdem fossati, cum liberis introitibus et exitibus, pertinentiis, commodis, et omnibus aliis eisiamentis imperpetuum, qui marisci et quod fossatum pertinent ad Stowiam, Wynbodesham, et Dounhamhith, quas quidem sexies viginti, et quinquaginta[1] acras marisci, et dictum

[1] *quinque* is inserted in the MS. after *quinquaginta*, but has been struck through.

fossatum, cum liberis introitibus et exitibus, pertinentiis, commodis, et omnibus aliis aysiamentis, Episcopus Eliensis, Abbas de Rameseia, Prior de Lewes, Thomas de Ingoldesthorpe, et omnes alii ejusdem parcenarii marisci et fossati, de se, heredibus, successoribus, et ecclesiis suis, mihi et heredibus meis remiserunt, et quietum imperpetuum concesserunt, prout in cirographo, inter me ex una parte, et dictos Episcopum Eliensem, Abbatem, Priorem, Thomam, et omnes alios ejusdem marisci parcenarios, exinde confecto ex altera, coram dominis Henrico de Bathonia, cæterisque ejusdem sociis, domini Regis justiciariis, apud Lene, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, tricesimo quinto, itinerantibus, plenius testatur.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

His testibus, dominis Henrico de Bathonia, Gilberto de Prestone, Johanne de Catesdene, Roberto de Bruis, Willelmo de Wiltone, et Magistro Simone de Waltone, domini Regis illustris justiciariis, et aliis.

CCCCXL.

Conventio de Suldham.

A.D. 1236. November 11–25. Agreement between Ramsey Abbey and William. Prior of Shouldham, concerning a pillory at Shouldham.

Conventio inter Ranulphum Abbatem Rameseiæ querentem, et Willelmum Priorem de Suldham impedientem, de quodam pillorio levato in Suldham, contra libertates ipsius Abbatis in hundredo de Clakclose, et de eo quod homines ipsius Prioris non permiserunt se distringi et attachiari per ballivum de Clakclose, et quod idem Prior non permiserit ipsum ballivum tenere hundredum suum in villa de Suldham, cum opus fuerit.

Videlicet, quod ipse pillorius prosternetur, nec alius in posterum levabitur, sine assensu ipsius Abbatis, vel successorum suorum.

Et quod idem Prior permittet ballivum ipsius Abbatis, libere et sine contradictione attachiare homines suos, et districtiones facere in terris suis infra prædictum hundredum, secundum consuetudinem regni.

Permittet etiam ipse Prior et successores sui, quod ballivus ipsius Abbatis, qui pro tempore fuerit, libere teneat hundredum in Suldham, cum necesse fuerit.

Et ballivus ipsius Abbatis faciet visum franci plegii in curia ipsius Prioris, et successorum suorum, in Suldham, ad videndum quod justitia ibi plenarie fiat, et ad faciendum quod ad ballivum domini Regis pertinet.

Salvis ipsi Priori, et successoribus suis, amerciamentis provenientibus ex visu franciplegii, per ballivum ipsius Prioris, et successorum suorum, colligendis.

Acta apud Westmonasterium, a die Sancti Martini in quindecim dies, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo primo incipiente.

CCCCXLI.

Conventio inter Willelmum Abbatem et Willelmum Bardolfe, de Stapelwere.

A.D. 1281–1282. Agreement between Ramsey Abbey and William Bardolf, concerning the Staplewere marsh.

Stowefen.

Memorandum, quod anno regni Regis Edwardi, filii[1] Regis Henrici, decimo, convenit inter dominum Willelmum[2] Abbatem Rameseiæ ex una parte, et dominum Willelmum Bardolfe ex altera, de separatione marisci, inter Stapelwere et ladam de Stowe, provisum est, et concorditer concessum:—

Quod Abbas de cætero capiat tertiam partem illius marisci propinquiorem Stapelwere, et dominus Willelmus Bardolfe habebit duas partes illius marisci, propinquiores dictæ ladæ, et tunc ex alia parte ladæ illius, versus mesuagium Henrici Abbot', incipiet idem dominus Willelmus Bardolfe, et habebit duas partes propinquiores ladæ ex parte australi.

Et dictus Abbas habebit tertiam partem illius marisci propinquiorem mesuagio Henrici Abbot.

Et quod dicta lada de cætero remaneat communis inter ipsos, in tota longitudine sua, ut prius extiterat.

Nec aliqua alia lada, per neutram partem, in prædicto marisco, sine assensu partium, fieri possit usque magnam ripam.

Et similiter tenementa et redditus Henrici Abbot communa inter ipsos, sicut prius extiterat.[3]

Salvo semper domino Willelmo Bardolfe, et heredibus suis, dominio suo, et separalitate sua, in magna ripa et alibi, sicut ipse et antecessores sui habere consueverunt.

Et de marisco non partito, quem iidem Willelmus Bardolfe et Abbas tenent in communi, remaneat in statu quo prius, vide-

---

[1] *filii . . . Henrici*] interlined in MS.

[2] William de Gomcestre, Abbot of Ramsey from 1267 to 1285.

[3] After this word the passage *Nec aliqua tenementa et redditus Henrici Abbot communa inter ipsos sicut prius* occurs, but has been struck through.

licet, quod prædictus Abbas capiat tertiam partem proficuorum et exituum dicti marisci.

Et si ballivi ipsius Abbatis inveniant aliquem, qui magis ad proficuum ipsorum Abbatis et Willelmi Bardolfe, pro[1] prædicto marisco, per[3] annum dare voluerit, tunc, per assensum ballivorum utriusque, prædictus mariscus dimittatur, prout melius sibi viderint expedire, ex dimissione tamen ipsius Willelmi Bardolfe vel ballivorum suorum. f. c.iiii^{xx}. xvi.[2]

Ita quod, die solutionis statim capiat ballivus ipsius Willelmi Bardolfe duas partes denariorum inde provenientium, et ballivus dicti Abbatis tertiam partem, eodem die, in eodem marisco.

CCCCXLII.

Carta Walteri Bolebeke, de Waltone.

Notum[4] sit universis Sanctæ Matris Ecclesiæ filiis, tam posteris quam modo viventibus, quod ego, Walterus de Bolebeke, do et concedo Deo, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, et Abbati Waltero, et monachis ejusdem ecclesiæ, manerium de Waltone, solum et quietum, de me et de omnibus heredibus meis, ita ut teneat manerium prædictum in capite de Rege, sicut tenet alias tenuras ecclesiæ suæ. A.D.1133-60. Grant by Walter de Bolebeke of the manor of Walton to Ramsey Abbey.

Hanc autem donationem et concessionem facio pro animabus patris mei et avi mei, et pro meipso, et pro uxore mea, et pro infantibus [meis].

Et hanc donationem concesserunt uxor mea, et filii mei.

Hujus donationis testes sunt Willelmus de Birenches, Hugo Meilleme, et alii[5].

CCCCXLIII.

Huntendonia.[6]

Memorandum de concordia Abbatis de Rameseia et Abbatis de Thorneya.

Abbas de Rameseia et Abbas de Thorneye concordati sunt de placito annui redditus unius marcæ, sub hac forma. A.D. 1257. Oct. 9—Nov. 24. Of the same.

[1] *pro*] written on an erasure.

[2] *Wynbodesham* has been written in the upper margin here, but has been almost entirely erased.

[3] *per annum*] interlined in MS.

[4] A repetition of No. XCIII., Vol. I., p. 156.

[5] *alii*] aliis, MS.

[6] This document does not occur in the Cartulary, but has been added here from the Exchequer Memoranda Roll, Q. R., 41 & 42 Henry III. rot. 2.

Videlicet, quod idem Abbas de Thorneye per atornatum suum quietum clamavit, de se et successoribus suis, imperpetuum, prædictum annuum redditum unius marcæ eidem Abbati de Rameseia, et successoribus suis.

Et pro hac quieta clamatione, idem Abbas de Rameseia
Nov. 25. dabit prædicto Abbati de Thorneye triginta marcas, in quindena Sancti Martini, in Prioratu Huntendoniæ.

Et Abbas de Rameseia dat Regi unam marcam, pro licentia concordandi.

Ita tamen quod dictus Abbas de Thorneye nihil possit exigere decætero, in villa de Aylintone, nomine Geldi.

CCCCXLIV.

Carta Abbatis et conventus de Thorneye, de una marca, quam petebant de Ailingtone, nomine Geldæ.

A.D. 1257. Remission by Thorney Abbey to Ramsey Abbey of a mark payable annually as geld.

Omnibus Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis, Thomas,[1] permissione divina Abbas Thorneye, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, nos recepisse a venerabilibus viris, dominis Abbate et conventu de Rameseia, triginta marcas sterlingorum, in quibus nobis teneantur, pro concordia inter nos et ipsos facta, de una marca, de Gelda in villa de Aylingtone, per nos petita, et eisdem remissa, prout in rotulis
A.D. 1257 Oct. 9—Nov. 28. Baronum Scaccarii domini Regis plenius continetur; videlicet,[2] inter Communia de termino Sancti Michaelis, anno regni Regis Henrici tertii quadragesimo primo, incipiente quadragesimo secundo.

In cujus rei testimonium huic scripto commune sigillum nostrum apposuimus.

---

[1] Thomas de Castre, Abbot of Thorney, from 1255 to 1261.

[2] *videlicet . . . secundo*] This passage is inserted in the margin in a different hand, and is referred to its proper place in the text by a mark.

CCCCXLV.

Conventio inter Abbates de Thorneye et Rameseia, de marisco de Wardeboys.

A.D. 1237-1253. Agreement between Thorney and Ramsey Abbeys concerning the marsh of Warboys.

Omnibus[1] Christi fidelibus præsens scriptum inspecturis vel audituris, Ranulphus, Dei gratia Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, quod, cum contentio mota esset inter dominum David,[2] Abbatem de Thorneye, et conventum ejusdem loci, ex una parte, et nos ex altera, super herbagium cujusdam marisci, inter gurgites de Tyllingewere et Wlveye-were, super ripam in longitudine, et in latitudine a ripa aquæ usque ad proximum merefen in marisco de Wardeboys, tandem sicut convenit[3] inter eos.

Wulvey-were juxta Chateriz. Memoran-dum de uno denario redditus.

Videlicet, quod dominus Ranulphus, Abbas Rameseiæ, et ejusdem loci conventus, concesserunt dicto David Abbati, et successoribus suis, et conventui et ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Thorneye, totam medietatem herbagii in prædicto marisco, infra prædictas metas, ad falcandum, et levandum fenum, et asportandum, sine impedimento.

Habendam et tenendam prædictis Abbati et conventui de Thorneye, de prædictis Abbate et conventu imperpetuum.

Reddendo inde annuatim Abbati et successoribus suis unum denarium, ad festum Assumptionis Beatæ Mariæ, pro omnibus sæcularibus servitiis et exactionibus. *Nota.*

Ita tamen quod, nec dictus Abbas de Thorneye, nec ejusdem loci conventus, vel aliquis, nomine eorum, in prædicto marisco de Wardeboys, aliquam communam pasturæ, cum averiis vel animalibus suis, habere possint, infra prædictas metas, nec occasione dicti herbagii, aliquid cujuscumque commune extra prædictas metas exigere possint, vel vendicare.

Nec prædicti Abbas et conventus Rameseiæ, nec aliquis tenentium suorum de Wardeboys, nec aliquis nomine eorum, a Pascha usque ad festum Sancti Michaelis, aliquam communam pasturæ in prædicta particula marisci habebunt, præter medietatem herbagii sui ad falcandum.

Concessimus etiam, quod si aliquid fiat damnum in prædicta particula herbagii, per onerationem navium, vel exonerationem,

---

[1] A hand is drawn here in the margin to call attention to this document.

[2] David, Abbot of Thorney from 1237 to 1255.

[3] *convenit*] originally written *evenit*, but afterwards altered.

infra prædictos terminos, scilicet Paschæ et festi Sancti Michaelis, totius emendationis percipiant medietatem.

Hac autem concessione dicti Abbas et conventus de Thorneye concesserunt et recognoverunt, pro se et successoribus suis, totum fundum prædicti marisci in comitatu Huntingdoniæ, esse jus dictorum Abbatis et conventus, et ecclesiæ Rameseiæ imperpetuum, pertinentem ad manerium suum de Wardeboys.

CCCCXLVI.

Carta Oliveri le Moigne.

Release by Oliver le Moigne of assarts in Raveley to Ramsey Abbey.

f. c.iiii[xx]. xvi. b.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Oliverus le Moigne abjuravi, pro me, et heredibus meis, et quietum clamavi, de me et heredibus meis, totum jus et clamium, quod habui, vel habere potui, in parte demanda,[1] in essartis monachorum de Rameseia, quæ fecerint in rifletis de Ravele, usque ad nonum annum regni Regis Johannis, et in sexaginta[2] acris, adhuc essartandis, in ejusdem villæ riffletis a prædictis monachis.

Et pro hac abjuratione, et quieta clamantia, dederunt mihi prædicti monachi quadraginta acras de riffletis suis in prædicta villa, ad perticam Regis.

His testibus, et cæteris.

CCCCXLVII.

Carta de le Falthe.

Obligation by Hugh of London and others not to trouble Ramsey Abbey concerning the marsh of Falche.

Omnibus hoc scriptum visuris vel audituris, Hugo de Londonia, Willelmus filius Achillis, Johannes le Eeyr, Robertus Craukesnefe, Hugo de Bridelingd[one], Johannes filius Walteri, Thomas de Stiltone, et eorum participes, salutem.

Noverit universitas vestra, quod promittimus, pro nobis et heredibus nostris, et per has literas protestamur, quod de cætero non vexabimus Abbatem et conventum Rameseiæ, vel

---

[1] Sic in MS.

[2] These are the sixty acres of assart land in Hirstingston Hundred granted to Ramsey Abbey by charter of King John, dated August 23, 1207 (*see* p. 64). Consequently this charter of Oliver le Moigne may be assigned to about the same period.

successores eorum super marisco suo de Falche, vel super fossato facto inter ipsum mariscum et mariscum domini Abbatis de Thorneye; nec breve domini Regis, nec aliud, unde idem Abbas de Rameseia vel successores ejus vexari possint, super his perquiremus.

Et si forte aliquis alius dictum Abbatem de Rameseia, vel successores ejus, super prædicto marisco et fossato vexare præsumpserit, nos ad defendendum ipsum Abbatem et successores suos, cum domino nostro Abbate de Thorneye, diligens consilium et auxilium fideliter apponemus.

In cujus rei testimonium has literas fieri fecimus, quibus signa nostra apposuimus.

CCCCXLVIII.

Carta Odgeri de Waltone.

A.D. 1216–31. Release by Odger son of Michael of Walton to Ramsey Abbey of land at Walton and the advowson of Walton church. *Nota pro Waltone.*

Sciant præsentes et futuri, quod ego Odgerus, filius Michaelis de Waltone, remisi et quietum clamavi, de me et heredibus meis, imperpetuum, Deo, et ecclesiæ Sanctæ Mariæ, et Sancti Benedicti Rameseiæ, et Hugoni[1] ejusdem loci Abbati, et monachis ibidem Deo servientibus, et eorum successoribus, totum jus et clamium, quod habui, vel habere potui, in toto tenemento de Waltone, cum omnibus pertinentiis suis, et cum patronatu et advocatione ecclesiæ. Quod tenementum Michael pater meus ibidem tenuit, et in quod ego, jure hereditario, ei successi.

Scilicet homagium et servitium Roberti de Bevvile, de tenemento quod de me tenuit in eadem villa.

Et homagium et servitium Leonii avunculi mei.

Et homagium et servitium Willelmi de Beivvile de una acra terræ, et Flakemere, cum alneto adjacenti.

Et homagium et servitium Oliveri Monachi de una virgata terræ in eadem villa.

Et homagium et servitium Walteri de Bauvville de una crofta in eadem villa.

Et homagium et servitium Mirabilis, sororis meæ, de una virgata terræ in eadem villa.

Et homagium et servitium Aliciæ, quondam uxoris Michaelis fratris mei.

---

[1] Hugh Foliot, Abbot of Ramsey, 1216–1231. For other deeds relating to this manor see Vol. I., Nos. XCI. to XCVII., and Nos. CII. to CVII.

Et totum tenementum, quod Oliverus avunculus meus tenuit in eadem villa.

Et totum boscum, quem habui in dominico, inter Portwere et boscum monachorum de Sautre, et inter trencheam, quam Rogerus de Neovill' fecit in bosco de Waltone, et villam de Waltone.

Et dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis, quam Ricardus filius Herberti tenet in villenagio, una cum ipso Ricardo, et tota sequela sua, et catallis suis.

Et unam virgatam terræ, cum pertinentiis, quam Ricardus filius Rogeri tenuit in villenagio, una cum ipso Ricardo, et tota sequela sua, et catallis suis.

Et dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis, quam Willelmus filius Querend' tenuit in villenagio, una cum ipso Willelmo, et sequela sua, et catallis suis.

Et Sibrand' Cotarium, cum cotagio suo, et sequela sua, et catallis suis.

Quare volo, quod prædicti Abbas et conventus Rameseiæ habeant omnia prædicta, cum omnibus pertinentiis suis, et cum advocatione ecclesiæ de Waltone; et teneant ea, sicut alia tenementa sua, de domino Rege in capite, libera et quieta et absoluta, de me et heredibus meis, imperpetuum.

Salva Aliciæ, quondam uxori Michaelis fratris mei, dote sua in vita ipsius.

Et salvis Roberto de Bauvull' annuis et consuetis servitiis liberorum hominum et nativorum prædictorum, quæ concessi ei, tenere ad firmam, a Natali Domini secundo post translationem Beati Thomæ Martyris, usque ad exitum quindecim annorum, pro una marca argenti, quam mihi interim annis singulis inde reddere debuit ad duos terminos, scilicet ad Pascha dimidiam marcam, et ad festum Sancti Benedicti dimidiam marcam, quam marcam dedi et concessi prædictis Abbati et conventui Rameseiæ, de prædicto Roberto singulis annis ad prædictos terminos percipiendam, nomine dominii.

Finitis autem prædictis quindecim annis, omnia prædicta redibunt ad dominicum prædictæ ecclesiæ de Rameseia, et Abbatis et conventus ibidem, libera et quieta et absoluta de prædicto Roberto de Beivvill', et omnibus heredibus et successoribus suis, imperpetuum.

Et pro hac remissione et quieta clamantia, prædicti Abbas et conventus receperunt Andream fratrem meum in servitium

ecclesiæ suæ, ad exhibendum et sustentandum, quamdiu fideliter servierit, et mihi dederunt [ ][1] marcas argenti.

His testibus, domino Willelmo de Wichentone, et cæteris.

CCCCXLIX.

Carta Odgeri de Waltone Roberto Beyville.

c.iiii^{xx}. xvii. Of the same.

Sciant præsentes et futuri, quod ego, Odgerus filius Michaelis de Waltone, dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi, Roberto de Beyville, pro homagio et servitio suo, totum feodum, et servitium omnium liberorum et nativorum meorum, cum catallis eorundem, quem habui in villa de Waltone, cum advocatione ecclesiæ ejusdem villæ; et totum boscum meum, de bosco dominæ Aliciæ usque ad boscum monachorum de Sautre in latitudine, et de magna trenchea usque ad campum de Waltone in longitudine, cum tota planitie inter le Rodeweye et villam; et totum mariscum meum, in longitudine a Goshac' usque ad Ubmerecote in latitudine, a Ubmerecote usque ad Hokislode, et a Hokislode usque ad Monkelode, et a Monkelode usque ad Redwelle, et a Redwelle usque ad Waltonemare; et totam terram quam habui in villa et extra; cum omnibus pertinentiis et libertatibus et aysiamentis ad me in eadem villa spectantibus, sine aliquo retenemento. *Nota.* *Walton.*

Habendum et tenendum eidem Roberto, et heredibus suis, vel ubi voluerit dare vel assignare, de me et heredibus meis, in feodum et hereditate, libere et quiete, et sine omni exactione.

Reddendo inde mihi annuatim, et heredibus meis, dimidiam marcam argenti, ad festum Sancti Michaelis, pro omni servitio et demando, salvo regali servitio.

Et ego Ogerus, et heredes mei, contra omnes gentes warantizabimus et defendemus.

In cujus rei testimonium huic cartæ sigillum meum apposui.

His testibus, Roberto de Wassingle, et aliis.

---

[1] Blank in MS.

CCCCL.

Carta Comitis Cornubiæ.

A.D. 1217–1272. Release by Richard, Earl of Cornwall, of the fishery of Ubbemere and Berchmere, and certain messuages there, to Ramsey Abbey.

Omnibus[1] Christi fidelibus, præsens[2] scriptum inspecturis vel audituris, Ricardus,[3] Comes Cornubiæ, salutem.

Noverit universitas vestra, nos concessisse et quietum clamasse, pro nobis et heredibus[4] nostris, Deo, et Sanctæ Mariæ, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ,[5] et Abbati et monachis ibidem Deo servientibus, totum jus[6] et clameum,[7] quod habuimus, vel habere potuimus, in piscariis[8] de Ubbemere[9] et de Berchmere, cum omnibus pertinentiis suis, et in tribus mesuagiis piscatorum suorum super Withelesmere,[10] cum pratis et fossatis dicta mesuagia circumcingentibus, cum omnibus aliis pertinentiis suis.

Tenendum et habendum eisdem[11] Abbati et monachis libere, quiete, bene,[12] pacifice, et integre, imperpetuum.

Reddendo annuatim nobis et heredibus nostris quadraginta solidos sterlingorum tantum,[13] ad manerium de Glattone, ad duos anni terminos, videlicet ad Pascha viginti solidos, et ad festum Sancti Michaelis viginti solidos, pro omnibus servitiis, consuetudinibus, releviis, auxiliis, sectis curiarum, et demandis, atque omnibus aliis exactionibus sæcularibus.

Et ut ista[14] nostra concessio, et quieta clamatio, et præsentis[15] scripti nostri confirmatio, robur firmitatis obtineat imperpetuum, præsenti scripto sigillum nostrum apponi fecimus.

---

[1] Also in Cott. Vesp. A. XVIII., f. 123. b.

[2] *præsens . . . audituris*] et cætera, Cartul.

[3] Either Richard Fitz Count, who became fifth Earl of Cornwall in 1217, and so remained until 1220; or Richard Plantagenet, sixth Earl, from 1225 till his death on April 2, 1272; but most probably the latter.

[4] *heredibus*] heridibus, Cott.

[5] *Rameseiæ*] Ramesie, Cott.

[6] *jus*] omit, Cott.

[7] *clameum*] clamium, Cott.

[8] *piscariis*] piscariis suis, Cott.

[9] *Ubbemere et de Berchmere*] Hubbemar' et Hirbemar', Cott.

[10] *Withelesmere*] Witlismare, Cott.

[11] *eisdem*] eidem, Cott.

[12] *bene*] supplied from Cott.

[13] *tantum*] supplied from Cott.

[14] *ista*] omit, Cott.

[15] *præsentis*] præscnti, Cartul.

His testibus, Willelmo le Moigne,[1] Simone[2] de Copmanforde, Waltero de Wassingle, et Waltero Camberlanno,[3] Militibus;[4] Roberto de Esthale,[5] Canonico Lincolniæ; Radulpho de Brenham, Johanne de Claris Vallibus, et aliis.

CCCCLI.

Inter Johannem Grey et Abbatem Rameseiæ.

A.D. 1249–1250. Release by John de Grey and Reginald his son to Ramsey Abbey of certain claims in St. Ives and Hemingford.

Anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, tricesimo quarto, facta est hæc conventio inter dominum Johannem de Grey, et Reginaldum filium ejus, ex una parte, [et] dominum Ranulphum Abbatem, et conventum Rameseiæ, ex altera parte.

Videlicet quod prædictus dominus Johannes et Reginaldus remiserunt, et quietas clamaverunt, pro se et heredibus suis, de se et heredibus suis, imperpetuum, omnes exactiones et demandas, quas habuerunt, vel habere potuerunt, versus dictos Abbatem et conventum, de demanda cujusdam paris caligarum de scarleto, pipere, cimino, et de communa in bosco et subbosco Sancti Ivonis, et de grosso et minuto. Et de anguillis, occasione calceti de Sancto Ivone, ratione tenementi quod habuerunt de domina Emma de la Leye, et domina Alicia de Turbelville, in villa de Hemmingforde, ita quod dictum calcetum sustineatur et manuteneatur, sicut solet et debet, in overturis et archris, cæterisque necessariis.

Pro qua vero remissione et quieta clamatione dicti Abbas et conventus, licet nihil de prædictis, præter anguillas, se debere

---

[1] *Moigne*] Moyne, Cott. This is undoubtedly the William le Moyne of Offord, a bailiff mentioned in the inquisition concerning the metes and bounds between the counties of Hunts, Northampton and Cambridge made January 7, 1244. *See* Vol. I., p. 193.

[2] *Simone*] Symone, Cott. This Simon de Copmanforde was one of the jurors on the same inquisition.

[3] *Camberlano*] Carbelano, Cott.

[4] *Militibus . . et aliis*] et aliis, Cartul.

[5] Most probably Robert de Esthall, or Eschall, who was Archdeacon of Worcester from 1256 to 1267; and also Prebendary of Ealdland in the diocese of London in 1262. Le Neve does not include any Robert de Esthale in his lists of Canons of Lincoln; but it must be remembered that, at least with regard to early times, his work cannot be, neither does it profess to be, exhaustive. The occurrence therefore, as here, of a hitherto unnoticed name of such early date is valuable.

recognovissent, pro pace tamen et bona voluntate habenda, reddent annuatim dicto domino Johanni, et Reginaldo, et heredibus eorum, duas marcas argenti, pro omni exactione et demanda sæculari ad dictos dominum Johannem, et Reginaldum, et heredes eorum, ratione dicti calceti, pertinente, videlicet, ad festum Annunciationis Beatæ Mariæ unam marcam, et ad festum Sancti Michaelis unam marcam.

f. c.iiii[xx]. xvii. b.

Et prædicti dominus Johannes, et Reginaldus, et heredes eorum, warantizabunt dictum calcetum, pro portione ejusdem calceti eos contingente, dicto domino Abbati et conventui de Rameseia, pro prædicto servitio, contra omnes homines et feminas, imperpetuum.

In cujus rei testimonium, dicti dominus Johannes et Reginaldus filius ejus, huic scripto, penes dictos Abbatem et conventum remanenti, et in modum cyrographi confecti, sigilla sua apposuerunt.

Et dicti dominus Abbas et conventus scripto, penes dictos dominum Johannem, et Reginaldum filium ejus, remanenti, vice versa, sigilla sua apposuerunt.

His testibus, Henrico de Colevile, tunc Vicecomite[1]; Willelmo de Chue, Willelmo de Bokesworthe, Waltero de Wassingle, Willelmo le Moigne, Ivone Quarel, Militibus; Johanne Mowyn; Johanne Chinee de Hemmingforde; Roberto de Coningtone; Johanne de Cotingtone; Simone de Stantone; Roberto Morel; Johanne Ballarde; et aliis.

CCCCLII.

Carta de Spaldinge, pro sale.

A.D. 1180–1218. Grant by Gilbert, son of Siwat, of three bushels of salt yearly to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Gilbertus[2] filius Siwat' dedi et concessi, et præsenti carta confirmavi, Deo, et ecclesiæ de Rameseia, et monachis ibidem Deo et Sancto Benedicto servientibus, in puram et perpetuam elemosinam, tres modios salis, quolibet anno reddendos, ad festum Sancti Michaelis.

Hos prædictos tres modios salis ad prædictum terminum ego et heredes mei persolvemus imperpetuum.

His testibus, Gadardo Capellano, et aliis.

---

[1] Sheriff of Cambridgeshire and Huntingdonshire.

[2] As the following charter, No. CCCCLIII., made by Josceline, son of Gilbert, may be attributed to the years 1216–18, this charter, of the preceding generation, was probably made not more than thirty years earlier, and may be approximately dated 1180–1218.

CCCCLIII.

Alia carta, de sale.

A.D. 1216-1218. Confirmation of the same by Joceline, son of Gilbert.

Omnibus Christi fidelibus et cætera, Joselinus filius Gilberti de Spaldinge, salutem.

Noveritis me donationem, quam fecit Gilbertus, pater meus, monachis de Rameseia, de tribus modiis salis, eis annuatim reddendis [1] ad festum Sancti Michaelis, ratam et gratam habere, et eam coram viris venerabilibus, domino Priore, et Archidiacono, et Decano de Huntingdonia, judicibus super petitione salis prædicti, a domino Gual[one] [2] Legato deputatis, per

---

[1] *reddendis*] reddens, MS.

[2] Guala Bicchieri, Canon of the Church of San Eusebio in Vercelli, Cardinal Deacon of Santa Maria in Portico, in 1205, and Cardinal Priest of San Martino probably in 1211. His name has been variously and incorrectly written Gala, Galas, Gales, Galla, Galien (in the Chroniques de St. Denis), Galo, Gaula, Guallo, Gualo, Gula, Gwallo, Qualo, Wala, Walo, Walus. He has been confounded with Cardinal Guala de Bondoni, who was Bishop of Vercelli 1170 to 1184 (Ughelli, Italia Sacra, X., 783); and even with Galo or Walo, Bishop of Paris, 1104 to 1116 (Cardella, Mem. de' Cardinali, I., pt. 2, p. 202). His life (Gualæ Bicherii Presbyteri Cardinalis S. Martini in Montibus Vita, et Gesta collecta a Philadelfo Libico. Mediolani, 1767, 4to) has been written, chiefly from original documents at Vercelli, by the Abbate Guiseppe Frova, Canon of St. Andrew of Vercelli (a house of Lateran Canons, founded by Guala), and Historiographer of his Congregation.

After the Fourth Lateran General Council, held in Nov., 1215, Pope Innocent III. sent Cardinal Guala to England as his Legate, to aid King John against Prince Louis of France. He found Philip Augustus, with his son Louis and all his court, at Melun, on 25 April 1216, and after defending the rights of King John in a sitting of the court of peers held next day, obtained a safe conduct and went to England (Sismondi, Histoire des Français, VI., 455). The Continuator of Florence of Worcester says that he arrived in England on the 20th of May, 1216, "Galo "Presbyter Cardinalis, tituli Sancti "Martini, in Angliam venit XIII. "kal. Junii" (Flor. Wigorn., ed. Thorpe, II., 172). According to the Winchester Annals he came to Winchester with King John, 28 May 1216, "In vigilia Pentecostes venit "Johannes Wyntoniam et Galas "Legatus" (Annales Monastici, ed. Luard, II., 82).

Pope Honorius III., by a letter dated on the second Ides of September, in the third year of his Pontificate, 12 Sept. 1218, gave Guala permission to return to Italy, and appointed Pandulph, Bishop Elect of Norwich, to succeed

præsentem cartam, me et heredes meos obligando, imperpetuum confirmasse.

His testibus, Thoma de Thurleby, Capellano, et aliis.

CCCCLIV.

Item de sale.

A.D. 1216–1250. Confirmation of the same by Simon, son of Joceus of Peckbridge.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Simon[1] filius Jocei de Pekbrigge concessi, et confirmavi donationem, quam fecit Gilbertus, filius Siwate, avus meus, Deo, et Sancto Benedicto, et Abbati et conventui Rameseiæ, de tribus modiis salis, eisdem annuatim reddendis ad festum Sancti Michaelis, sicut carta Jocei patris mei, qua dictis Abbati et conventui prædictam donationem confirmavit, testatur.

Ego vero Simon, inspectis Sacrosanctis, juravi, quod prænominatos tres modios salis, ad præfatum terminum, integre et sine aliqua cavillatione, prædictis monachis persolvam.

His testibus, domino Willelmo de Sancto Georgio, et aliis.

CCCCLV.

Carta Gervasii de Berneche.

A.D. 1185. Grant by Gervase de

Notum sit tam posteris quam modernis, quod ego Gervasius de Berneche, filius R', et heredes mei, dedimus et concessi-

---

him in his legation (Frova, p. 99.) Guala was at Reading on the 18th Nov. 1218, when he appointed Adam de Wisebech perpetual vicar of the church of Chesterton in Cambridgeshire (Frova, p. 104), which Henry III., had given Guala by letters patent dated Nov. 8, 1218 (Frova, p. 100). According to Matthew Paris, Guala left England about 30 Nov., 1218, "Gualo "recessit ab Anglia, tendens "Romam, circa festum Sancti An- "dreæ" (Chronica Majora, ed. Luard, III., 42). According to the Annals of Waverley he left about 23 Nov., "Gualo legatus ab Anglia "recessit circa festum Sancti "Clementis" (Annales Monastici, ed. Luard, II. 291). The Continuator of Florence of Worcester says that Guala left England on 20th Nov., "Galo recessit ab Anglia, XII. kal. "Decemb." (Flor. Wigorn., II. 172). Guala was at Vercelli 30 Jan. 1219 (Frova, p. 109), when he took part in an exchange made with the altar of St. Mary Magdalene; and on 20 Feb. 1219 (Frova, p. 110), when he laid the foundation stones of the new church and abbey of St. Andrew, to which by his will, dated at Rome 29 May, 1227, two days before his death, he left all his property, including his valuable library.

[1] This charter, made by Simon, son of Josceline, son of Gilbert, was probably made not more than thirty years later than the preceding, and may therefore be approximately dated 1216–1250.

mus, et hac carta nostra confirmavimus, monachis habitantibus infra ecclesiam Dei, et Sancti Benedicti de Rameseia, illam particulam terræ, quæ fuit Vitalis, continentem in se quadraginta percatas, scilicet in latitudine, et longitudine apud Zephirum, in quarrario nostro de Berneche, juxta terram Gilberti filii Hugonis, in perpetuam elemosinam, pro animabus patris et matris meæ, et pro animabus omnium benefactorum nostrorum. Berneche, of land at Berneche to Ramsey Abbey.

Tenendam libere et quiete ab omni servitio usque imperpetuum, sicut aliqua elemosina, ab aliquo data, poterit liberius dari et teneri.

Sciendum est etiam, quod terram supradictam obtulimus in perpetuam elemosinam super altare Dei, et Sancti Benedicti de Rameseia, anno millesimo centesimo octogesimo quinto ab Incarnatione Domini Jhesu Christi, Henrico Rege Secundo regnante.

His testibus, Willelmo filio R. de Westune, Reginaldo fratre suo, Willelmo filio Adæ, et aliis.

CCCCLVI.

Carta Ricardi filii Cathelincæ de Walcote.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Ricardus filius Cathelinæ de Walcote dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Deo, et ecclesiæ Beatæ Mariæ, et Sancti Benedicti de Rameseia, et domino Willelmo [1] Abbati, et ejusdem loci conventui, unam foreram terræ meæ, cum vestura, jacentem pro una roda terræ in campo de Walcote, et jacet juxta culturam, quæ vocatur Duffuswonge, ex parte occidentali, et terram Ricardi le Cavelere ex parte orientali, et extendit se a via regia, quæ ducit versus Stanforde, usque ad mesuagium Willelmi de Craneforde, cum omnibus pertinentiis suis, et aysiamentis suis. A.D. 1267-85. Grant by Richard, son of Cathelina of Walcote of land in Walcote, to Ramsey Abbey.

Tenendam et habendam ad fodiendum, et inde quareram pro suis beneplacitis faciendam, prædictis Abbati, et ejusdem loci conventui, vel quibuscumque eorum assignatis, libere, quiete, bene, integre, et pacifice, in puram, liberam, et perpetuam elemosinam, sine aliquo retenemento, seu impedimento, mei vel heredum meorum, imperpetuum.

Et ego, prædictus Ricardus, et heredes mei, totam prædictam foreram, cum omnibus pertinentiis suis, et aisiamentis

[1] Most probably William de Gomecestre, Abbot from 1267 to 1285.

f. c.iiii^{xx}. xviii.

suis, prædictis Abbati et conventui de Rameseya warantizabimus, acquietabimus, et tanquam puram, liberam, et perpetuam elemosinam nostram, contra omnes mortales defendemus imperpetuum.

Et pro hac donatione, concessione, præsentis cartæ confirmatione, warantizatione, acquietatione, et defensione, frater Radulphus de Olneya,[1] tunc temporis Custos operum Rameseiæ, dedit mihi quinque marcas sterlingorum, nomine prædictorum Abbatis et conventus.

In cujus rei testimonium præsenti cartæ meæ, pro me et heredibus meis, sigillum meum apposui.

His testibus, Johanne filio Hugonis Fanicel' de Walcote, Thoma filio Roberti de Suthorpe, et aliis.

CCCCLVII.

Carta Nicholai de Stivecle.

A.D. 1228-1231. Release by Nicholas of Stukeley to Ramsey Abbey of all claim in the manor of Stukeley.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Nicholaus de Stivecle, filius Aristotilis, quietum clamavi, pro me et heredibus meis, de me et heredibus meis, Hugoni[2], Abbati Rameseiæ, et omnibus successoribus suis, et ecclesiæ Rameseiæ, imperpetuum, totum jus et clameum, quod habui, vel habere potui, in manerio de Stivecle, cum pertinentiis; unde aliquando[3] placitum fuit inter ipsum Abbatem et me in curia domini Regis per breve de morte antecessoris.[4]

Et pro hac quieta clamantia, de me et heredibus meis, dedit mihi dictus Abbas triginta marcas argenti.

Præterea ego, Nicholaus de Stivecle, totum jus et clamium, quod habui, vel habere potui, in villa de Giddinges, cum pertinentiis, quietum clamavi, pro me et heredibus meis, de me

---

[1] There is good reason to believe that Ralph de Olney lived in the thirteenth century, and that he held office in the time of Abbot William de Gomecestre. For this information the Editors are indebted to the Rev. W. D. Macray.

[2] Abbot Hugh Foliot.

[3] *aliquando*] *aliquando* is written in the margin as a gloss.

[4] *antecessoris*] antecessorum, MS. The Fine here referred to will be found on page 351, No.CCCCLXX. Its date, Easter, 12 Henry III. (1228), proves that Hugh Foliot was the grantee named in the charter now under consideration, the date of which is thereby brought within a very narrow compass, viz. between 1228, the date of the Fine, and 1231, the date of Foliot's death.

et heredibus meis, dicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ Rameseiæ, imperpetuum.

In hujus autem quietæ clamantiæ testimonium, tam manerii de Stivecle, cum pertinentiis, quam manerii de Giddinge, cum pertinentiis, ego, Nicholaus de Stivecle, huic scripto sigillum meum apposui.

His testibus, domino Gaufrido de Hetfelde, et cæteris.

CCCCLVIII.

Carta Radulphi de Tyville, de Gravehirst.

A.D. 1266–1269. Grant by Ralph of Tyville, of the manor of Gravehirst, to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego, Radulphus de Tyville, dedi, concessi, quietum clamavi, et hac præsenti carta mea, pro me et heredibus meis, confirmavi Deo, et ecclesiæ Beatæ Mariæ et Sancti Benedicti Rameseiæ, Abbati et conventui ejusdem loci, totum manerium meum de Gravehirst, cum mesuagio, edificiis, terris, boscis, pratis, pascuis, piscariis, molendino cum sequela sua, homagiis, releviis, redditibus, et servitiis liberorum; catallis, servitiis, sequela, et consuetudinibus villanorum; et cum omnibus aliis commoditatibus, et aysiamentis, eidem manerio pertinentibus, in villis[1] de Suthlingtone, Gravenhirst, Pekesdene, et Meperteshale, cum omnibus pertinentiis suis.

Habendum et tenendum dictis Abbati et conventui, et ecclesiæ de Rameseia, in liberam et perpetuam elemosinam.

Faciendo dominis feodorum, nomine meo, et heredum meorum, servitia inde debita et consueta.

Et mihi, et heredibus meis, unum denarium ad Pascha, pro omnibus servitiis, releviis, exactionibus, consuetudinibus, et demandis universis.

Et ego prædictus Radulphus et heredes mei totum prædictum manerium, cum suis pertinentiis, et aysiamentis, in prædictis villis et locis, aliquo tempore ad me et heredes meos pertinentibus, vel pertinere valentibus, prædictis Abbati et conventui, et ecclesiæ Rameseiæ, contra omnes mortales warantizabimus, acquietabimus, et tanquam perpetuam elemosinam nostram defendemus, imperpetuum.

Et pro hac donatione, concessione, quieta clamantia, et præsentis cartæ meæ, pro me et heredibus meis, confirma-

[1] *villis*] originally written villa, but dots of subpunction are placed under the last letter.

tione et warantizatione, prædicti Abbas et conventus dederunt mihi ducentas et quinquaginta marcas argenti, præ manibus.

In cujus rei testimonium præsenti cartæ meæ, pro me et heredibus meis, sigillum meum apposui.

His[1] testibus, Bartholomæo le Juvene,[2] tunc Vicecomite de Bedefordia.

CCCCLIX.

Quieta clamantia quinque marcatarum, fratribus de Armestone solvendarum.

A.D. 1285. October 16. Grant by Hugh, Master of St. John's Hospital, Armeston, to Ramsey Abbey, of a yearly rent of five marks in Crowthorp and Barnwell.

Omnibus Christi fidelibus, hoc præsens scriptum visuris vel audituris, frater Hugo, Magister Hospitalis Sancti Johannis Baptistæ de Armestone, et ejusdem loci confratres, salutem in Domino.

Noveritis nos, ex communi consilio et assensu, concessisse, remisisse, et omnino quietum clamasse, pro nobis et successoribus nostris, Willelmo,[3] Abbati Rameseiæ, et ejusdem loci conventui, et successoribus suis, totum jus et clameum, quod unquam habuimus, vel aliquo modo habere potuimus, in quinque marcatis annui redditus, cum pertinentiis, in Crowethorpe et Bernewelle, quem quidem redditum idem Abbas et successores sui habent de molendinis aquaticis de Crowethorpe, ex dono Berengeri le Moygne.

Ita, quod nec nos, nec successores nostri, nec aliquis per nos, seu nomine nostro, in prædictis quinque marcatis annui redditus cum pertinentiis, ut prædictum est, aliquod jus vel clameum decætero exigere, habere, seu vendicare poterimus imperpetuum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum nostrum commune apposuimus.

His testibus, dominis Willelmo de Tyndale, et aliis.

Data apud Norhamptone, coram justiciariis domini Regis ibidem itinerantibus, die Martis proxima post festum Sancti Edwardi Regis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, decimo tertio.[4]

---

[1] *His testibus*] Sic in MS.

[2] Bartholomew de Jovene was Under-sheriff of Buckinghamshire and Bedfordshire from 51 to 54 Henry III. (A.D. 1266–1269), Prince Edward, the King's eldest son being sheriff.

[3] Abbot William de Gomecestre.

[4] The following entry relating to this charter is taken from the

CCCCLX.

Carta Berengarii le Moygne, de Bernewelle.

f. c. iiii[xx] xviii. b. A.D. 1275–1278. Grant by Berenger le Moygne of the manors of Barnwell, Hemington, and Crowthorp to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Berengarius le Moygne, miles, de comitatu Northamptoniæ, dedi, concessi, remisi, quietum clamavi, et hac præsenti carta mea confirmavi, pro me et heredibus meis, Deo, et Beatæ Mariæ, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, et domino Willelmo de Gomecestre, Dei gratia Abbati, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, et pro salute animæ meæ, et animarum Reginaldi patris mei, Roysiæ matris meæ, et omnium antecessorum et successorum meorum, totum manerium meum de Bernewelle, Hemmingtone, et Crowethorpe, cum advocatione ecclesiæ Sancti Andreæ de Bernewelle.

Et etiam totum feodum, quod habui, vel habere potui, in Littelethorpe.

Quidem quæ maneria et tenementa tenui de feodo dictorum Abbatis et conventus.

Una cum homagiis et servitiis, tam liberorum quam villanorum, et quicquid de eisdem omnibus mihi, vel heredibus meis, aliquo modo vel casu, in posterum posset accidere vel accrescere, videlicet, homagium et servitium Rogeri de Beaumys, Willelmi filii Roberti le Moygne, Willelmi de Tindale, et Benignæ uxoris ejus, Willelmi filii Thomæ le Moygne, Rogeri le Cu, Johannis Marescalli, Johannis filii Willelmi le Moigne, Theobaldi Wolg', Willelmi de Hottot, Willelmi filii Jordani, Walteri le Provost de Cloptone, Roberti de Radeburne, Willelmi de Mateshale, Ricardi de

---

Assize Roll, 13 Edw. I., M.4.18/1; m. 12. "Frater Hugo, Magister "Hospitalis Sancti Johannis Bap- "tistæ de Arnestone, et ejusdem "loci confratres cognoscunt, quod "commisissent, et quietum cla- "mavissent, pro ipsis et succes- "soribus, Willelmo Abbati de "Reymes', et ejusdem loci con- "ventui, et successoribus suis, "totum jus et clameum, quod un- "quam habuerunt, vel aliquo "modo habere potuerunt, in quin- "que marcatis annui redditus, "cum pertinentiis, in Crouthorpe, "Bernewelle, quem quidem red- "ditum idem Abbas et successores "sui habent de molendino aquatico" [*molendinis aquaticis*, in charter], "de Crouthorpe, ex dono Berengeri "le Moyne.

"Ita quod nec ipsi, nec aliquis "per ipsos, in prædictis quinque "marcatis redditus, cum perti- "nentiis, aliquod jus vel clameum "decætero habere poterunt inper- "petuum, et cætera."

Hemingtone, et heredis[1] Roberti Beaumys, et omnium heredum supradictorum.

Tenendum et habendum dictis ecclesiæ, Abbati et conventui, et eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, cum homagiis, redditibus, servitiis, wardis, releviis, escaetis, edificiis, muris, fossatis, quibuscunque modis constructis et levatis, terris cultis et incultis, pratis, pascuis, pasturis, gardinis, vineis, vivariis, stagnis, molendinis, haiis, viis, semitis, virgultis, et cum villanis, catallis, sequelis, et cum consuetudinibus eorum; et quicquid de eisdem villanis eschaetare poterit, una cum merchetis, gersumis, leyrwytes, herietis, finibus, terrarum operibus, et cum omnibus aysiamentis et commoditatibus, infra villam et extra, nominatis et non nominatis, ad prædicta maneria pertinentibus, sine aliquo retenemento.

Et ego, prædictus Berengarius, et heredes mei, warantizabimus, acquietabimus,[2] et defendemus prædicta maneria et tenementa, cum omnibus suis pertinentiis, sicut prædictum est, ecclesiæ, Abbati et conventui, et eorum successoribus, contra omnes gentes, tam Judæos quam Christianos, imperpetuum.

Pro hac autem concessione, donatione, defensione, quieta clamantia, præsentis cartæ meæ confirmatione, warantizatione, et acquietatione, dederunt mihi prædicti Abbas et conventus mille sexcentas sexaginta et sex libras, tresdecim solidos, et quatuor denarios sterlingorum, præ manibus.

Et, ut hæc mea donatio, concessio, remissio, quieta clamantia, præsentis cartæ meæ confirmatio, warantizatio, defensio, et acquietatio, firmæ et stabiles permaneant imperpetuum, præsenti cartæ meæ, pro me et heredibus meis, sigillum meum apposui.

His testibus, dominis Johanne Engayne; Willelmo le Moigne,[3] tunc Vicecomite Huntedoniæ; Galfrido le Moyne; et aliis.

---

[1] *heredis*] heredi, MS.

[2] *acquietabimus*] interlined in MS.

[3] William le Moigne was sheriff in 4, 5 and 6 Edw. I. (A.D. 1275–8).

CCCCLXI.

Conventio inter Abbates Rameseiæ et Burgo.

A.D. 1279. Sept. 29—October 6. Agreement between the Abbots of Ramsey and Peterborough.

Noverint[1] universi, quod cum placita et contentiones essent motæ,[2] in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in octabis Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi septimo, inter Abbatem de Burgo Sancti Petri, ex[3] parte una, et Abbatem de Rameseia[4] ex parte[5] altera, concordatum et pacificatum est inter eos in hac forma subscripta.

Videlicet, quod dictus Abbas Rameseiæ[6] concessit, pro se, et ecclesia sua, quod homines sui de Bernewelle, Hemmingtone,[7] Crowethorpe,[8] et Parva Thorpe,[9] venient coram ballivis prædicti Abbatis de Burgo, ad visum franci plegii, bis in anno, modo debito, et[10] sicut facere consueverunt, tempore quo prædictæ villæ fuerunt in manus Berengarii[11] le Moygne[12] et antecessorum suorum, per rationabilem et consuetam summonitionem ballivi prædicti.

Et ballivus dicti Abbatis Rameseiæ[6] sedebit cum ballivo dicti Abbatis de Burgo ad visus prædictos, si voluerit, ad recipiendas extractas medietatis omnium amerciamentorum seu finium, aut quorumcunque proficuum, de villanis ipsius Abbatis Rameseiæ[6] quibuscumque de causis in prædictis villis emergentium, quæ ad visum franci plegii pertinent.

---

[1] Also in the *Registrum Cartarum Abbatiæ de Burgo Sancti Petri* in the possession of the Society of Antiquaries of London, No. XXXVIII., f. 121 b., with this rubric title, *Compositio inter nos et Abbatem de Rameseia, de libertatibus de Bernewelle.* And in Cott. Vesp. E. XXII., f. 23 b, with the title *Cyrographum inter Ricardum de London', Abbatem de Burgo, et Abbatem de Rameseye.* This MS. from folio 1 to 45 is entitled *Registrum Willelmi Abbatis de Burgo,* and at f. 45 this title occurs, *Incipit Registrum domini Godefridi Abbatis. Anno ejusdem primo.*

[2] The word *inter* occurs incorrectly after *motæ* in Antiq.

[3] *ex una parte*] omit, Cartul.

[4] *Rameseia*] Rameseye, Cott.

[5] *parte*] omit, Cartul., and Cott.

[6] *Rameseiæ*] de Rameseia, Antiq. ; de Rameseye, Cott.

[7] *Hemmingtone*] Hemmigtone, Antiq.; Hemmyngtone, Cott.

[8] *Crowethorpe*] Crowethorp, Cartul.

[9] *Thorpe*] Thorp, Cartul.

[10] *et*] omit, Cartul.

[11] *Berengarii*] Berengeri, Cott.

[12] *Moygne*] Moyne, Antiq. and Cott.

f. c. iiii^{xx}. xix.

Salvis Abbati de Burgo redditibus, et rebus ab antiquo arentatis.[1]

Quæ medietas ipsi[2] Abbati de Rameseia,[3] et successoribus suis, remanebit imperpetuum.

Et altera medietas prædicto Abbati de Burgo, et[4] successoribus suis imperpetuum.

Nec habebit ballivus prædicti Abbatis de Rameseia[3] aliam jurisdictionem,[5] quam ad recipiendas et levandas prædictas extractas medietatis prædictæ, nec propter ejus absentiam omittetur, quominus ballivus prædicti Abbatis de Burgo faciat officium suum.

Et salva sint[6] integre eidem Abbati de Burgo amerciamenta, fines, et proficua, provenientia de liberis hominibus ipsius Abbatis Rameseiæ[7] ad visus prædictos.

Et similiter integre de villanis ipsius Abbatis Rameseiæ[7] de forinsecis transgressionibus, quæ ad visum franci plegii pertinent.

Amerciabuntur etiam[8] villani prædicti Abbatis de Rameseia[3] per pares[9] suos proximiores prædictarum et vicinarum villarum.

Habebit etiam prædictus Abbas de Burgo, et successores sui, regalitatem suam integram in prædictis villis, cum redditibus et rebus arentatis, ita plene sicut ipse et prædecessores sui habere consueverunt temporibus prædicti Berengeri et antecessorum suorum, salvis Abbati de Rameseia[3] concessionibus prædictis.

Concessit etiam idem Abbas de Rameseia,[3] pro se et successoribus suis, quod mercatum levatum apud Bernewelle, cum pillorio[10] et tumberello, prosternatur imperpetuum.

Concessit etiam idem Abbas de Burgo, pro se et successoribus suis, et ecclesia sua de Burgo, quantum in ipsis est, quod prædictus Abbas Rameseiæ[7] levare[11] possit unum mercatum apud Aylingtone,[12] per diem Lunæ vel Martis, sine impedimento, vel contradictione, ipsius Abbatis de Burgo, et successorum suorum, imperpetuum.

---

[1] *arentatis*] arrentatis, Cartul.

[2] *ipsi*] ipsius, Cartul.

[3] *Rameseia*] Rameseye, Cott.

[4] *et successoribus suis*] interlined in Cott.

[5] *jurisdictionem*] juredictionem, Antiq.

[6] *sint integre*] integre sint, Antiq. and Cott.

[7] *Rameseiæ*] de Rameseia, Antiq.; de Rameseye, Cott.

[8] *etiam*] omit, Cartul.

[9] *pares*] pires, Antiq.

[10] *pillorio*] pyllor', Cott.

[11] *levare possit*] possit levare, Antiq.

[12] *Aylingtone*] Aylyngtone, Cott.

Et similiter, quod prædictus Abbas Rameseiæ[1] et homines sui habeant pacificam communam in quodam prato, quod vocatur Keleseye,[2] ita melius et liberius sicut prædictus Berengarius[3] et homines sui habere consueverunt.

In cujus rei testimonium huic scripto, in modum cyrographi confecto, sigilla Abbatum et conventuum de Burgo et Rameseia[4] alternatim sunt appensa.

CCCCLXII.

Carta Reginaldi Hotot, de duobus tenentibus in Bernewelle.

A.D.1267-85. Grant by Reginald Hotot to Ramsey Abbey of land in Barnwell.

Sciant præsentes et futuri, quod ego Reginaldus de Hottot dedi, concessi, et hac præsenti carta mea confirmavi Deo, et ecclesiæ Beatæ Mariæ, et Sancti Benedicti Rameseiæ, et Abbati Willelmo,[5] et ejusdem loci conventui, unam virgatam terræ, una cum corporibus, catallis, et sequela duorum tenentium illam terram in villenagio, in villa de Bernewelle, quæ fuit quondam Roberto de Melcheburne et Johanni filio Ranulphi de Cloppetone, cum omnibus pertinentiis suis, in mesuagiis, pratis, pascuis, pasturis, redditibus, et aliis commoditatibus, tam nominatis, quam non nominatis, ad dictam terram et duos tenentes pertinentibus.

Tenendam et habendam prædictis Abbati et conventui, et eorum successoribus, libere, quiete, bene, et in pace.

Et ego, dictus Reginaldus, et heredes mei, warantizabimus, acquietabimus,[6] et defendemus dictam terram, cum duobus tenentibus, prædictis Abbati et conventui, et eorum successoribus, contra omnes homines imperpetuum.

Pro hac autem warantizatione, acquietatione, et defensione, dederunt mihi dicti Abbas et conventus quadraginta marcas sterlingorum præ manibus.

In cujus rei testimonium præsens scriptum sigilli impressione roboravi.

His testibus, domino Galfrido le Moygne, et aliis.

---

[1] *Rameseiæ*] de Rameseia, Antiq.; de Rameseye, Cott.

[2] *Keleseye*] Keyleseye, Antiq.

[3] *Berengarius*] Berenger', Cott.

[4] *Rameseia*] Rameseye, Cott.

[5] Most probably William de Gomecestre, 1267–85, as the charter is witnessed by Geoffrey le Moygne who appears as a witness to a charter dated between 1275 and 1278. *See* No. CCCCLX., page 339.

[6] *acquietabimus*] interlined in MS.

CCCCLXIII.

Carta Willelmi Beaumeys, de Crowethorpe.

A.D. 1305. July 25. Grant by William Beaumeys to Ramsey Abbey of lands in Crowethorp.

Omnibus[1] Christi fidelibus, ad quos præsens scriptum pervenerit, Willelmus de Beumys,[2] de Islep[3] juxta Thrapstone, salutem in Domino sempiternam.

Noverit universitas vestra, me concessisse, remisisse, et omnino, pro me et heredibus meis, quietum clamasse, et hoc præsenti scripto meo confirmasse Abbati, et conventui Rammeseye, omnes terras et tenementa, redditus et possessiones, quas habui in villis de Crowethorp juxta Oundele et Bernewelle, cum omnibus pertinentiis suis, ut in mesuagiis, edificiis, terris, pratis, pascuis, pasturis, piscariis, cum quatuor molendinis ibidem existentibus; una cum mesuagio, quod Robertus atte Grene et Beatrix uxor sua tenent ad terminum vitæ prædictæ Beatricis, cum acciderit, quod habui ex successione hereditatis, vel quocumque modo vel titulo habere potui vel potero. Quæ terræ et tenementa Robertus filius Walteri de Sautre, et Johannes de Suttune[4] habuerunt in prædictis villis de Crowethorp[5] et Bernewelle, de dono meo.

Ita videlicet, quod nec ego, prædictus Willelmus de Beaumys,[6] nec heredes mei, nec aliquis per nos, seu nomine nostro, aliquid juris vel clamii in prædictis terris et tenementis decætero exigere vel vendicare poterimus imperpetuum.

In cujus rei testimonium præsenti scripto sigillum meum apposui.

f. c. iiii xx xix. b.

His testibus, domino Johanne Deuly, milite,[7] Johanne de Grendone de Pokebroke, Reginaldo le Moygne de Armestone, Johanne le Despenser de eadem, Willelmo Jordan de Bernewelle, Roberto Cosyn de eadem, et Willelmo le Moygne de eadem.

Data apud Bernewelle, die Sancti Jacobi Apostoli,[8] anno regni[9] Regis Edwardi, filii Regis Henrici, tricesimo tertio.

---

[1] Also in Cott. Vesp. A. XVIII., f. 132.

[2] *Beumys*] Beumeys, Cott.

[3] *Islep*] Islepe, Cott.

[4] *Suttune*] Suttone, Cott.

[5] *Crowethorp*] Crowethrop, Cott.

[6] *Beaumys*] Beumeys, Cott.

[7] The witnesses end here in Cartul.

[8] *Apostoli*] supplied from Cott.

[9] *regni*] omit, Cott.

CCCCLXIV.

Carta Roberti[1] *filii Walteri, et cætera, de Sautre, de Crowethorpe.*

A.D. 1305. May 3. Grant by Robert son of Walter Saltrey and another of a messuage, mills, and lands in Barnwell and Crowthorp to Ramsey Abbey.

Sciant præsentes et futuri, quod nos, Robertus filius Walteri de Sautre et Johannes de Suttone, dedimus, concessimus, et præsenti carta nostra confirmavimus, domino Johanni, Dei gratia Abbati Rameseiæ, et ejusdem loci conventui, unum mesuagium, tria molendina, et quadraginta acras terræ, cum pertinentiis, in Bernewelle et Crowethorp; quas terras et tenementa Willelmus de Beaumys de Islep, per cartam suam, nobis dedit et concessit in villis prædictis; una cum uno mesuagio, quod Robertus atte Grene et Beatrix uxor sua tenent ad terminum vitæ prædictæ Beatricis, cum acciderit.

Habendum et tenendum eisdem domino Abbati et conventui, et eorum successoribus, imperpetuum, de capitalibus dominis feodi illius, per servitia inde debita et consueta.

In cujus rei testimonium præsenti cartæ sigilla nostra apposuimus.

His testibus, domino Johanne de Oyli, Milite; Reginaldo le Moigne; Johanne de Miltone; Johanne de Grendone; et aliis.

Data apud Bernewelle, die Lunæ in festo Inventionis Sanctæ Crucis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, tricesimo tertio.

CCCCLXV.

Carta Berengarii le Moygne, de Niddingworthe.

A.D. 1267–1285. Grant by Berenger le Moygne to Ramsey Abbey of Niddingworth and Holywell and others.

Omnibus Christi fidelibus ad quos scriptum præsens pervenerit, dominus Berengarius, dictus le Moygne, Miles, salutem in Domino.

Noverit universitas vestra, me, de me et heredibus meis, dedisse, concessisse, quietum clamasse, et præsenti scripto confirmasse Deo, et Beatæ Mariæ, ac venerabili viro domino Willelmo de Gomecestre, miseratione divina Abbati Rameseiæ, ac ejusdem loci conventui, totum tenementum quod habui in villis de Nidingworthe et Haliwelle, et quod Roysia mater mea tenuit in prædictis villis, nomine dotis, post ejus de-

---

[1] *Roberti . . . . cætera*] Written on an erasure; the *et cætera* being also interlined.

cessum, et cum omnibus homagiis et servitiis Radulphi de Bereforde, Willelmi le Gentile, et omnium aliorum tenentium; hidam quondam Thesard' in Wodehirst, et Ricardi de Bevile tenentis unam hidam terræ in Waltone, Johannis de Beaumys, Thomæ de Wlrewok, et Radulphi Clerici in Rameseia; et quicquid mihi accidere posset de una dimidia hida terræ, quam Prior de Huntedonia tenet in Fendraytone.

Tenendum et habendum prædictis Abbati et conventui, ac eorum successoribus, in liberam, puram, et perpetuam elemosinam, cum omnibus pertinentiis, in mesuagiis, terris arabilibus, pratis, pascuis, pasturis, pomeriis, piscariis, stagnis, vivariis, mariscis, boscis, homagiis, eschaetis, redditibus, servitiis, wardis, releviis, et consuetudinibus, tam liberorum hominum quam villanorum, cum villanis villenagita[1] tenentibus, cum[2] catallis et sequelis eorumdem, et omnibus aliis commoditatibus, aysiamentis, et rebus tam nominatis quam non nominatis, quæ in prædictis villis, mihi vel heredibus meis, seu meis assignatis aliquo modo accidere poterunt, absque aliquo retenemento.

Et ego prædictus Berengarius et heredes mei, vel mei assignati, totum prædictum tenementum, cum omnibus suis pertinentiis, sicut prædictum est, prædictis Abbati et conventui, et eorum successoribus, de omnibus debitis, demandis, consuetudinibus, et omnibus aliis rebus, tam contra Judæos quam Christianos, warantizabimus, acquietabimus, et imperpetuum defendemus, pro quinquies centum libris sterlingorum, quas prædictus Abbas[3] mihi pacavit præ manibus.

In cujus rei testimonium præsens scriptum sigilli mei appositione roboravi.

His testibus, domino[4] Willelmo le Moygne, et aliis.

CCCCLXVI.

Quieta clamantia de Littlethorpe.

A.D. 1267–1285. Confirmation by

Omnibus Christi fidelibus, præsens scriptum visuris vel audituris, Johannes Engayne[5] miles, salutem in Domino.

[1] *villenagita*] Qu. villenagia?

[2] *tot'* occurs in the MS. after *cum*, but has been erased.

[3] The words *et con'* occur in the MS. after *Abbas*, but are marked with dots of subpunction.

[4] *domino*] dominis, MS.

[5] Sir John Engayne, Knt., was brother and heir of Henry Engayne who died in 56 Henry III. (1271–2). Henry was son and heir of Vital Engayne who died 33 Henry III. (1248–9), Sir John Engayne died 25 Edward I. (1296–7). (*See* Inquisitions post mortem 33 Henry III., No. 70; and 56 Henry III., No. 33; and 25 Edward I., No. 46.)

John Engayne of a grant of a tenement in Littlethorpe by Berenger le Moigne to Ramsey Abbey.

Noveritis me ratam et stabilem imperpetuum habuisse, pro me et heredibus meis, donationem et quietam clamationem totius tenementi, quod dominus Berengarius le Moigne de me tenuit in villa de Littlethorpe, de feodo Abbatis de Burgo, quod quidem tenementum idem [1] dominus Berengarius dedit venerabili viro, domino Willelmo,[2] Dei gratia Abbati de Rameseia, et ejusdem loci conventui, et eorum successoribus, in puram et perpetuam elemosinam.

Et ego prædictus Johannes, et heredes mei, omnia servitia ad prædictum tenementum pertinentia contra Abbatem de Burgo et omnes alios acquietabimus, et imperpetuum defendemus.

In cujus rei testimonium, ad notitiam tam futurorum quam præsentium, huic scripto sigillum meum apposui.

His testibus, dominis Willelmo le Moigne, et Johanne de Offorde, Militibus; Willelmo Engayne, Willelmo de Hotot, Roberto de Tychemers, Rogero de Beaumeys, Nicholao de Giddinge, W. Hildegar, W. filio Mauri, cum aliis.

CCCCLXVII.

Cirographum de Saltrea.

f. c. v[xx].

A.D. 1192. Fine between the Abbeys of Ramsey and Saltrey concerning the marsh between Whittlesea Mere and Ubb Mere.

Hæc [3] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Huntingdoniam, in octabis Assumptionis Sanctæ Mariæ, anno regni Regis Ricardi tertio, coram Gaufrido filio Petri, et Osberto filio Hervei et Willelmo Ruffo, et Michaele Belet, et Willelmo filio Ricardi, et Simone de Pateshille, justiciariis domini Regis, et aliis fidelibus domini Regis ibi tunc præsentibus, inter Abbatem de Rameseia per Walterum de Stivecle, Senescallum ejusdem Abbatis, positum in loco suo in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, et Abbatem de Saltreia et conventum utriusque loci per Rogerum Celerarium de Saltreia et fratrem Willelmum Monachum, positos in loco ejusdem Abbatis in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, de marisco inter Witlesmare et Ubbemare.

Unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis; scilicet, quod omnes ladæ, quas monachi de Saltreia fecerant in illo marisco, obstupabuntur, excepta illa magna lada, quæ vadit de Witlesmare versus Saltreiam, quæ remanebit aperta, per

---

[1] *idem*] iidem, MS.

[2] William de Gomecestre, Abbot of Ramsey, 1267 to 1285.

[3] A repetition of No. CI. *See* Vol. I. p. 166.

quam ipsi monachi de Saltreia adducent lapides et cætera necessaria ad constructionem monasterii sui et aliarum officinarum suarum.

Et monachi de Saltreia habebunt unam parvam casam tantum super ipsam ladam, in qua adductores lapidum quiescere possint, cum opus fuerit, et nullam aliam casam nec domum in marisco illo facient præter illam solam.

Nec arbores plantabunt; nec curtilagium, nec ladas, nec trencheias ulterius facient ibi, nec patientur, ut piscatores sui intrent in maras monachorum de Rameseia piscandi causa.

Pratum quoque, quod Willelmus Brito falcare solebat, quietum remanet Abbati et monachis de Rameseya.

Ita quod omni tempore, quo prata in defensione esse solent et debent, fratres Saltreiæ averia sua ab illo custodient, nec illud scienter depasci sinent.

Custodient etiam averia sua, ne damna facient in retibus piscatorum de Rameseia, quæ suspendi solent juxta maras de Ubbemare et de Witlesmare.

Et si damnum fecerint, fratres de Saltreia solvent damnum, sicut piscatores de Rameseia probare poterunt, per testes, et per juramentum.

CCCCLXVIII.

Cirographum Radulphi de Stivecle, de duabus virgatis terræ in Giddinge.

A.D. 1193–1194. Fine between Ramsey Abbey and Ralph de Stukeley concerning land in Gidding.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis Ricardi, anno quinto regni sui, apud Westmonasterium, coram W[altero][2] Rotomagensi[3] Archiepiscopo, Galfrido filio Petri, Ricardo[4] de Pecco, Othone[5] filio Willelmi, Simone de Pateshille,[6] Osberto[7]

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Ric. I., No. 1; and in Cott. Vesp. E. II. f. 50, with this rubric title, *Concordia inter Abbatem Rameseiæ et R[adulphum] de Stivecle.*

[2] Walter de Constantiis, or de Coutances, Archdeacon of Oxford, 1175, Bishop of Lincoln, 1183–85, translated to the Archbishopric of Rouen, 17 Nov. 1184; died 15 Nov. 1207. (Le Neve, Fasti, II. 9. 24; Gallia Christiana, XI., 51–59).

[3] *Rotomagensi*] Rothomagensi, Fine and Cott.

[4] *Ricardo . . . præsentibus*] et aliis justiciariis, et multis ibi præsentibus, Cartul.

[5] *Othone*] Otthone, Cott.

[6] *Pateshille*] Pateshulle, Cott.

[7] *Osberto filio Hervicii*] Oseberto filio Herevei, Cott.

filio Herevei, Hugone de Chaucumbe, et[1] Stephano de Sancto Jacobo, justiciariis domini Regis, et multis aliis ibidem præsentibus, inter Thurstanum[2] Priorem Rameseiæ,[3] positum loco Abbatis ad lucrandum vel perdendum, et Radulphum de Stivecle,[4] de duabus virgatis terræ in Gidding',[5] et sexdecim acris de essartis in Parva Stivecle.[4]

Unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis scilicet, quod prædictus Prior concessit prædicto Radulpho, et heredibus suis, totam prædictam[6] terram, tenendam jure hereditario de domo Rameseiæ,[3] pro septem solidos reddendo præfatis Abbati et monachis de Ramesia ad duos[7] terminos per annum, videlicet[8] ad Pascha tres solidos et sex denarios, et ad festum Sancti Michaelis tres solidos et sex denarios pro omni servitio quod ad Abbatem et monachos pertinet,[9] salvo forinseco servitio.

CCCCLXIX.

Cirographum de Bodesheye.

A.D. 1220. June 25. Fine between Ramsey Abbey and Theobald de Leyke concerning Bodesheye fishery.

Hæc[10] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in crastino Sancti Johannis Baptistæ, anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis quarto, coram Roberto de Veer,[11] Comite Oxoniæ, Martino de Pateshille,[12] Radulpho[13] Hareng',[14] Thoma de Heydon', justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ, querentem,[15] per Silvestrum de Witthon',[16] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Theobaldum

---

[1] *et*] supplied from Cott.

[2] *Thurstanum*] Turstanum, Fine and Cott.

[3] *Rameseiæ*] de Ramesia, Fine and Cott.

[4] *Stivecle*] Stiveclai, Fine.

[5] *Gidding'*] Gedding', Fine.

[6] *prædictam terram*]terram prædictam, Cott.

[7] *duos terminos . . . omni servitio*] Pascha, et festum Sancti Michaelis, per æquales portiones, pro omni servitio, Cartul.

[8] *videlicet*] supplied from Cott.

[9] *pertinet*] pertinent, Cartul.

[10] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Hen. III. No. 35; and in Cott. Vesp. E. II. f. 54. b, with this rubric title, *Concordia inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ, et Theobaldum de Lek'*.

[11] *Veer*] Veir, Fine; Vere, Cott.

[12] *Pateshille*] Pateshulle, Cott.

[13] *Radulpho . . Regis*] et aliis justiciariis domini Regis, Cartul.

[14] *Hareng'*] Harang', Cott.

[15] *querentem*] petentem, Cott.

[16] *Witthon'*] Wichton', Fine; Wychinton', Cott.

de Leyk',[1] impedientem, de decem acris prati, et una[2] piscaria, cum pertinentiis, in Bodesheye,[3] scilicet de toto heremitagio,[4] cum pertinentiis, quod vocatur Bodesheye.[3]

Unde idem Abbas questus fuit, quod prædictus Theobaldus vexavit[5] eum injuste, exigendo ab eo communam, tam in prato illo quam in piscaria,[6] contra tenorem cartæ, quam idem Abbas habet[7] de ipso Theobaldo.

Et unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Theobaldus recognovit et concessit totum prædictum pratum, et prædictam piscariam, cum pertinentiis, scilicet prædictum hermitagium, quod vocatur Bodesheye,[4] cum omnibus pertinentiis suis, esse jus ipsius Abbatis, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia.

Habendum et tenendum ipsi Abbati et ecclesiæ prædictæ in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni sæculari servitio et exactione. Ita quod nec idem[8] Theobaldus, nec aliquis heredum suorum, aliquid sibi vendicare possit in prædicto prato et prædicta piscaria cum pertinentiis, neque in servitio neque in communa. Et prædictus Theobaldus et heredes sui warantizabunt prædictum pratum, et prædictam piscariam, cum omnibus pertinentiis suis, scilicet,[9] totum prædictum hermitagium, quod vocatur Bodeseye,[10] cum omnibus pertinentiis suis, prædicto Abbati et ecclesiæ prædictæ contra omnes gentes ut liberam elemosinam suam.[11]

Et pro hac recognitione, concessione,[12] fine et concordia, idem Abbas dedit ipsi Theobaldo triginta marcas argenti, et unum equum, pretii quinque marcarum. f. c. v^xx. b.

Et præterea idem Abbas concessit ipsi Theobaldo unum mesuagium, cum pertinentiis, in villa de Rameseia, quod idem Theobaldus tenet, et unde contentio fuit inter eos.

Ita quod ipse Theobaldus et heredes sui teneant prædictum mesuagium, cum pertinentiis, de ipso Abbate et successoribus suis, simul cum alio tenemento, quod ipse prius tenuit de ipso Abbate in villa de Gillinge.

---

[1] *Leyk'*] Leke, Fine, and Cott.

[2] *una piscaria*] unam piscariam, Cartul.

[3] *Bodesheye*] Bodeseye, Fine.

[4] *heremitagio*] hermitagio, Fine.

[5] *vexavit*] vexat, Cott.

[6] *piscaria*] piscariam, Cartul.

[7] *habet*] omit, Cartul.

[8] *idem*] omit, Cott.

[9] *scilicet . . . pertinentiis suis*] omit, Cartul.

[10] *Bodeseye*] Bodesheye, Cott.

[11] *suam*] omit, Cartul.

[12] *concessione*] interlined in Cartul.

CCCCLXX.

Cirographum Nicholai de Stivecle, de terra de Stivecle.

A.D. 1211. March 26—April 9. Fine between Nicholas de Stukeley and Ramsey Abbey concerning land in Stukeley.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Huntind',[2] in quindecim dies post Pascha, anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis duodecimo, coram Stephano de Segrave,[3] Willelmo filio Warini, Willelmo[4] de Londonia, Willelmo Basset, Willelmo de Eboraco, justiciariis itinerantibus, et aliis domini[5] Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Nicholaum de Stivecle, petentem, et Hugonem Abbatem de[6] Rameseia, tenentem, de ducentis acris terræ,[7] cum pertinentiis, in[8] Stivecle.

Unde assisa mortis antecessoris summonita fuit inter eos in præfata curia; scilicet, quod præfatus[9] Nicholaus remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ de Rameseia, totum jus et clameum, quod habuit in tota prædicta terra, cum[10] pertinentiis, imperpetuum.

Et præterea idem[11] Nicholaus remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ prædictæ, totum jus et clameum, quod habuit in toto manerio de Giddinge,[12] cum pertinentiis, imperpetuum.[13]

Et pro hac remissione, quieta[14] clamantia, fine et concordia, prædictus Abbas dedit ipsi Nicholao triginta marcas argenti.

CCCCLXXI.

Cirographum inter Michaelem [de Waltone], et Hugonem Abbatem [Rameseiæ].

A.D. 1219. June 24—July 8. Fine between Ram-

Hæc[15] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Sancti Johannis Baptistæ in

---

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Hen. III. No. 65, with this indorsement *Et Adam de Stivecle apponit clameum suum*; and in Cott. Vesp. E. II. f. 58 b., with this rubric title, *Concordia facta in curia Regis inter Nicholaum de Stivecle et conventum.*

[2] *Huntind'*] Huntendune, Fine; Huntedone, Cott.

[3] *Segrave*] Seggrave, Cott.

[4] *Willelmo . . . Basset*] omit, Cartul.

[5] *domini Regis fidelibus*] fidelibus domini Regis, Fine, and Cott.

[6] *de Rameseia*] Rames', Cott.

[7] *terræ*] omit, Cott.

[8] *in*] omit, Fine.

[9] *præfatus*] prædictus, Fine, and Cott.

[10] *cum pertinentiis*] omit, Cartul.

[11] *idem*] omit, Cartul.

[12] *Giddinge*] Geddinges, Fine.

[13] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine, and Cott.

[14] *quieta . . . concordia*] fine, quieta clamantia, et concordia, Cott.

[15] A repetition of No. CII., Vol. I., p. 167.

sey Abbey and Michael de Walton, concerning land in Waltone.

quindecim dies, anno regni Regis Henrici filii Regis Johannis tertio, coram Eustachio de Faucunberge, domini Regis Thesaurario, Martino de Pateshille, et aliis justiciariis, et fidelibus domini Regis tunc ibi præsentibus, inter Hugonem Abbatem Rameseiæ petentem, per Radulphum de Northamptone monachum suum, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Michaelem filium Michaelis de Waltone tenentem, de duabus carucatis terræ cum pertinentiis in Waltone.

Pro Waltone.

Unde recognitio magnæ assisæ summonita fuit inter eos in præfata curia; scilicet, quod prædictus Michael remisit, et quietum clamavit, de se et heredibus suis, ipsi Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, imperpetuum, Dirdemannesmere, et insulam de Hygeneye, cum omnibus rebus ad illam insulam pertinentibus, et unam acram terræ, quam Rogerus Tannator tenet, et unam acram terræ, quam Ricardus le Parlur tenet, et unam acram terræ, quam Willelmus Blaunchard tenet, et unam acram terræ, quam Simon Cocus tenet, una cum ipsis Rogero, Ricardo, Willelmo, et Simone, et cum tota sequela eorumdem Rogeri, Ricardi, Willelmi, [et] Simonis, et medietatem bosci de Waltone, cum pertinentiis.

Quæ medietas jacet versus Ravele in longitudinem et latitudinem, sicut dividitur per has metas subscriptas; scilicet a marisco per antiquas divisas bosci de Ravele et bosci de Waltone, per antiquas divisas bosci de Stalling' et bosci de Waltone, et per antiquas divisas bosci de Riptone et bosci de Waltone, usque ad Wadesbrig' versus austrum per aquæ ductum, et ita per Portweie versus occidentem per medium [bosci] usque Cnutesrodeweie,[1] quæ dividit inter boscum et exitum villæ de Waltone, et ita per eandem Cnutesrodeweie usque ad caput[2] assarti Roberti de Bevill', et juxta coriletum, quæ meta vocatur Brodholes, versus boream, cum illo angulo corileti, qui jacet juxta assartum prædicti Roberti usque ad prædictam Cnutesrodeweie, et ita[3] descendendo ab Cnutesrodeweie amplius versus boream inter assartum prædicti

---

[1] ["Anno Domini MCCCIII.] "Idemque [Rex Cnutus] viam "in marisco inter Ramesheiam et "burgum quod Kingesdelf dicitur, "ut periculum magnorum stag-"norum vitaretur, eruderavit." (Matthew Paris, Chronica Majora, ed. Luard Vol. I., p. 509.)

[2] *caput*] capud, Cartul.

[3] *et ita . . . Cnutesrodeweie*] added in the margin, and referred to its proper place in the text by a mark.

Roberti et boscum usque ad Radeweie, quæ Radeweie vadit inter Barewe et boscum de Waltone, et ita usque ad Crucem Serlonis, et ita usque ad mariscum.

Et medietatem triginta acrarum bosci in Barewe, quam prædictus Michael tenuit in dominico, scilicet quindecim acras bosci versus orientem, sicut jacent in longum et latum a campo versus austrum usque in mariscum versus boream.

Quæ omnia prædictus Abbas retinet in dominio ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ, de pertinentiis, quæ fuerunt de prædictis duabus carucatis terræ.

Et præterea idem Michael remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ Sancti Benedicti [de Rameseia], imperpetuum, totum jus et clameum, quod habuit in feudo Berengarii Monachi, quod idem Berengarius tenuit de antecessoribus prædicti Michaelis in prædicta villa de Waltone.

Et pro hac remissione, quieta clamantia, fine et concordia, idem Abbas concessit ipsi Michaeli superplusagium prædictarum duarum carucatarum terræ in Waltone; habendum et tenendum eidem Michaeli et heredibus suis de prædicto Abbate, et successoribus suis, et de ecclesia Sancti Benedicti de Rameseia, imperpetuum, per servitium quintæ partis unius militis, pro omni servitio. f.c.v^{xx}.j.

Et præterea prædictus Abbas dedit præfato Michaeli viginti marcas argenti, et quindecim quarteria frumenti, et unum palefridum pretii quadraginta solidorum.

Et sciendum, quod hæc concordia facta fuit præsentibus prædictis Rogero, Ricardo, Willelmo, et Simone, et cognoscentibus se esse villanos, et prædictas quatuor acras terræ tenere in villenagio.

CCCCLXXII.

Cirographum Roberti de Bevile, de advocatione ecclesiæ de Waltone.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in crastino Sanctæ Katerinæ, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, nono, coram Martino A.D. 1224. Nov. 26 Fine between Ramsey Abbey

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Hen. III., No. 46; and in Cott. Vesp. E. II. f. 56. b, with this rubric title, *Concordia inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ, et Robertum de Beivville.*

and Robert de Bevile concerning land in Walton.

de Pateshill',[1] Thoma de Multon',[2] Thoma[3] de Haiden',[4] Roberto de Lexintone, Gaufrido le Sauvage, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus ibi[5] tunc præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[6] petentem, per Johannem de Huntedone, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Robertum de Bauvill',[7] tenentem, de tribus virgatis terræ, cum pertinentiis, in Walton'.[8]

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Abbas recognovit prædictas tres virgatas terræ cum pertinentiis suis, esse jus ipsius Roberti, habenda et tenenda ipsi[9] Roberto et heredibus suis, de prædicto Abbate et successoribus suis, et ecclesia sua de Rameseia,[10] imperpetuum.[11]

Reddendo inde annuatim unam marcam argenti ad duos terminos anni, scilicet, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et aliam[12] medietatem ad Pascha, pro omni servitio, salvo forinseco servitio.

Et pro hac recognitione, et[13] fine, et concordia, idem Robertus remisit et quietum clamavit, de se[14] et heredibus suis,[15] ipsi Abbati et successoribus suis, totum jus et[16] clameum, quod habuit in advocatione ecclesiæ ejusdem villæ, imperpetuum.[11]

CCCCLXXIII.

Conventio inter Hugonem Abbatem et Michaelem de Waltone.

A.D. 1219. July 8. Agreement between Ramsey Abbey, and Michael, son of Michael de Walton, concerning the same.

Hæc[17] est conventio, facta inter dominum Hugonem, Abbatem Rameseiæ, et ejusdem loci conventum, petentes, et Michaelem filium Michaelis de Waltone, tenentem, de duabus carucatis terræ, cum pertinentiis, in Waltone.

Scilicet, quod prædictus Michael recognovit duas prædictas carucatas terræ, cum pertinentiis, in Waltone esse jus et dominicum ecclesiæ Rameseiæ, et quietas eas clamavit præ-

---

[1] *Pateshill'*] Pateshull', Cott.

[2] *Multon'*] Muleton', Fine.

[3] *Thoma . . . Regis*] et aliis justiciariis et domini Regis, Cartul.

[4] *Haiden'*] Heyden', Cott.

[5] *ibi tunc*] tunc ibi, Fine, and Cott.

[6] *Rameseiæ*] de Rames', Fine.

[7] *Bauvill'*] Baivvill', Cott.

[8] *Walton'*] Wauton', Fine.

[9] *ipsi*] eidem, Fine, and Cott.

[10] *Rameseia*] Rammes', Fine.

[11] *imperpetuum*] inperpetuum, Cott.

[12] *aliam*] omit, Cott.

[13] *et*] supplied from Cott.

[14] *se*] In the Fine this word is entirely cut out by the string on which the documents were formerly filed.

[15] *suis*] interlined in Cartul.

[16] *et clameum*] omit, Cartul.

[17] A repetition of No. CV., Vol. I. p. 170.

dictæ ecclesiæ, quasi jus et dominicum suum, de se et heredibus suis.

Et pro hac recognitione, et quieta clamantia, dicti Abbas et conventus dabunt prædicto Michaeli viginti marcas argenti, et quindecim quarteria frumenti, et unum palefridum.

Et concedunt quod prædictus Michael et heredes sui teneant prædictas duas carucatas terræ, cum pertinentiis, de prædicta ecclesia Rameseiæ, pro homagio et servitio suo, per servitium militare, sicut cæteri milites de abbatia tenent.

Salva prædictæ[1] ecclesiæ insula de Hygeneye, cum omnibus pertinentibus, in pratis, in pascuis, piscariis et mariscis, et in omnibus aliis, quæ retinet eadem ecclesia in dominium suum.

Et excepta medietate bosci de Waltone.

Et exceptis quatuor rusticis propinquioribus aquæ, scilicet Rogero Tannatore, cum tota sequela sua, et toto tenemento suo, Ricardo le Parlour, Willelmo[2] Blanchard', et Simone Coco eodem modo, cum tota sequela sua, et omnibus tenementis suis.

Quæ omnia sibi retinet prædicta ecclesia in dominico, cum feudo Berengarii Monachi in eadem villa, quod tenuit de antecessoribus prædicti Michaelis, cui nullum de cætero prædictus Michael faciet warantum de prædicto tenemento.

Et sciendum, quod nullam de cætero terram nec boscum de prædicto tenemento, quod [de] ecclesia Rameseiæ tenebit, prædictus Michael alicui vendat, vel invadiabit, nisi abbatiæ Rameseiæ, dummodo conventus Rameseiæ tantum proinde velint dare quantum aliquis alius.

Nec dabit alicui domui religioso, vel alicui vicecomiti, vel forestario, vel ballivo; nec vendet, nec invadiabit de prædicto tenemento.

Et si forte alicui parentum suorum, vel alicui mediocri homini, qui sibi fideliter servierit, aliquid de prædicto tenemento dederit, ille, cui datum est, præstabit sacramentum ecclesiæ Rameseiæ, et securitatem faciet, quod similiter nec dabit, nec vendet, nec invadiabit, alicui prædictorum, de prædicto tenemento.

Hanc autem conventionem fideliter tenendam, prædictus Michael affidavit, et juravit, super altare Sancti Andreæ in capella domini Abbatis apud Rameseiam.

---

[1] *prædictæ ecclesiæ*] prædicta ecclesia, MS.

[2] *Willelmo*] Will'm, MS.

Et in hujus rei testimonium, tam dictus Abbas, quam ipse Michael, sigilla sua huic scripto apposuerunt.

His testibus, Galfrido, Decano de Leen; Willelmo de Wychenton', tunc Senescallo; Thoma de Turneby, et aliis.

CCCCLXXIV.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Vitalem Engayne.

A.D. 1244. Jan. 27. Fine between Ranulph, Abbot of Ramsey, and Vitalis Engayne, concerning Dillington.

f. c. v[xx]. j. b. *Nota bene. Pro Dyllyngton'.*

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis apud Westmonasterium, a die Sancti Hillarii in quindecim dies, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo octavo, coram Roberto de Lexynton',[2] Willelmo de Eboraco, Præposito Beverlaci, Rogero de Thurkelby,[3] Jollano de Nevill', et Gilberto de Prestun',[4] Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Ranulphum,[5] Abbatem Rameseiæ,[6] querentem, per Simonem de Houghton',[7] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Vitalem Engayne, deforciantem, de consuetudinibus et servitiis, quos idem Abbas exigebat de prædicto Vitale, de libero tenemento suo, quod de prædicto Abbate tenet in Dillingt[one].[8]

Scilicet, de quinque hidis terræ, cum pertinentiis, unde idem Abbas exigebat de prædicto Vitale quod inveniret ei, pro prædicto tenemento, unum militem in servitio domini Regis, ad custum militum de baronia de Rameseia, secundum consuetudinem ejusdem baroniæ, quando idem Abbas inveniret domino Regi quatuor milites in servitio suo per summonitionem suam, quotienscunque ad prædictum tenementum pertineret[9] quod prædictum militem deberet[10] invenire, sicut

---

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Hen. III., No. 148; and in Cott. Vesp. E. II. f. 60, with this rubric title, *Concordia inter Ranulphum Abbatem, et Vitalem Engayn'.*

[2] *Lexynton'*] Lexinton', Fine and Cott.

[3] Corkelby, Cartul.

[4] *Prestun'*] Preston', Fine and Cott.

[5] *Ranulphum*] Rann', Fine.

[6] *Rameseiæ*] de Rameseia, Fine and Cott.

[7] *Houghton'*] Hoghton', Fine; Houcton', Cott.

[8] *Dillingtone*] Dylington', Fine; Delinton', Cott.

Dilligton' is written in the margin of the Cartul. as a gloss.

[9] *pertineret*] pertinet, Cartul.

[10] *deberet*] debent, Cartul.

alii milites de[1] eadem baronia faciunt, et quod faceret ei ad hydagium[2] quando eveniret,[3] quantum pertinet ad alias quinque hidas terræ[4] de prædicta baronia, et quod faceret sectam ad curiam ipsius Abbatis de Broughton',[5] per se, vel per[6] attornatum suum, bis in anno, scilicet, unam sectam ad primam curiam suam post Pascha, et alteram sectam ad primam curiam suam post festum Sancti Michaelis.

Et similiter[7] quando judicium ibi[8] fuerit faciendum, per breve domini Regis, vel latro ibi[9] fuerit judicandus per efforciamentum curiæ.

Quæ servitia, et[10] quam sectam, idem Vitalis ei prius non cognovit, et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Vitalis recognovit et concessit, pro se et heredibus suis, quod ipsi de cætero invenient eidem Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ prædictæ, pro prædicto tenemento, unum militem in servitio domini Regis ad custum militum de prædicta baronia, secundum consuetudinem ejusdem baroniæ, quando idem Abbas vel successores sui invenient domino Regi quatuor milites in servitio suo per summonitionem suam, quotienscumque ad prædictum tenementum pertineat quod prædictum militem debeat invenire, sicut prædictum est, et sicut alii milites ejusdem baroniæ faciunt.

Et quod facient[11] eis ad hydagium,[2] quando[12] evenerit, quantum pertinet ad quinque hidas terræ[13] de eadem baronia, quando[14] evenerit.

Et quod facient duas sectas per annum ad prædictam curiam ipsius Abbatis et successorum suorum, vel[15] per se, vel per[6] attornatum suum, scilicet, unam sectam ad primam curiam post Pascha, et alteram sectam ad primam curiam post festum Sancti Michaelis.

Et similiter,[7] quod facient pro prædicto tenemento sectam ad[16] curiam prædictam, per se vel per attornatum suum,

---

[1] *de eadem baronia*] ejusdem baroniæ, Fine.

[2] *hydagium*] hidagium, Fine and Cott.

[3] *eveniret*] inveniret, Cott.

[4] *terræ*] omit, Cartul. and Cott.

[5] *Broughton'*] Broghton', Fine; Broucton', Cott.

[6] *per*] omit, Cartul.

[7] *similiter*] scilicet, Cartul.

[8] *ibi*] in ea, Fine and Cott.

[9] *ibi fuerit*] fuerit ibi, Cott.

[10] *et*] omit, Cartul.

[11] *facient*] faciet, Cartul. and Cott.

[12] *quando evenerit*] omit, Cartul. and Cott.

[13] *terræ*] omit, Cott.

[14] *quando evenerit*] omit, Fine.

[15] *vel*] supplied from Cott.

[16] *ad curiam prædictam*] omit, Cartul. and Cott.

quando aliquid judicium in ea fuerit faciendum de placito, quod ibi fuerit per breve domini Regis, et quando latro in ea fuerit judicandus per efforciamentum curiæ, pro omni servitio et exactione.

Et pro hac recognitione, concessione, fine, et concordia, idem Abbas remisit, et quietum clamavit, de se, et successoribus suis, et ecclesia prædicta, eidem Vitali et heredibus suis omnia arreragia prædicti[1] servitii, et omnia damna quæ dicebat se habuisse occasione detentionis prædicti servitii, usque ad diem quo hæc concordia facta fuit.

CCCCLXXV.

Conventio inter Abbatem de Rameseia et Willelmum le Moygne.

A.D. 1297. Oct. 31. Agreement between John de Sautre, Abbot of Ramsey, and William le Moygne, concerning the leet at Upwood.

Anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, vicesimo quinto, die Jovis in vigilia Omnium Sanctorum, convenit inter venerabilem patrem, Johannem de Sautre, Dei gratia Abbatem Rameseiæ, ex parte una, et Willelmum, filium Willelmi le Moygne de Magna Ravele, ex parte altera.

Cum controversia esset exorta inter prædictos Abbatem et Willelmum super quadam exactione, quam prædictus dominus Abbas Rameseiæ a prædicto Willelmo filio prædicti Willelmi le Moygne exigebat; scilicet quod omnes homines Willelmi le Moygne prædicti venirent ad letam ipsius Abbatis, tentam semel in anno apud Upwode; ubi, temporibus retroactis non venerunt,[2] nec huc usque venire consueverunt, ut prædictus Willelmus, pro jure suo, asserebat.

Tandem, communium amicorum interventu utriusque partis convenientium, in hunc modum conquievit, videlicet, quod prædictus Willelmus concessit, pro se et heredibus suis, quod omnes homines sui in Magna Ravele residentes, tam cotarii quam custumarii sui, de cætero venient ad letam ipsius Abbatis, tenendam semel tantum in anno apud Upwode, ad recipienda et facienda omnia quæ ad letam pertinent, ita tamen quod rationabiliter summoniti sint, secundum consuetudinem hucusque in prædicta leta habitam et consuetam.

Pro hac autem concessione, pace, et concordia in futuro plenius affirmanda, dictus dominus Abbas concessit, pro se et

---

[1] *prædicti servitii*] prædicta ervitia, Cartul. and Cott.

[2] *venerunt*] venerint, Cartul.

successoribus suis, quod prædictus Willelmus et heredes sui habeant omnia amerciamenta omnium hominum suorum ad prædictam letam amerciatorum, ex quacunque causa provenientia; exceptis dumtaxat amerciamentis prædictorum hominum, si non venerint, pro defaltis, quæ idem dominus Abbas sibi et successoribus suis retinet imperpetuum.

Præterea prædictus Abbas concessit, pro se et successoribus suis, quod si aliquis hominum vel tenentium dicti Willelmi purpresturam fecerit, et per decennarium ad diem letæ sic præsentatum, et emendari consideratum, amerciamenta inde f.c.v^{xx}. ii^{A}. provenientia sint prædicti Willelmi. Dum tamen hujusmodi purprestura, ante diem letæ proximo sequentis, per visum præsentatorum, non fuerit emendata; ex tunc idem Willelmus pro hujusmodi defectu secundum quantitatem delicti amerciabitur; et de hujusmodi amerciamento prædicto domino Abbati et successoribus suis satisfaciet, sicut ipse transgressor facere deberet, ac si immediate esset tenens Abbatis.

Et nihilominus dictus dominus Abbas purpresturam hujusmodi, tempore debito non emendatam, per suos ministros, et per visum præsentatorum, debite faciet emendari, absque calumnia et contradictione dicti Willelmi, vel heredum suorum.

Et pro prædictis amerciamentis, proficuis, et aliis commoditatibus capiendis die letæ, et habendis de hominibus suis prædictis, tam de hominibus terram vel domos non habentibus, et non residentibus, quam de residentibus, terram et domos habentibus, prædictus Willelmus concessit, pro se, et heredibus suis, vel assignatis, pro proficuis prædictis habendis, sicut prædictum est, reddere dicto domino Abbati et successoribus suis, annuatim quinque solidos sterlingorum, die letæ prædictæ.

Proviso tamen, quod Ballivus dicti Willelmi, vel aliquis nomine ipsius, veniat ad letam prædictam, ad recipiendas extractas amerciamentorum, de hominibus prædicti Willelmi amerciatis. Quæ quidem extractæ libenter eisdem petentibus per manus ministrorum domini Abbatis, qui letam prædictam tenuerint, absque cavillatione vel prorogatione aliqua.

In cujus rei testimonium, tam prædictus dominus Abbas, quam prædictus Willelmus le Moygne, his mutuis scriptis sigilla sua apposuerunt.

His testibus, domino Johanne de Deen, milite; Willelmo de Wassingle seniore; Johanne de Clervaus; domino Johanne de Wystowe, Rectore ecclesiæ de Craunfeld'; Willelmo de Ravele; Ranulpho de Clervaus; Alano dicto Coco, et aliis.

CCCLXXVI.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Mathæum de Leyam.

A.D. 1243. June 7—July 5. Fine between Ranulph, Abbot of Ramsey, and Matthew de Leyam, concerning land in Berkford. *Nota pro Berkeforth.*

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Sanctæ Trinitatis in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo septimo, coram Roberto de Lexynton',[2] Rogero de Turkelby,[3] Jollano de Nevill',[4] et Gilberto de Prestone, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Ranulphum,[5] Abbatem de[6] Rameseia, querentem, per Willelmum de Luyton', positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Mathæum de Leyam,[7] deforciantem, per Mathæum de Merston', positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de quinque hidis terræ, cum pertinentiis, in Berkford'.[8]

Unde placitum finis facti summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Abbas recognovit prædictam terram, cum[9] pertinentiis, esse jus ipsius Mathæi.

Habendam et tenendam eidem Mathæo et heredibus suis, de prædicto Abbate, et successoribus suis, et ecclesia prædicta, inperpetuum.

Reddendo inde per annum unam marcam argenti ad duos terminos, scilicet, medietatem ad festum Sancti Michaelis, et medietatem[10] aliam ad Pascha, et faciendo inde regale servitium in scutagiis, quantum pertinet ad tantam terram de baronia de Rameseia.

Et similiter inveniendo inde eidem Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ prædictæ, unum militem in servitio domini Regis, ad custum militum de eadem baronia, secundum consuetudinem ejusdem baroniæ, quando idem Abbas vel succes-

---

[1] Also among Feet of Fines, Bedford, 27 Hen. III.; and in Cott. Vesp. E. II. f. 59 b., with this rubric title, *Concordia inter Ranulphum Abbatem et Mathæum de Leyham.*

[2] *Lexynton'*] Lexinton', Fine and Cott.

[3] *Turkelby*] Thurkelby, Fine; Thurkeby, Cott.

[4] *Nevill'*] Novill', Cott.

[5] *Ranulphum*] Rann', Fine.

[6] *de Rameseia*] Rames', Cott.

[7] *Leyam*] Leyham, Fine and Cott.

[8] *Berkford'*] Berkeford', Fine; Berckford', Cott.

[9] *cum pertinentiis*] omit, Cartul.

[10] *medietatem aliam*] alteram medietatem, Fine and Cott.

sores sui invenerint domino Regi quatuor milites in servitio suo per summonitionem suam, quotienscumque ad prædictam terram[1] pertineat, quod prædictum militem debeant[2] invenire, sicut prædictum est, et sicut[3] alii milites ejusdem baroniæ faciunt.[4]

Et præterea idem Abbas remisit, et quietum clamavit, de se et[5] successoribus suis, et ecclesia prædicta, eidem Mathæo, et heredibus suis, omnia damna, quæ dicebat se habuisse occasione, quod idem Mathæus ei prædicta servitia prius non fecerat, usque ad diem quo hæc concordia facta fuit.

Et pro hac recognitione, remissione, quieta clamantia, fine, et concordia, idem[6] Mathæus dedit prædicto Abbati unum austurcum sorum.[7]

CCCCLXXVII.

Cirographum inter Johannem Abbatem et Derveguillam, de piscaria in Ailingtone.

A.D. 1288. Sept. 29—Oct. 19. Fine between John, Abbot of Ramsey, and Dervergill, widow of John de Balliol, concerning a fishery in Ellington.

Hæc[8] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Sancti Michaelis in[9] tres septimanas, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, decimo sexto, coram Thoma de Weyland',[10] Johanne de[11] Lovetot, Willelmo[12] de Burntone,[13] Rogero de Leycestria, et Elya[14] de Bekyngham,[15] Justiciariis, et aliis[16] domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter fratrem Johannem, Abbatem ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ,[17] querentem, per Johannem de Wassingle,[18] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Derverguillam, quæ fuit uxor Johannis de Balliolo, de-

---

[1] *terram*] terra, Cott.
[2] *debeant*] debeat, Cott.
[3] *sicut*] supplied from Fine.
[4] *faciunt*] omit, Cartul.
[5] *et*] omit, Cartul.
[6] *idem*] interlined in Cartul.
[7] *sorum*] omit, Cartul.
[8] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Edw. I., No. 54, and in Cott. Vesp. E. II., f. 66 b.
[9] *in*] repeated in Cartul.
[10] *Weyland'*] Weylaund', Fine.
[11] *de*] omit, Cartul.
[12] *Willelmo . . . Bekyngham*] et aliis, Cartul.
[13] *Burntone*] Bornton', Fine.
[14] *Elya de Bekyngham*] Elia de Bekingham, Fine.
[15] *Bekyngham*] Bekingham, Cott.
[16] *aliis*] omit, Cartul.
[17] *Rameseiæ*] de Rameseye, Fine.
[18] *Wassingle*] Wassingeleye, Fine.

forciantem, per Ricardum de Foxtone, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum; de eo quod eadem Derverguilla non[1] permittat ipsum Abbatem habere liberam piscariam in aqua de Aillingtone,[2] quam habere debet.

Et unde idem Abbas dicebat, quod habere debet liberam piscariam in aqua prædicta, scilicet a capite stagni molendini ipsius Abbatis usque ad idem molendinum.

f.c.v^{xxx}.ii^{A} b. Unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædicta Derverguilla recognovit prædictam piscariam esse jus ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ prædictæ, et illam ei reddidit in eadem curia, et remisit, et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, imperpetuum.

Et pro hac recognitione, redditione, remissione, quieta clamantia, fine et concordia, prædictus Abbas concessit, et[3] remisit, et quietum clamavit, de se et successoribus suis, prædictæ Derverguillæ et heredibus suis, totum jus et clamium quod habuit exigendi vel habendi aliquam piscariam in aqua prædicta, incipiendo subtus molendinum prædictum, ubi pali et meremium[4] ipsius Abbatis ad prædictum molendinum pertinentes construuntur, quam longe et[5] late terræ prædictorum Abbatis et Derverguillæ duraverint ex utraque parte cursus aquæ prædictæ.

Salvo tamen prædicto Abbati et successoribus suis, in quolibet adventu suo in villa[6] prædicta, piscandi in aqua prædicta subtus molendinum prædictum; et senescallo suo, qui pro tempore fuerit, bis per[7] annum, videlicet semel post Pascha, et semel post festum Sancti Michaelis, per unum diem.

Et bene liceat prædictæ Derverguillæ et heredibus suis trahere batellum suum in aqua separali[8] ipsius Abbatis[9] ultra stagnum ipsius Abbatis, sine damno piscandi vel faciendi, imperpetuum.

---

[1] *non*] omit, Fine and Cott.

[2] *Aillingtone*] Alyngton', Fine; Aylington', Cott.

[3] *et*] omit, Cartul.

[4] *meremium*] maremium, Fine and Cott.

[5] *et*] interlined in Cartul.

[6] *villa prædicta*] prædicta villa, Fine and Cott.

[7] *per*] in, Cartul.

[8] *separali*] separabili, Fine and Cott.

[9] *Abbatis*] omit, Cartul.

CCCCLXXVIII.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Rogerum de Nortone, de terra in Houghtone.

A.D. 1311. Sept. 29—Oct. 6. Fine between John, Abbot of Ramsey, and Roger de Norton, concerning a messuage and land in Houghton and Witton.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in octabis Sancti Michaelis, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Edwardi, quinto, coram Willelmo de Bereford'[2] Hervico[3] de Stantone, Johanne de Benstede, et Henrico le Scrop, Lamberto de Trikingham, et aliis Justiciariis, et domini Regis fidelibus, tunc[4] ibi præsentibus, inter Johannem, Abbatem ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseye, querentem, per Andream le Moygne,[5] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Rogerum de Nortone, deforciantem,[6] de uno mesuagio, centum et sexaginta et decem acris terræ, et decem et octo acris prati, cum pertinentiis, in Houghtone[7] et Wittone.

Unde placitum conventionis summonitum fuit inter[8] eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Rogerus recognovit[9] prædicta tenementa, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti prædictæ.

Et illa ei reddidit in eadem curia.

Habendum et tenendum eidem Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti prædictæ, de capitalibus dominis feodi illius, per servitia quæ ad illa tenementa pertinent, imperpetuum.

Et præterea idem Rogerus concessit, pro se et heredibus suis, quod ipsi warantizabunt eidem Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti prædictæ, prædicta tenementa, cum pertinentiis, contra omnes homines imperpetuum.

---

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, Edw. II., No. 16; and in Cott. Vesp. E. II. f. 45 b.

[2] *Bereford' . . . domini*] Bereford', Lamberto de Trikingham, Hervico de Stanton', Johanne de Benstede, et Henrico le Scrop, Justiciariis, et aliis domini, Fine and Cott.

[3] *Hervico . . . Scrop*] omit, Cartul.

[4] *tunc ibi præsentibus*] omit, Cartul.

[5] *Moyyne*] Moigne, Fine.

[6] *deforciantem*] omit, Cartul.

[7] *Houghtone et Wittone*] Hoghton' et Wytton', Fine, and Cott.

[8] *inter*] repeated in Cott.

[9] *recognovit*] recongnovit, Cott.

Et pro hac recognitione, redditione, warantia, fine, et concordia, idem Abbas concessit, pro se et successoribus suis, quod ipsi invenient unum capellanum, divina celebrantem singulis diebus in prædicta ecclesia Sancti Benedicti, pro anima prædicti Rogeri et animabus antecessorum suorum, ac[1] omnium fidelium defunctorum, imperpetuum.

Et hæc concordia facta fuit per præceptum ipsius domini Regis.

CCCCLXXIX.

Cirographum inter Abbates Rameseiæ et Thorneye.

A.D. 1224. April 14—May 14. Fine between Hugh, Abbot of Ramsey, and Robert, Abbot of Thorney, concerning certain common of pasture in Ramsey. *Nota pro Middellio.*

Hæc[2] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, octavo, coram Martino de Patishill',[3] Thoma de Multon',[4] Stephano de Segrave, Thoma de Heidene,[5] Roberto de Lexynton',[6] Galfrido le Sauvage, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ, querentem, et Robertum, Abbatem de Thorneye,[7] de communa pasturæ in marisco de Rameseia.[8]

Unde idem Abbas de Rameseia[8] questus fuit, quod dictus[9] Abbas de Thorneya exigebat[10] injuste communam in eodem marisco, desicut idem Abbas de Rameseia[8] nullam communam habuit in marisco ejusdem Abbatis de[11] Thorneye de Jakesle, nec ipse Abbas de Thorneye servitium fecit eidem Abbati[12] de Rameseia,[8] quare prædictam communam habere debuit.

Et unde placitum summonitum[13] fuit inter eos in præfata curia, scilicet quod tota pars prædicti marisci a Kyngesdelf'[14] per novam Hyndelac'[15] usque ad novam Falch'[16] super With-

---

[1] *ac*] et, Cartul.

[2] Also among Feet of Fines, Huntingdon, 8 Henry III. A hand is drawn here in the margin of the Cartulary.

[3] *Patishill'*] Pateshill', Fine.

[4] *Multon'*] Muleton', Fine.

[5] *Heidene*] Haiden', Fine.

[6] *Lexynton'*] Lexinton', Fine.

[7] *Thorneye*] Thoreneia, Fine.

[8] *Rameseia*] Rammeseia, Fine.

[9] *dictus*] prædictus, Fine.

[10] *exigebat injuste*] injuste exigebat, Fine.

[11] *de Thorneye*] Thoren, Fine.

[12] *Abbati*] interlined in Cartul.

[13] *summonitum*] omit, Fine.

[14] *Kyngesdelf'*] Kingesdelf', Fine.

[15] *Hyndelac'*] Hindelak, Fine.

[16] *Falch'*] Falt, Fine.

lesmare,[1] quæ pars est versus Rameseiam,[2] remaneat[3] ipsi Abbati de Rameseia,[4] et successoribus suis, quiete imperpetuum, sine communa aliqua, quam prædictus Abbas de Thorneya[5] vel successores sui in eo possint exigere vel clamare.

Et tota alia pars ejusdem marisci a prædicta Kingesdelf' per novam Hindelak' usque ad novam Falt super Withlesmare,[1] quæ pars est versus Jakesle, et versus Faresheved, remaneat[3] ipsi Abbati de Thorneye[5] et successoribus suis quiete imperpetuum, sine communa aliqua quam prædictus Abbas de Rameseia[4] vel successores sui in eo possint exigere vel clamare.

Et sciendum, quod fossatum debet continere sexdecim pedes in latitudine, ex aperto inter prædictum mariscum, qui prædicto Abbati[6] de Rameseia remanet, et ipsum mariscum, qui prædicto Abbati de Thorneye[5] remanet.

Et fossatum[7] erit super communam utriusque partis marisci prædictorum Abbatis de Rameseia[4] et Abbatis de Thorneye.[5]

Ita quod octo pedes ejusdem fossati esse debent de parte quæ remanet Abbati de Rameseia.[4] f.c.v^xx^ii. B. b.

Et alii octo pedes ejusdem fossati esse debent de parte Abbatis de Thorneye.[5]

Et est idem fossatum linealiter[8] directum a prædicta Kingesdelf' super Hindeslak'[9] usque ad novam Falt super Withlesmare.[1]

Et licebit eidem Abbati de Rameseia[4] et successoribus suis facere crestam medietatis ejusdem fossati super terram eorum, quantum ad partem suam pertinet.

Et similiter licebit Abbati[10] prædicto de Thorneye[5] et successoribus suis facere crestam alterius medietatis ejusdem fossati super terram suam, sicut prædictum est.

Et erit ipsum fossatum meta et divisa inter prædictos mariscos, et commune prædictis Abbatibus de Rameseia[4]

---

[1] *Withlesmare*] Witlesmare, Fine.

[2] *Rameseiam*] Rammes', Fine.

[3] *remaneat*] remanet, Fine.

[4] *Rameseia*] Rammes', Fine.

[5] *Thorneye*] Thoren', Fine.

[6] *de Rameseia*] Rammes', Fine.

[7] *fossatum erit*] factum est, Fine and Cartul.; fossatum erit has been subsequently interlined in the Cartulary.

[8] *linealiter*] lineariter, Fine.

[9] *Hindeslak'*] Hindelak', Fine.

[10] *Abbati prædicto*] prædicto Abbati, Fine.

et Thorneye[1] et eorum successoribus, sine contradictione aliqua, imperpetuum, ad piscandum, et cariandum, et ad omnia alia commoda[2] et aysiamenta[3] habenda.

CCCCLXXX.

Conventio de Thorneye.

A.D. 1224. April 14—May 14. Agreement between the same concerning the same.

Ita[4] convenit inter Abbatem Rameseiæ, et conventum ejusdem loci, ex parte[5] una, et Abbatem de Thorneye, et conventum ejusdem loci, ex parte[6] altera.

Scilicet, quod mariscus ipsius Abbatis de[7] Rameseia, et mariscus ipsius Abbatis de Thorneye, et fossatum[8] factum inter ipsos mariscos, in pace remaneant, sicut cirographum[9] inter eos factum in curia domini Regis plenius protestatur.

Liberi autem homines prædicti[10] Abbatis Rameseiæ fecerunt securitatem, per scriptum, signis suis munitum, quod nullum clameum habebunt super mariscum prædicti[11] Abbatis de Thorneye, nec breve domini Regis de dicto marisco vel fossato de cætero perquirent.

Idem fecerunt Abbati Rameseiæ liberi homines Abbatis prædicti[11] de Thorneye, tam de marisco ipsius[12] Abbatis Rameseiæ, quam de fossato communi.

Et si quis forte de novo velit[13] clameum facere, vel[14] versus Abbatem Rameseiæ, vel versus Abbatem de[15] Thorneye, super prædictis mariscis, vel fossato, tam Abbas Rameseiæ, quam Abbas de Thorneye, unanimiter se[16] contra eum opponent, et se defendent, communi consilio, et expensis communibus.

Et in hujus rei testimonium, Abbas de Thorneye, et ejusdem loci conventus huic scripto signa sua apposuerunt.

---

[1] *Thorneye*] de Thoren', Fine.

[2] *commoda*] comoda, Cartul.

[3] *aysiamenta*] aisiamenta, Fine.

[4] Also in Cott. Vesp. E. II, f. 66, with this rubric title, *Conventio inter Abbates de Rameseia et Thorneye.* A hand is drawn here in the margin of the Cartulary.

[5] *parte una*] una parte, Cott.

[6] *parte altera*] altera parte, Cott.

[7] *de Rameseia*] Rameseiæ, Cott.

[8] *fossatum*] written in the margin in Cartul.

[9] *cirographum*] cyrographum, Cott.

[10] *prædicti*] ipsius, Cott.

[11] *prædicti*] supplied from Cott.

[12] *ipsius Abbatis*] Abbatis ipsius Abbatis, Cott.

[13] *velit*] voluerit, Cott.

[14] *vel*] omit, Cott.

[15] *de*] omit, Cott.

[16] *se*] omit, Cott.

CCCCLXXXI.

Cirographum de Gidding', de una virgata terræ.

A.D. 1228. March 26—April 9. Fine between Simon Long and Hugh, Abbot of Ramsey, concerning land in Gidding.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Huntendone,[2] in quindecim dies post Pascha,[3] anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, duodecimo, coram Stephano de Segrave,[4] Willelmo filio Warini, Willelmo[5] de Londonia,[6] Willelmo Basset, Willelmo de Eboraco, Justiciariis itinerantibus, et aliis fidelibus domini Regis, tunc ibi præsentibus, inter Simonem[7] Longum petentem, et Hugonem Abbatem Rameseiæ tenentem, de una virgata terræ, cum pertinentiis, in Gidding'.[8]

Unde assisa mortis antecessoris[9] summonita fuit inter eos in præfata curia, scilicet quod prædictus Simon[10] recognovit totam prædictam terram, cum[11] pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis, et ecclesiæ suæ Rameseiæ.[12]

Et pro hac recognitione, fine, et concordia, prædictus Abbas dedit et concessit ipsi Simoni[13] dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis, de eadem terra; videlicet, illam dimidiam virgatam terræ, cum pertinentiis, quam Walterus filius Adæ tenuit.

Habendum et tenendum eidem Simoni[13] et heredibus suis, de prædicto Abbate, et successoribus suis, et ecclesia de[14] Rameseia, imperpetuum.[15]

Reddendo inde annuatim duos solidos ad duos[16] terminos anni, scilicet ad Pascha[3] duodecim denarios, et ad festum Sancti Michaelis duodecim denarios, pro omni servitio, salvo forinseco servitio.

---

[1] Also among Feet of Fines, Huntingdon, 12 Hen. III.; and in Cott. Vesp. E. II., f. 58, with this rubric title, *Concordia facta inter Simonem Longum et Hugonem, Abbatem Rameseiæ, de una virgata terræ.*

[2] *Huntendone*] Hunted', Cott.

[3] *Pascha*] Pasca, Fine.

[4] *Segrave*] Saggrave, Fine; Seggrave, Cott.

[5] *Willelmo . . . . Eboraco*] et aliis, Cartul.

[6] *Londonia*] Lundr', Fine.

[7] *Simonem*] Symonem, Fine.

[8] *Gidding'*] Gedding', Fine.

[9] *antecessoris*] antesessoris, Fine.

[10] *Simon*] Symon, Fine.

[11] *cum pertinentiis*] omit, Cartul.

[12] *Rameseiæ*] de Rameseia, Fine and Cott.

[13] *Simoni*] Symoni, Fine.

[14] *de Rameseia*] omit, Cartul.

[15] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine and Cott.

[16] *duos . . . servitio*] terminos Paschæ et Michaelis pro omni servitio, Cartul.

CCCCLXXXII.

Cirographum de Oure.

A.D. 1237. June 14—July 5. Fine between Hamo Pecche, and Ranulph, Abbot of Ramsey, concerning land in Over.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Sanctæ Trinitatis in tres septimanas, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, vicesimo primo, coram Roberto de Lexinton', Willelmo de Eboraco, Ada[2] filio Willelmi, Willelmo de Coleworthe, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Hamonem Pecche petentem, et Ranulphum, Abbatem de[3] Rameseia, tenentem, de duabus carucatis terræ, cum[4] pertinentiis, in Overa,[5] cum[6] advocatione ecclesiæ ejusdem manerii.

Unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Hamo recognovit totam prædictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ de Rameseia, et illam remisit et quietam clamavit, de se et heredibus suis, eidem Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ de Rameseia, imperpetuum.[7]

Et idem Abbas recepit prædictum Hamonem et heredes suos in singulis beneficiis et orationibus, quæ de cætero fient in ecclesia sua de Rameseia imperpetuum.[7]

CCCCLXXXIII.

Cirographum Alani Feugeres, de terra in Overe.

A.D. 1201. April 9—30. Fine between Hugh

Hæc[8] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in tres septimanas, anno

---

[1] A repetition of No. XXXIV. A., Vol. I., p. 127. A copy also occurs in Cott. Vesp. E. II., f. 59 b., with this rubric title, *Concordia inter Hamonem Pecche et Rannulphum Abbatem.*

[2] *Ada . . . tunc*] et Justiciariis et fidelibus tunc, Cartul.

[3] *de Rameseia*] Rameseiæ, Cott.

[4] *cum pertinentiis*] omit, Cott.

[5] *Overa*] Overe, Cott.

[6] *cum*] No. XXXIV.A has *excepta*, instead of *cum*.

[7] *imperpetuum*] inperpetuum, Cott.

[8] Also among Feet of Fines, Cambridge, 2 Henry III. with these indorsements *Alanus de Feugerus filius Alani apponit clamium suum, et dicit quod terra illa fuit maritagium Roheisiæ matris suæ. Et Ballivus* [a portion torn out] *apponit clamium suum ut in illa terra quæ est de feodo Episcopi. Et attornatus Abbatis dicit quod nihil* [a portion torn out].

regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, secundo, coram Martino de Pateshill',[1] Radulpho[2] Hareng, Stephano de Segrave, Simone[3] de Insula, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[4] petentem, et Alanum de[5] Feugeres, tenentem, de una hida terræ, cum pertinentiis, in Overe.[6] Abbot of Ramsey, and Alan Feugeres concerning a hide of land in Over.

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet quod prædictus Alanus recognovit totam prædictam terram esse[7] jus ipsius Abbatis, cum pertinentiis, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ.[4] Et illam remisit, et quietam clamavit, de se et heredibus suis, ipso[8] Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ Sancti Benedicti Rameseiæ,[4] imperpetuum.

Et pro hac remissione,[9] fine, et concordia idem Abbas concessit eidem Alano, et Amabili uxori ejus, singulis diebus, tota vita utriusque, duos panes monachi, et duos panes militis, et tres mensuras cervisiæ[10] monachorum, et duo fercula carnis vel[11] piscis; et fenum et avenam ad unum equum; et duas robas per annum, scilicet unam ad opus ipsius Alani, et aliam ad opus ipsius Amabilis. f.c.v[xx]. ii. B. b.

Et[12] sciendum, quod cum alter eorum decesserit,[13] erit idem Abbas, vel successor ejus, quietus de medietate prædictorum; et defuncto utroque, quietus erit ex toto.[14]

CCCCLXXXIV.

Cirographum Widonis, de terra in Overe.

Hæc[15] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in die Inventionis Sanctæ Crucis, A.D. 1229. May 3. Fine between

---

[1] *Pateshill'*] Pateshull', Fine.

[2] *Radulpho Hareng*] omit, Cartul.

[3] *Simone . . . aliis*] et aliis Justiciariis, et, Cartul.

[4] *Rameseiæ*] de Ramesie, Fine.

[5] *de*] omit, Cartul.

[6] *Overe*] Oure, Fine.

[7] *esse jus ipsius Abbatis, cum pertinentiis*] cum pertinentiis esse jus ipsius Abbatis, Fine.

[8] *ipso*] eidem, Fine.

[9] *remissione*] recognitione et, Fine.

[10] *cervisiæ*] de cervisia, Fine and Cott.

[11] *vel . . . fenum*] torn out in Fine.

[12] *Et . . . alter*] torn out in Fine.

[13] *decesserit*] deceserit, Fine.

[14] *toto*] the last three letters of this word are torn out in Fine.

[15] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 59, with this rubric title, *Concordia inter Wydonem de Overe, et Hugonem, Abbatem Rameseiæ.*

Wido de Over and Hugh, Abbot of Ramsey, concerning a messuage and land in Over.

anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, decimo tertio, coram Thoma de Multon', Stephano de Segrave,[1] Roberto[2] de Lexintone, Thoma de Beuville Justiciariis, et aliis[3] fidelibus[4] domini Regis, tunc ibi præsentibus, inter Widonem[5] de Overe petentem, et Hugonem, Abbatem de[6] Rameseia, tenentem, per Johannem de Huntedone, positum loco ipsius Abbatis ad lucrandum vel perdendum, de uno mesuagio, et una virgata terræ in Overe.

Unde placitum fuit inter eos in eadem[7] curia, scilicet, quod prædictus Wido remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ[8] Sancti Benedicti Rameseiæ,[9] totum jus et clameum, quod habuit in prædicto mesuagio, et in prædicta virgata terræ, cum pertinentiis, imperpetuum.

Et pro hac remissione, et[10] quieta clamantia, fine, et concordia, idem Abbas dedit prædicto Widoni[11] duas marcas argenti.

CCCCLXXXV.

Cirographum de Bradenach'.

A.D. 1221. April 11—25. Fine between Warin de Bradenach and Hugh, Abbot of Ramsey, concerning land in Bradenach.

Hæc[12] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in quindecim dies, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quinto, coram Roberto de Veer[13] Comite Oxon', Martino de Pateshille[14] Radulpho[15] Hareng',[16] Stephano de Seggrave,[17] Thoma de Heydene,[18] Roberto de Lexintone, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus[19] tunc ibi præsentibus, inter Warinum de Bradenach',[20] petentem, et Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[21] tenentem, per Willelmum de

---

[1] *Segrave*] Seggrave, Cott.

[2] *Roberto . . . Beuville*] et aliis, Cartul.

[3] *aliis*] supplied from Cott.

[4] *fidelibus domini Regis*] domini Regis fidelibus, Cott.

[5] *Widonem*] Wydonem, Cott.

[6] *de Rameseia*] Rames', Cott.

[7] *eadem*] præfata, Cott.

[8] *suæ*] supplied from Cott.

[9] *Rameseiæ*] de Ram's', Cott.

[10] *et*] supplied from Cott.

[11] *Widoni*] Wydoni, Cott,

[12] Also among Feet of Fines, Hertford, Henry III., No 13, and in Cott. Vesp. E. II., f. 55, with this rubric title, *Concordia inter Warinum de Bradenech' et H*[*ugonem*] *Abbatem.*

[13] *Veer*] Ver, Fine and Cott.

[14] *Pateshille*] Pateshulle, Fine and Cott.

[15] *Radulpho . . . aliis*] et aliis justiciariis et fidelibus, Cartul.

[16] *Hareng'*] Harant, Cartul. and Cott.

[17] *Seggrave*] Segrave, Fine.

[18] *Heydene*] Haiden', Fine.

[19] *fidelibus*] omit, Cartul.

[20] *Bradenach'*] Bradenech', Fine and Cott.

[21] *Rameseiæ*] de Rames', Fine.

Wichenton',[1] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de septem virgatis terræ, cum pertinentiis, in Bradenach'.[2]

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Warinus remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, ipsi Abbati et successoribus suis, imperpetuum, totum jus et clameum suum,[3] quod habuit in tota prædicta terra, cum pertinentiis.

Et pro hac remissione, et[4] quieta clamantia, et[5] fine, et concordia, idem Abbas dedit ipsi Warino decem et septem marcas argenti.

CCCCLXXXVI.

Cirographum inter Hugonem Abbatem et Alexandrum filium Nicholai, de terra in Burewelle.

A.D. 1228. March 26—April 23. Fine between Hugh, Abbot of Ramsey, and Alexander Fitz Nicholas, concerning land in Burwell.

Hæc[6] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Cantebrigiam, a die Paschæ in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, duodecimo, coram Stephano de Segrave,[7] Willelmo[8] filio Warini, Willelmo de Londonia, Willelmo Basset, Justiciariis itinerantibus, et aliis fidelibus domini Regis tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem de[9] Rameseia, querentem, et Alexandrum filium Nicholai, deforciantem, de consuetudinibus et servitiis, quæ idem Abbas exigebat ab[10] ipso Alexandro de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis, in Burwelle.[11]

Scilicet, de una virgata terræ, cum pertinentiis, quam Ordgarus Clericus tenuit; et de una virgata terræ, cum pertinentiis, quam Godwinus Præpositus tenuit.

Quas consuetudines, et quæ servitia, idem Alexander ei[12] non recognovit.

Et unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet,

---

[1] *Wichenton'*] Wichinton', Fine; Wycheton', Cott.

[2] *Bradenach'*] Bradenech', Fine; Braden', Cott.

[3] *suum*] supplied from Cott.

[4] *et*] omit, Cartul.

[5] *et*] supplied from Fine.

[6] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 58 b., with this rubric title, *Concordia inter Hugonem Abbatem et Alexandrum filium Nicholai, de Burewelle.*

[7] *Segrave*] Seggrave, Cott.

[8] *Willelmo . . . itineranti-bus et aliis*] et Willelmo filio Warini, et aliis justiciariis ibidem itinerantibus, et, Cartul.

[9] *de Rameseia*] Rames', Cott.

[10] *ab*] de, Cott.

[11] *Burwelle*] Burewel', Cott.

[12] *ei*] eidem, Cott.

quod prædictus Abbas[1] recognovit totam prædictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius Alexandri.

Habendum et tenendum ipsi Alexandro, et heredibus suis, de ipso Abbate et successoribus suis, et ecclesia sua de Rameseia, imperpetuum.

Reddendo annuatim, pro prædicta virgata terræ, cum pertinentiis, quam Godwinus Præpositus tenuit, tredecim solidos ad quatuor terminos anni, scilicet ad translationem[2] Sancti Benedicti in Julio tres solidos et tres denarios, et ad festum Sancti Michaelis tres solidos et tres denarios, et ad festum Sancti Andreæ tres solidos et tres denarios, et ad Pascha Floridum tres solidos et tres denarios, pro omni servitio.

Reddendo etiam pro prædicta virgata terræ, cum[3] pertinentiis, quam Ordgarus Clericus tenuit, septem solidos ad prædictos terminos, scilicet ad quemlibet terminum viginti et unum denarios, et faciendo de eadem virgata terræ forinsecum servitium, quantum pertinet ad quartam partem unius hidæ terræ. Unde trescentæ et sexaginta hidæ terræ, cum pertinentiis, faciunt servitium quatuor militum, per positionem militum et libere tenentium de curia ejusdem Abbatis et successorum suorum.

CCCCLXXXVII.

Cirographum Roberti filii Swein, de marisco de Winbodesham.

A.D. 1199. November 21. Fin between Robert Fitz

Hæc[4] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in crastino Sancti Edmundi, anno regni Regis Johannis primo, coram Galfrido filio Petri, Willelmo de Warenna, Ricardo[5] Heriet,[6] Simone de Pateshulle,[7]

---

[1] The words *remisit et* were inserted in Cott. after Abbas, but have been struck through.

[2] *translationem . . . pro omni servitio*] festum Sancti Benedicti, Sancti Michaelis, Sancti Andreæ, et ad Pascha Floridum, per æquales portiones, pro omni servitio, Cartul.

[3] *cum pertinentiis*] omit, Cott.

[4] Also among Feet of Fines, Norfolk, John, No. 6, and in Cott. Vesp. E. II., f. 51, with this rubric title, *Incipiunt concordiæ factæ* [*fcacte, MS.*], *in Curia Regis Johannis, et primo concordia inter Roberto Suein' et Abbatem Rameseiæ.*

[5] *Ricardo . . . fidelibus*] et aliis Justiciariis et fidelibus, Cartul.

[6] *Heriet*] de Herierd, Fine.

[7] *Pateshulle*] Pateshille, Fine.

Oseberto[1] filio Herevei,[2] Johanne de Gestlinge, Justiciariis, et aliis fidelibus domini Regis, tunc[3] ibi præsentibus, inter Robertum filium Sweini,[4] petentem, et Abbatem de Rameseia,[5] tenentem, per Reinerum[6] monachum suum, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de sexaginta et[7] quatuor perticatis[8] turbariæ, cum pertinentiis, in marisco de Stowe. Swein, and the Abbot of Ramsey concerning the marsh at Stow.

Unde recognitio de morte antecessoris summonita fuit inter eos in præfata[9] curia, scilicet, quod prædictus Robertus remisit[10] et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, totum jus et clameum, quod habuit in prædicta turbaria, imperpetuum.

Et pro hac quieta clamantia, et[11] fine, et concordia, prædictus Abbas concessit prædicto Roberto et heredibus suis unum mesuagium in villa Sancti Ivonis,[12] tenendum de[13] se et successoribus suis per tale servitium, scilicet quod prædictus Abbas et successores sui habebunt frontem illius mesuagii in præfata[14] villa, secundum assisam villæ, quamdiu nundinæ duraverint.

Et præterea idem[15] Abbas dedit ipsi Roberto unam marcam argenti.[16]

CCCCLXXXVIII.

Cirographum inter Abbatem et Fabianum, de terris in Burwelle.

Hæc[17] est finalis concordia, facta[18] in curia domini Regis, apud Westmonasterium, in crastino Ascensionis Domini, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quadragesimo tertio, coram Rogero de Thurkelby, Gilberto de Prestone, et Johanne f. c. v[xx]. ii. B. b. A.D. 1259. May 23. Fine between Hugh, Abbot of Ramsey,

---

[1] *Oseberto*] Osberto, Fine.

[2] *Herevei*] Hervei, Fine.

[3] *tunc ibi*] ibidem tunc, Fine and Cott.

[4] *Sweini*] Suein', Cott.

[5] *Rameseia*] Ramesie, Fine.

[6] *Reinerum*] Renerum, Cott.

[7] *et*] omit, Fine.

[8] *perticatis*] perticatas, Cartul.; percatis, Fine and Cott.

[9] *præfata*] omit, Cott.

[10] *remisit et*] omit, Fine and Cott.

[11] *et*] omit, Cartul.

[12] *Ivonis*] Yvonis, Cott.

[13] *de se*] sibi, Cott.

[14] *præfata*] prædicta, Cott.

[15] *idem*] prædictus, Fine and Cott.

[16] *argenti*] omit, Cartul.

[17] Also among Feet of Fines, Cambridge, 43 Henry III., and in Cott. Vesp. E. II., f. 74, with this rubric title, *Finis inter Abbatem Rameseiæ et Fabianum de Nesse.*

[18] *facta . . . præsentibus*] et cætera, Cartul. and Cott.

and Fabian de Nees of land in Burwell.

de Wyville, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[1] querentem, per Willelmum le Chaumberleyn,[2] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Fabianum de Nees,[3] impedientem,[4] de uno molendino, cum pertinentiis, in Burwelle.[5]

Unde placitum conventionis summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Fabianus recognovit prædictum molendinum, cum pertinentiis, ut in aquis, stagnis,[6] gurgitibus, piscariis, sequelis, et omnibus aliis rebus, ad prædictum molendinum pertinentibus, simul cum illis culturis, cum pertinentiis, quæ vocantur Schortheyte[7] Acris, et Langecroft', cum pratis, pasturis, communis, et mariscis, ad illas culturas pertinentibus, esse jus ipsius Abbatis, et ecclesiæ suæ de Rameseia.

Et illa ei reddidit in eadem curia, et remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, imperpetuum.[8]

Et præterea, idem Fabianus dedit et concessit eidem Abbati, et ecclesiæ suæ prædictæ, totam illam aquam,[9] cum pertinentiis, quæ provenit de Exningg',[10] et extendit se usque ad stagnum prædicti molendini.

Habendum et tenendum eidem Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, de prædicto Fabiano, et heredibus suis, in puram et perpetuam elemosinam, imperpetuum.[8]

Et prædictus Fabianus et heredes sui warantizabunt, acquietabunt, et defendent eidem Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ[11] prædictæ, prædictam aquam, cum pertinentiis, sicut prædictum est, ut puram et perpetuam elemosinam[12] suam, liberam et quietam, absque aliquo servitio inde faciendo, contra omnes homines, imperpetuum.[8]

Et idem Abbas concessit prædicto Fabiano totum illud mesuagium; et totam terram, cum pertinentiis, quæ Johan-

---

[1] *Rameseiæ*] de Rameseya, Fine and Cott.

[2] *Chaumberleyn*] Chaumberleng', Fine; Chamberleyn, Cott.

[3] *Nees*] Nes, Fine and Cott.

[4] *impedientem*] inpedientem, Fine and Cott.

[5] *Burwelle*] Bureswell', Fine; Burewell', Cott.

[6] *stagnis*] stagno, Fine.

[7] *Schortheyte*] Schorteheyte, Fine; Scorteheyte, Cott.

[8] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.

[9] *aquam*] terram, Cartul.

[10] *Exningg'*] Exning', Fine.

[11] *suæ*] omit, Cartul.

[12] *elemosinam*] omit, Cott.

nes Scoth[1] aliquando tenuit in Burwelle;[2] et tres acras terræ, cum pertinentiis, in eadem villa, quæ jacent in illa cultura, quæ abuctat super croftam[3] Gilberti de Stratham.

Habendum et tenendum eidem Fabiano et heredibus suis, de prædicto Abbate, et successoribus suis, et ecclesia sua prædicta, imperpetuum.[4]

Reddendo inde per annum, et pro toto alio tenemento quod idem Fabianus tenuit de[5] prædicto Abbate in eadem villa, die quo hæc concordia facta fuit, dimidiam libram cimini[6] ad Natale Domini, et faciendo inde forinsecum servitium, quod ad prædictam terram pertinet, pro omni servitio, et[7] consuetudine, et exactione.

Et præterea idem Abbas concessit, pro se, et successoribus suis, et ecclesia sua prædicta, quod prædictus Fabianus et heredes sui habeant, de cætero, liberam[8] chasiam,[9] cum averiis suis propriis, ultra stagnum prædicti molendini de Nees,[10] ad terram, quam idem Fabianus habet prope illud molendinum, excolendam et pascendam, debitis temporibus, absque damno faciendo in bladis et pratis ipsius Abbatis, et successorum suorum, et ecclesiæ suæ prædictæ.

CCCCLXXXIX.

Cirographum Willelmi le Curteys, de tenementis in Welles.

Hæc[11] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Hertford',[12] in octabis Nativitatis[13] Sanctæ[14] Mariæ, anno regni Regis Johannis quarto, coram Galfrido de Insula, Regi- A.D. 1202. September 8—15. Fine between

---

[1] *Scoth*] Schot, Fine and Cott.

[2] *Burwelle*] Bureswelle, Fine; Burewelle, Cott.

[3] *croftam*] coftam, Cartul.

[4] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.

[5] *de . . . villa*] in eadem villa de prædicto Abbate, Fine and Cott.

[6] *cimini*] cymini, Fine.

[7] *et*] omit, Fine and Cott.

[8] *liberam*] omit, Cartul.

[9] *chasiam*] chasciam suam, Fine.

[10] *Nees*] Nes, Fine and Cott.

[11] Also among Feet of Fines, Norfolk, John, No. 228, with a note at the end, *Ricardus le Curteis apposuit clamium suum, Norf.*'; and in Cott. Vesp. E. II., f. 51 b., with this rubric title, *Concordia inter Robertum, Abbatem Rameseiæ, et W[illelmum] le Curteis.*

[12] *Hertford'*] Hereford', Cott.

[13] *Nativitatis*] omit, Cartul. and Cott.

[14] *Sanctæ*] Beatæ, Fine and Cott.

Robert, Abbot of Ramsey, and William Curteys, of land in Wells.

naldo de Cornhill',[1] Waltero de Crepinge,[2] Reginaldo de Argenth',[3] Justiciariis domini[4] Regis, et aliis baronibus domini Regis, tunc ibi præsentibus, inter Robertum, Abbatem Rameseiæ,[5] petentem, et Willelmum Curteys,[6] tenentem, de viginti acris terræ, cum[7] pertinentiis, in Welles.

Nota pro Wells.

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Willelmus recognovit totam prædictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis.

Et pro hac recognitione, et[8] fine, et concordia, prædictus Abbas concessit prædicto Willelmo et heredibus suis totam prædictam terram, cum pertinentiis, et totam terram, quam Walterus, pater prædicti Willelmi, tenuit[9] in eadem villa, et in Enemeth', et in Helleg',[10] et alibi, cum pertinentiis, die quo idem Walterus iter suum arripuit versus Jerusalem; tenendam de prædicto Abbate, et successoribus suis, sibi et heredibus suis imperpetuum,[11] per liberum servitium viginti solidorum, et sex millium[12] anguillarum,[13] et duodecim[14] stikarum anguillarum, per annum, pro omni servitio, salvo forinseco servitio.

Et pro hac concessione, prædictus Willelmus remisit et quietum clamavit prædicto Abbati, et successoribus suis, quindecim acras terræ in Welles, quæ[15] jacent infra antiquum Fendich',[16] de se et heredibus suis, imperpetuum.[17]

---

[1] *Cornhill'*] Cornhull', Cott.

[2] *Crepinge*] Creppinge, Fine.

[3] *Argenth'*] Argentem, Cott.

[4] *domini Regis*] omit, Cartul. and Fine.

[5] *Rameseiæ*] de Rameseia, Fine.

[6] *Curteys*] le Curteis, Fine and Cott.

[7] *cum pertinentiis, in Welles*] in Welles cum pertinentiis, Cott.

[8] *et*] omit, Cartul.

[9] *tenuit*] omit, Cartul.

[10] *Hellea'*] Heligeia, Fine; Heling', Cott.

[11] *imperpetuum*] omit, Cott.

[12] *millium*] millariorum, Fine.

[13] *anguillarum*] omit, Cartul. and Fine.

[14] *duodecim stikarum*] duarum stickarum, Cott.; duodecim stikkis, Cartul.

[15] *quæ jacent*] qui jacent, Fine; repeated in Cott.

[16] *Fendich'*] Fendis, Fine.

[17] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine and Cott.

CCCCXC.

Cirographum de Walsokne, inter H[ugonem] Abbatem et Stephanum de Marisco.

A.D. 1220. March 29—April 29. Fine between Hugh, Abbot of Ramsey, and Stephen de Marisco, concerning land in Walsoken.

Hæc[1] est finalis concordia, facta[2] in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quarto, coram Huberto de Burgo, Capitali Justiciario Angliæ, Roberto de Veer,[3] Comite Oxoniæ, Martino[4] de Pateshulle, Radulpho Harang', Stephano de Sedgrave[5] Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus[6] tunc ibi præsentibus, inter Hugonem,[7] Abbatem Rameseiæ,[8] petentem, et Stephanum[9] de Marisco, tenentem, de sexaginta acris terræ, cum pertinentiis, in Walsokne.[10]

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia.

Et inter prædictum Stephanum, petentem, et prædictum Abbatem, tenentem, de undecim virgatis terræ, cum pertinentiis, in Walsokne.[10]

Unde assisa mortis antecessoris summonita[11] fuit inter eos in præfata curia, scilicet quod prædictus Stephanus remisit, et quietum clamavit, de se et heredibus suis, prædicto Abbati et successoribus suis, totum jus et clameum, quod habuit in prædictis undecim virgatis terræ, cum pertinentiis, in Walsokne.

Et pro hac remissione, quieta clamantia, fine, et concordia, idem Abbas recognovit et concessit prædictas sexaginta acras terræ, cum pertinentiis, esse jus ipsius Stephani.

Et præterea dedit et concessit eidem Stephano, pro homagio et servitio suo, alias sexaginta acras terræ[12] lucrabilis in Walsokne, per perticam sexdecim pedum mensuratas. f.c.v^{xx}. ii. b.

Scilicet, in novo campo, decem et octo acras, et unam rodam, et triginta et unam perticam, et quatuor pedes.

Et[13] in eodem campo, de terra, quæ fuit Radulphi, sex acras et dimidiam, in crofto, versus regale iter.

---

[1] Also among Feet of Fines, Norfolk, Henry III., No. 106, and in Cott. Vesp. E. II., f. 54, with this rubric title, *Concordia inter H[ugonem] Abbatem Rameseiæ et Stephanum de Marisco.*

[2] *facta*] fcacta, Cott.

[3] *Veer*] Ver, Fine and Cott.

[4] *Martino . . . et aliis*] et aliis Justiciariis et fidelibus, Cartul.

[5] *Sedgrave*] Seggrave, Cott.

[6] *fidelibus*] omit, Cartul.

[7] Hugh Foliot.

[8] *Rameseiæ*] Rammesh', Fine.

[9] *Stephanum*] Stephano, Cartul.

[10] *Walsokne*] Walsocne, Fine.

[11] *summonita*] sumonita, Cott.

[12] *terræ lucrabilis*] arabiles, Cott.

[13] *et*] supplied from Cott.

Et in eodem campo, tres acras et dimidiam, duodecim pedibus minus.

Et in eodem campo, de terra, quæ fuit Walteri filii Luciæ, tres acras, et unam rodam, et triginta et quatuor perticas.

De[1] terra, quæ fuit Cinawini, ante[2] domum Petri filii Willelmi, quatuor acras.

Ad domum Silthein, quinque acras, et unam rodam, et triginta et tres perticas et dimidiam.

In Utwelle,[3] decem acras, et unam rodam, et triginta et duas perticas.

In Ramed', duas acras et dimidiam, et unam rodam, et[4] viginti quinque perticas.

In Cnapmor quinque acras, et octo perticas et dimidiam.

Et homagium et totum servitium Adæ de Aula de duabus acris terræ et dimidia, quas tenuit de ipso Abbate in Walsokne; scilicet, octo denarios per annum, et[5] forinsecum servitium.

Habenda et tenenda ipsi[6] Stephano, et heredibus suis, de prædicto Abbate, et successoribus suis, imperpetuum, per liberum servitium quinque solidorum per annum, reddendorum ad duos terminos anni; scilicet ad Pascha duos solidos et[4] sex denarios, et ad festum Sancti Michaelis duos solidos et[4] sex denarios, pro omni servitio, et[4] consuetudine, et sæculari exactione.

Et sciendum, quod prædictus Adam præsens fuit in eadem curia, et hanc concordiam concessit, et cognovit se debere prædictum servitium.

CCCCXCI.

Cirographum inter Hugonem Abbatem et G[aufridum], de terra in Walsokne.

A.D. 1260. April 4—May 2. Fine between Hugh, Abbot of Ramsey,

Hæc[7] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quadragesimo quarto, coram Rogero de Thurkeby,[8] Gilberto de Preston', Johanne[9] de Wyville, et Johanne de Kave, Justiciariis, et aliis domini

[1] *De . . . dimidiam*] These four lines are written in the upper margin in Cartul., and referred to their proper place in the text by a mark. The words *et dimid'* also occur at this mark, but have been struck through.

[2] *ante*] apud, Cartul.

[3] *Utwelle*] Witteswell', Cott.

[4] *et*] omit, Cartul.

[5] *et forinsecum servitium*] de forinseco servitio, Cott.

[6] *ipsi Stephano*] ipso Stephani, Cartul.

[7] Also among Feet of Fines, Norfolk, Henry III., No. 1436.

[8] *Thurkeby*] Thurkelby, Fine.

[9] *Johanne . . . et aliis*] et aliis Justiciariis et, Cartul.

Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[1] querentem, per Willelmum le Chaumberleyn,[2] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Gaufridum[3] de Marisco, per Reginaldum de Rodes, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de hoc, quod idem Abbas questus fuit, quod cum prædictus Galfridus, ratione sexcies[4] viginti acrarum[5] terræ, quas de eodem Abbate tenet in Walsokne, teneatur reparare wallias et fossata maris et marisci, quæ ad dictam terram pertinent, quandam partem walliarum et fossatorum prædictorum reparare omittit, propter quod idem Abbas ad reparationem eorum injuste distringitur, ad[6] grave damnum ipsius Abbatis. and Geoffrey de Marisco, concerning Walsoken.

Et unde placitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet quod prædictus Gaufridus[7] concessit, pro se et heredibus suis, quod ipsi decætero wallias et fossata, quæ ad sexaginta acras terræ subscriptas pertinent, reparabunt imperpetuum.[8]

Videlicet, pro quinque acris terræ jacentibus in campo de Kapmor, viginti pedes super fossatum, quod vocatur Enemethmenes.

Et pro duabus acris terræ, et tribus rodis, et triginta et quinque perticatis terræ in Rammeth', quantum pertinet ad latitudinem frontis prædictæ terræ.

Et pro triginta et una acris[9] terræ in novo campo, viginti et duas perticatas et quinque pedes de fossato marisci ad frontem prædictæ terræ; et etiam viginti perticatas et quatuor pedes de Sydych',[10] inter Walsokne et Enemeth'.

Et pro quinque acris terræ, quas prædictus Gaufridus[7] tenet in novo campo, per escambium factum cum Ada Hunter[11] pro quatuor acris terræ, de terra quondam Knythwyn, quas quidem quatuor acras terræ Radulphus et Petrus, filii prædicti[12] Adæ, nunc tenent in escambium, quantum pertinet ad prædictas quinque acras terræ.

Et quicquid ad dictas wallias et fossata pertinet,[13] vel secundum majus vel[14] minus pertinere contigerit, dictus Gal-

---

[1] *Rameseiæ*] de Raveseye, Fine.
[2] *Chaumberleyn*] Chambeleyn, Fine.
[3] *Gaufridum*] Galfridum, Fine.
[4] *sexcies*] sexies, Fine.
[5] *acrarum*] acras, Cartul.
[6] *ad*] in, Fine.
[7] *Gaufridus*] Galfridus, Fine.
[8] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.
[9] *acris*] acra, Fine.
[10] *Sydych'*] Syddych', Fine.
[11] *Hunter*] Homter, Fine.
[12] *prædicti*] dicti, Fine.
[13] *pertinet*] pertinent, Cartul.
[14] *vel*] et, Fine.

fridus concessit, pro se et heredibus suis, quod ipsi de cætero reparabunt.

Et prædictum Abbatem, et successores suos, et ecclesiam suam de Rameseye, et homines eorum de Walsokne, imperpetuum inde[1] conservabunt indempnes.[2]

Et si contingat, quod idem Gaufridus,[3] vel heredes sui, pro illis decem acris, et una roda terræ, et triginta et duabus perticatis, in Wythewelle; et similiter pro illis quinque acris, et una roda terræ, et triginta et tribus perticatis et dimidia, jacentibus ad domum Subceyn, quæ sunt de numero prædictarum sexaginta acrarum terræ, quas dictus Gaufridus[3] tenet, wallias vel fossata aliqua debeant reparari, idem Gaufridus[3] et heredes sui eadem reparabunt imperpetuum.[4]

Et sic de istis walliis et fossatis, sicut et de aliis supradictis, reparandis, prædictum Abbatem, et successores suos, et ecclesiam suam,[5] et homines suos prædictos, indempnes[2] conservabunt imperpetuum.[4]

Ita quod prædictus Abbas, et successores sui, et ecclesia prædicta, et homines eorum prædicti, pro reparatione walliarum[6] dictarum et fossatorum de cætero non vexabuntur.

Et pro hac concessione, fine, et concordia, idem Abbas concessit, pro se et successoribus suis,[7] et ecclesia sua prædicta, quod ipsi de cætero prædictum Gaufridum[8] et heredes suos pro prædictis sexaginta acris terræ non vexabunt, ad ampliores wallias vel fossata facienda, quam ea, quæ supra dicuntur.

Et præterea idem Abbas recepit prædictum Gaufridum[8] et heredes suos in singulis beneficiis et orationibus, quæ de cætero fient in ecclesia sua prædicta, imperpetuum.[4]

CCCCXCII.

Cirographum inter Willelmum de Warenna et Abbatem Rameseiæ, de Wynbodesham.

A.D. 1190. Dec. 8. Fine between

Hæc[9] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, Sabbato proximo post festum Sancti

[1] *inde*] omit, Cartul.

[2] *indempnes*] indempnos, Cartul.

[3] *Gaufridus*] Galfridus, Fine.

[4] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.

[5] *suam*] prædictam, Fine.

[6] *walliarum dictarum*] dictarum walliarum, Fine.

[7] *suis*] omit, Cartul.

[8] *Gaufridum*] Galfridum, Fine.

[9] Also in Cott. Vesp. E. II., f. 48 b, with this rubric title, *Concordia inter Abbatem Rameseiæ et Willelmum de Warenna.* Another copy also occurs on f. 45 of the same MS., the collations from which are distinguished thus, Cott. (2). In the margin of Cott. (2) is written *Nortf'*.

f. c. v[xx]. iii. Reiner, Abbot of Ramsey, and William de Warren, concerning marsh land in Wimbotsham and Stow.

Nicholai, anno regni Regis Ricardi secundo, coram Willelmo, Eliensi[1] Episcopo, Apostolicæ Sedis Legato, et domini Regis Cancellario, Ricardo Londoniensi, Reginaldo Bathoniensi, Gaufrido[2] Wyntoniensi,[3] Episcopis; Hugone Bardolf',[4] Roberto de Witefeld',[5] Simone de Patesh',[6] Simone de Kyma,[7] Magistro Godefrido de Insula, Ada[8] de Tornore,[9] et aliis baronibus et fidelibus domini Regis, tunc ibi præsentibus, inter Reinerum[10] Elemosinarium de Rameseia, et Magistrum Herbertum,[11] positos loco Abbatis de[12] Rameseia in curia domini Regis ad lucrandum vel perdendum, et Willelmum de Warenna, de marisco, quod pertinet ad manerium de Wynbodesham,[13] et de Stowe et de Dounham,[14] quod prædictus Abbas clamavit versus prædictum Willelmum de Warenna.

Unde placitum summonitum[15] fuit inter eos in curia domini Regis, scilicet, quod tertia pars prædicti marisci remaneat[16] domino[17] Abbati et conventui imperpetuum, et duæ partes prædicto Willelmo et heredibus suis.

Ita quod prædictus Abbas capiet primo de prædicto marisco, scilicet juxta Stapelwere, triginta duas perticas in latitudine juxta aquam, et Willelmus postea sexaginta quatuor similiter[18] in latitudine.[19]

Et sic capient deinceps Abbas primo, et postea[20] Willelmus, quantum mariscum illud se[21] extendit.[22]

---

[1] *Eliensi*] Elyensi, Cott.

[2] *Gaufrido*] Galfrido, Cott. (2).

[3] *Wyntoniensi*] Wintoniensi, Cott.

[4] *Bardolf'*] Bardulph', Cott.

[5] *Witefeld'*] originally written Witelesfelde in Cott., but afterwards altered; Wytefeld', Cott. (2).

[6] *Patesh'*] Pateshul', Cott.; Pateshill', Cott. (2).

[7] *Kyma*] Kima, Cott.

[8] *Ada*] Adam, Cott. (2).

[9] *Tornore*] Thorneye, Cartul.

[10] *Reinerum*] Reynerum, Cott.

[11] *Herbertum*] Herebertum, Cott.

[12] *de Rameseia*] Rames', Cott.

[13] *Wynbodesham*] Winebodesham, Cott.; Wymbotesham, Cott. (2).

[14] *Dounham*] Dunham, Cott. and Cott. (2).

[15] *summonitum*] omit, Cott. and Cott. (2).

[16] *remaneat*] remanet, Cott. and Cott. (2).

[17] *domino*] dicto, Cott.; omit, Cott. (2).

[18] *similiter*] originally written *scilicet* in Cartul., but afterwards altered.

[19] *latitudine*] latum, Cott. (2).

[20] *postea Willelmus*] Willelmus postea, Cott.

[21] *se extendit*] extenderit se, Cott.

[22] *extendit*] extenderet, Cott. (2).

CCCCXCIII.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Rogerum Colevile, de ecclesia de Walsokne.

A.D. 1300. April 10—May 8. Fine between John de Saltrey, Abbot of Ramsey, and Roger de Colevile and Desiderata his wife, concerning the advowson of Walsoken church.

Hæc [1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Eboracum, a die Paschæ in unum mensem, anno regni Regis Edwardi, filii Regis Henrici, vicesimo octavo, coram Johanne de Metingham,[2] Willelmo de Bereford', Elya[3] de Bekyngham,[4] Petro Maloure,[5] Willelmo Howard,[6] et Lamberto de Trikyngham,[7] Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus tunc ibi præsentibus, inter Johannem de Sautre, Abbatem ecclesiæ Sancti Benedicti de Rammeseye, petentem, per Andream le Moigne,[8] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Rogerum de Colevile,[9] et Desideratam uxorem ejus, impedientes, de advocatione ecclesiæ de Walsokne, cum pertinentiis.

Unde assisa ultimæ præsentationis summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædicti Rogerus et Desiderata recognoverunt[10] prædictam advocationem, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis, et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti prædictæ, et illam remiserunt et quietum clamaverunt, de se, et heredibus[11] ipsius Desideratæ, prædicto Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti prædictæ, imperpetuum.

Et pro hac recognitione, remissione, quieta clamatione, fine, et concordia, idem Abbas dedit prædictis Rogero et Desideratæ centum libras sterlingorum.

Et hæc concordia facta fuit per præceptum ipsius domini Regis illustris.[12]

---

[1] Also among Feet of Fines, Norfolk, Edw. I., No. 800, and in Cott. Vesp. A. XVIII. f. 96, with this title, *Finis pro ecclesia de Walsokne*, and in the margin, *Nota*.

[2] *Metingham*] Metyngham, Fine.

[3] *Elya*] Elia, Fine.

[4] *Bekyngham*] Bekingham, Fine.

[5] *Maloure*] Malorre, Fine; Malore, Cott.

[6] *Howard*] Houhard, Cott.

[7] *Trikyngham*] Trikingham, Fine; Trigingham, Cott.

[8] *Moigne*] Moygne, Fine; Moyne, Cott.

[9] *Colevile*] Colevill', Fine; Colleville, Cott.

[10] *recognoverunt*] cognoverunt, Cartul.

[11] *suis* occurs in Cott. after *heredibus*, but has been erased.

[12] *illustris*] omit, Fine and Cott.

CCCCXCIV.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Johannem Extraneum, de ecclesia de Hulmo.

Nota pro [ ] *Extraneo* [ ].

A.D. 1188. November 13. Fine between the Abbot of Ramsey and John Lestrange, concerning the advowson of Holm church.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, die Dominica proxima post festum Sancti Martini, anno regni Regis Henrici Secundi[2] tricesimo quarto, coram Johanne Norwicensi Episcopo, et Rannulpho de Glonn',[3] Justiciariis[4] domini Regis, et Godefrido de Luci, et Radulpho, Archidiacono Hereford', et aliis fidelibus domini Regis, tunc[5] ibi præsentibus, inter Abbatem de Rameseia, et Johannem Extraneum, per Magistrum Herbertum,[6] quem idem[7] Abbas attornaverat loco suo in curia domini Regis, ad lucrandum vel perdendum, de advocatione ecclesiæ de Hulmo.

Unde placitum fuit inter eos in curia domini Regis, et unde magna assisa fuit[8] summonita, scilicet, quod idem Abbas et conventus Rameseiæ clamaverunt quietum, de se et successoribus suis, totum jus et clamium, quod in illa advocatione habuerunt, præfato Johanni, et heredibus suis, imperpetuum.

Et Johannes, Episcopus Norwycensis, consensu prædicti Johannis Extranei, dat et concedit ecclesiæ Rameseiæ unam marcam argenti singulis annis, a persona præfatæ ecclesiæ percipiendam in ebdomada Paschæ.

Ita quod quicumque in eadem ecclesia ab eodem Johanne Extraneo præsentatus fuerit persona, eandem marcam annuatim ad prædictum terminum persolvet[9] eidem monasterio de ecclesia prædicta.[10]

CCCCXCV.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Robertum de Gravele, de terra in Laushill'.

A.D. 1273. April 9—23. Fine between Wil-

Hæc[11] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in quindecim dies, anno

[1] Also in Cott. Vesp. E. II. f. 42 b. A blank space is left for the rubric title, and in the margin is written, *Nortf'*.

[2] *Secundi*] omit, Cartul.

[3] *Glanville*] Gloun, Cartul. and Cott.

[4] *Justiciariis . . . fidelibus domini Regis*] et aliis Justiciariis et domini Regis fidelibus, Cartul.

[5] *tunc ibi*] ibi tunc, Cott.

[6] *Herbertum*] Herebertum, Cott.

[7] *idem*] ipse, Cott.

[8] *fuit*] omit, Cartul.

[9] *persolvet*] persolvat, Cott.

[10] *prædicta*] præfata, Cott.

[11] Also among Feet of Fines, Suffolk, 1 Edw. I.

liam, Abbot of Ramsey, and Robert de Gravele, concerning land, &c., in Lawshall.

regni Regis Edwardi filii Regis Henrici primo, coram Gilberto de Prestone, Magistro Rogero de Sextone,[1] Radulpho[2] de Hengham, Roberto Fultone, et Willelmo Welaund, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Willelmum, Abbatem Rameseiæ,[3] querentem, per Stephanum de Walsokne, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Robertum de Gravele, impedientem,[4] de triginta et tribus acris terræ, dimidia acra prati, una acrá pasturæ, quatuor acris bosci, quatuor solidatis et quinque denaratis[5] redditus,[6] et tertia parte unius mesuagii, cum pertinentiis, in Laushull'.

Unde placitum warantiæ cartæ summonita fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædictus Robertus recognovit prædictum tenementum, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis, et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti Rameseiæ,[3] ut illud, quod idem Abbas et ecclesia suà prædicta habent de dono prædicti Roberti.

Habendum et tenendum prædicto[7] Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, de prædicto Roberto, et heredibus suis, in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni sæculari servitio [et] exactione imperpetuum.[8]

Et prædictus Robertus et heredes sui warantizabunt, ac-
f. c.v[xx].iii.b. quietabunt et defendent eidem Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, prædicta tenementa, cum pertinentiis, ut liberam, puram, et perpetuam elemosinam suam, absque aliquo servitio inde faciendo, contra omnes homines, imperpetuum.[8]

Et idem Abbas recepit prædictum Robertum[9] et heredes suos in singulis beneficiis et orationibus, quæ decætero fient in ecclesia sua prædicta, imperpetuum.[8]

CCCCXCVI.

Cirographum inter Willelmum Abbatem, et Robertum Bradefen, de terra de Laushille.

A.D. 1273. April 9—23. Fine between Wil-

Hæc[10] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Paschæ in quindecim dies, anno regni

[1] *Sextone*] Seytone, Fine.

[2] *Radulpho . . Regis*] et aliis Justiciariis domini Regis, Cartul.

[3] *Rameseiæ*] de Rameseye, Fine.

[4] *impedientem*] inpedientem, Fine.

[5] *denaratis*] denarratis, Fine.

[6] *redditus*] omit, Cart.

[7] *prædicto*] eidem, Fine.

[8] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.

[9] The words *et Agn* occur in the Cartulary after Robertum, but have been struck through.

[10] Also among Feet of Fines, Suffolk, 1 Edw. I.

liam, Abbot of Ramsey, and Robert Bradefen, and Agnes, his wife, concerning land, &c., in Lawshall.

Regis Edwardi, filii Regis Henrici, primo, coram Gilberto de Prestone, Magistro [1] Rogero de Seyton', Radulpho de Hengham, Roberto Fulcon', et Willelmo de Welonde, Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Willelmum, Abbatem Rameseiæ, [2] querentem, per Stephanum de Walsokne, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Robertum Bradefen,[3] et Agnetem uxorem [4] ejus, impedientes,[5] de quadraginta et septem acris terræ, dimidia acra prati, octo acris bosci, duabus acris pasturæ, octo solidatis et decem denaratis [6] redditus, et[7] duabus partibus unius mesuagii, cum pertinentiis, in Laushille.[8]

Unde placitum [9] warantiæ cartæ summonitum fuit inter eos in eadem curia, scilicet, quod prædicti Robertus et Agnes recognoverunt prædicta [10] tenementa, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis et ecclesiæ suæ Sancti Benedicti Rameseiæ,[2] ut illud quod idem Abbas et ecclesia sua prædicta[11] habent de dono prædictorum [12] Roberti et Agnetis.

Habendum et tenendum prædicto [13] Abbati, et successoribus suis,[14] et ecclesiæ suæ prædictæ, de prædictis Roberto et Agnete, et heredibus suis,[15] in puram et perpetuam elemosinam, liberam et quietam ab omni sæculari servitio et exactione, imperpetuum.[16]

Et prædicti Robertus et Agnes et heredes sui [17] warantizabunt, acquietabunt, et defendent eidem Abbati et successoribus suis, et ecclesiæ suæ prædictæ, prædicta [10] tenementa cum pertinentiis, ut liberam, puram et perpetuam elemosinam suam, absque aliquo servitio inde faciendo, contra omnes homines, imperpetuum.[17]

---

[1] *Magistro . . . fidelibus*] et aliis Justiciariis et fidelibus Domini Regis, Cartul.

[2] *Rameseiæ*] de Rameseye, Fine.

[3] *Bradefen*] de Bradefeud, Fine.

[4] *uxorem ejus*] omit, Cartul.

[5] *impedientes*] inpedientes, Fine.

[6] *denaratis*] denarratis, Fine.

[7] *et*] omit, Cartul.

[8] *Laushille*] Laushulle, Fine.

[9] *placitum*] *omit*, Cartul.

[10] *prædicta tenementa*] prædictum tenementum, Cartul.

[11] *prædicta*] omit, Cart.

[12] *prædictorum*] prædicti, Cartul.

[13] *prædicto*] eidem, Fine.

[14] *suis*] suis imperpetuum, Cartul.

[15] *suis*] eorum, Fine.

[16] *imperpetuum*] inperpetuum, Fine.

[17] *sui*] eorum, Fine.

Et idem Abbas recepit prædictos[1] Robertum et Agnetem, et heredes suos,[2] in singulis beneficiis et orationibus, quæ de cætero fient in ecclesia sua prædicta, imperpetuum.[3]

CCCCXCVII.

Cirographum inter Robertum de Broy et Hugonem Abbatem, de Crawele.

A.D. 1221. Sept. 29—Oct. 27. Fine between Robert de Broy and Hugh, Abbot of Ramsey, concerning land in Crawley.

Hæc[4] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Westmonasterium, a die Sancti Michaelis in unum mensem, anno regni Regis Henrici, filii Regis Johannis, quinto, coram Roberto de Veer,[5] Comite Oxoniæ, Martino de Pateshill',[6] Radulpho[7] Harang',[8] Stephano de Seggrave,[9] Thoma de Heydene,[10] Roberto de Lexintone,[11] Justiciariis, et aliis domini Regis fidelibus, tunc ibi præsentibus, inter Robertum de Broy, petentem, et Hugonem, Abbatem Rameseiæ,[12] tenentem, de una virgata terræ, cum pertinentiis, in Crawelle.[13]

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Robertus remisit et quietum clamavit, de se et heredibus suis, ipsi Abbati, et successoribus suis, et ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia, imperpetuum,[3] totum jus et clamium, quod habuit in tota prædicta terra, cum pertinentiis.

Et pro hac remissione, et[14] quieta clamantia, et[14] fine, et concordia, idem Abbas dedit ipsi Roberto triginta marcas argenti.

---

[1] *prædictos*] prædictum, Cartul.

[2] *suos*] eorum, Fine.

[3] *imperpetuum*] in perpetuum, Fine and Cott.

[4] Also among Feet of Fines, Bedford, 5 Henry III.; and in Cott. Vesp. E. II., f. 55, with this rubric title, *Concordia inter Robertum de Broy, et Hugonem, Abbatem Rameseiæ.*

[5] *Veer*] Ver, Fine; Wer, Cott.

[6] *Pateshill'*] Pateshull', Fine and Cott.

[7] *Radulpho . . . domini Regis*] et aliis Justiciariis domini Regis, Cartul.

[8] *Harang'*] Hareng', Fine.

[9] *Seggrave*] Segrave, Fine.

[10] *Heydene*] Haiden', Fine.

[11] *Lexintone*] Laxinton', Fine.

[12] *Rameseiæ*] de Rames', Fine.

[13] *Crawelle*] Craule, Fine, Crawell', Cott.

[14] *et*] supplied from Fine.

CCCCXCVIII.

Cirographum inter Abbatem Rameseiæ et Willelmum de Haliwelle.

A.D. 1295. Sept. 29—October 6. Fine between Robert, Abbot of Ramsey, and William de Haliwell, concerning land in Pekesdene.

Hæc[1] est finalis concordia, facta in curia domini Regis, apud Sanctam Brigidam Londoniæ, in octabis Sancti Michaelis, anno regni Regis Johannis septimo, coram Gaufrido filio Petri, Eustachio de Faucunberge, Johanne[2] de Gestlinge, Waltero de Crepinge,[3] Justiciariis, et aliis Baronibus domini Regis, tunc ibi præsentibus, inter Robertum, Abbatem Rameseiæ,[4] petentem, per Robertum Clericum, positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, et Willelmum de Haliwelle,[5] tenentem, per Thomam de Therefeld,[6] positum loco suo ad lucrandum vel perdendum, de duabus virgatis terræ, cum pertinentiis, in Pekesdene. *Pekesdene.*

Unde placitum fuit inter eos in præfata curia, scilicet, quod prædictus Willelmus recognovit totam prædictam terram, cum pertinentiis, esse jus ipsius Abbatis, et[7] ecclesiæ Sancti Benedicti de Rameseia.

Et pro hac recognitione, et[8] fine, et concordia, idem[9] Abbas concessit prædicto Willelmo totam prædictam terram, cum pertinentiis; et præterea quoddam pratellum in eadem villa, in augmentationem[10] prædictarum duarum virgatarum terræ, scilicet, quod jacet juxta domum Simonis de Pekesdene.

Habendum et tenendum eidem Willelmo, tota[11] vita sua, de ecclesia de Rameseia, per liberum servitium undecim solidorum per annum, pro omni servitio, salvo forinseco servitio, scilicet, ad Annunciationem Beatæ Mariæ quinque solidi et[12] sex denarii, et ad festum Sancti Michaelis quinque solidi et[12] sex denarii.

---

[1] Also in Pedes Finium, ed. Hunter (Record Commission), Vol. 1, p. 62; and in Cott. Vesp. E. II. f. 52 b.

[2] *Johanne de Gestlinge . . . et aliis*] et aliis Justiciariis et, Cartul.

[3] *Crepinge*] Cepinge, Fine; Cresing', Cott.

[4] *Rameseiæ*] de Rames', Fine.

[5] *Haliwelle*] Halywelle, Cott.

[6] *Therefeld*] Terefeld, Fine.

[7] *et ecclesiæ . . . Rameseia*] de Rameseia et ecclesiæ Sancti Benedicti ejusdem loci, Cartul.

[8] *et*] omit, Cartul.

[9] *idem*] idem prædictus, Cott.

[10] *augmentationem*] augmentum, Fine and Cott.

[11] *tota*] in tota, Cott.

[12] *et*] omit, Cartul.

Et post decessum ejusdem Willelmi prædictæ duæ virgatæ terræ, et prædictum pratellum, cum pertinentiis, revertentur ad ipsum Abbatem et successores suos, quieta de heredibus dicti[1] Willelmi, imperpetuum.

CCCCXCIX.

f.c.v.^{xx}.v.b.[2] *In Rotulo Taxationis decimæ et quintædecimæ Regi a laicis concessarum anno octavo Regis Edwardi tertii post Conquestum.*

A.D. 1334, Jan. 25—A.D. 1335, Jan. 24. Account rendered into the Exchequer by Simon, Abbot of Ramsey, Collector of the Tenth and Fifteenth for the County of Huntingdon.

Huntingdonia.[3] Compotus Simonis,[4] Abbatis de Ramescia,[5] Collectoris decimæ[6] et quintædecimæ Regi a laicis concessarum, in comitatu Huntingdoniæ, anno octavo, Philippi de Norwico, attornati ejusdem Abbatis pro eo, sicut continetur in Memorandis de anno nono, Termino Paschæ, de eisdem quintadecima et decima.

Idem reddit compotum de trecentis, et quaterviginti, et quatuordecim libris, septem solidis, septem denariis, obolo, quadrante, de quintadecima bonorum mobilium comitum, baronum, militum, et aliorum communitatis comitatus Huntingdoniæ, sicut continetur in Indentura de particulis inter ipsum Simonem[7] Abbatem et Edmundum de Grymesby ad hoc assignatos, inde in Thesauro liberatis.

Et de quinquaginta libris, tribus denariis, de decima bonorum mobilium hominum Burgi Hunt[ingdoniæ,[8] et dominicorum

---

[1] *dicti*] ipsius, Fine and Cott.

[2] Folios c.v^{xx}.iiii. and dorse, and c.v^{xx}.v. are entirely blank.

[3] The original of this Account is preserved among the Records of the Exchequer, Lay Subsidies, 122/8. At the top is this memorandum :

Thom' de Blaston', H. de Colewik', clericus, } Auditores.

Liberatur ad ingrossandum, vicesimo octavo die Maii, anno nono Regis Edwardi Tertii [May 28, 1335.]

This original Account is struck through from top to bottom ; it was probably entered up on some Exchequer Roll of Accounts.

[4] *Simonis*] omit, Exch.

Simon de Eye, Abbot of Ramsey, from 1316 to 1342.

[5] *Rameseia*] Rammeseye, Exch.

[6] *decimæ et quintædecimæ*] quintædecimæ et decimæ, Exch.

[7] *Simonem*] omit, Exch.

[8] *Huntingdoniæ*] Huntind', Exch.

de Brampton', Gurmuncestre, Alkemondesbury, Offord Cluny, Herford', et Ripton'[1] Regis, sicut continetur ibidem.

Summa quadringentæ quadraginta et quatuor libræ, septem solidi, decem denarii, obolus, quadrans.[2]

In thesauro quadringentæ et tres libræ, quindecim solidi, tres denarii, obolus, in duobus talliis.

Et non debet summoneri de duodecim libris, de quibus oneratur de decima Burgi Huntingdon'; eo quod Johannes Russel respondet de viginti marcis pro communitate villæ prædictæ.

Item in Thesauro viginti et una libræ, sexdecim solidi, decem denarii, in duobus talliis.

Et debet sex libras, quindecim solidos, novem denarios, quadrantem.

Et in Thesauro quinquaginta et duo solidi, sex denarii.

Et debet quatuor libras, tres solidos, tres denarios, quadrantem.

Et eidem Abbati, pro misis et expensis suis, quinque marcæ.

In Thesauro, sexdecim solidi, septem denarii, obolus.

Et habet superplusagium, quadrantem.

D.

A.D. 1334, Jan. 25—A.D. 1335, Jan. 24. State and view of account rendered into the Exchequer by Simon, Abbot of Ramsey, concerning the same.

Huntingdonia.[3] Audito compoto Abbatis de Rammeseye, Collectoris quintædecimæ et decimæ prædictarum in comitatu Huntingdoniæ, Philippi de Norwyco, attornati ejusdem Abbatis pro eo.

De eisdem quintadecima et decima debet quadringentas quadraginta et quatuor libras, septem solidos, decem denarios, obolum, quadrantem.

Postea allocantur ei in rotulo quadringentæ tres libræ, quindecim solidi, tres denarii, obolus.

Et debet quadraginta libras, duodecim solidos, septem denarios, quadrantem, qui respectuantur ei usque quindenam

---

[1] *Ripton'*] Rypton', Account.

[2] The Exchequer Account ends here.

[3] This is taken from the States and Views of Accounts entered on the Queen's Remembrancer's Memoranda Roll of the Exchequer, Easter 9 Edw. III., Roll 11; and is introduced here as being referred to in No. CCCCXCIX.

Sancti Johannis Baptistæ, per Thesaurarium, ex consimili causa superius annotata,[1] post summam Abbatis de Derleye.

Ante quem diem solvit per unam talliam, levatam vicesimo die Junii hoc anno, sex libras, novem solidos, quatuor denarios.

Et debet triginta et quatuor libras, tres solidos, tres denarios, quadrantem.

DI.

f.c.v[xx]. vi.

De amerciamentis allocatis ad Scaccarium de foresta.

A.D. 1219–1220, and 1225-1226. Forest amercements allowed at the Exchequer.

Memorandum,[2] quod in rotulis quarti anni Regis Henrici filii Regis Johannis, inveniuntur libertates et innovationes cartarum Rameseiæ, et in decimo rotulo dicti Regis per libertates cartarum, quinquaginta et duo solidi, duo denarii, allocati de amerciamentis tenentium de Rameseia.

DII.

Allocatio firmæ feriæ Sancti Ivonis, tempore guerræ.[3] *Cant' et Hunt'.*

In rotulo quinquagesimo secundo continetur post.

A.D. 1267, Oct. 28—A.D. 1268, Oct. 27. Allowance of the farm of the fair at St. Ives in the time of the war.

Abbas[4] et[5] Conventus de Rameseye debent centum et triginta et tres libras, sex solidos, et octo denarios, de remanenti firmæ nundinarum Sancti Ivonis, qui[6] sunt de firma annorum quadragesimi octavi, et quinquagesimi primi, et quadam parte anni quadragesimi noni.

---

[1] This cause of respite is thus described in the account here referred to of the Abbot of Derley:—pro expensis suis, et pro eo quod magna pars summæ prædictæ adhuc restat in manibus diversorum nondum levata, ut idem Abbas dicit super sacramentum suum (Ibid).

